
A
21-91

8-91

16.a-6-27

Biblioteca Universitaria
GRANADA
A
21
91

del Colegio Catalino luna L- 2 R-8490

PRACTICA CRIMINALIS ET ORDINIS IVDICIARII CIVILIS, MVLTIS REGIÆ AVDIENTIÆ declarationibus ornati.

IN QVA PRAECIPVE QVID AD IVSTITIAM ADMINIstrandam, Rempublicamq; in pace tenendam, & conseruandam, & ad processus tam criminales, quàm ciuiles, rectè, & absque nullitatum vitio conficiendos, tam via ordinaria, quàm regaliarum obseruandum sit, ostenditur.

AVTHORE DON LVDOVICO à PEGVERA Regij Concilij Cathaloniæ Primario Senatore.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISSIMVM Dominum Domnum Ioannem Teres Archiepiscopum Tarraconæ, Consiliarium Locumtenentem & Capitaneum generalem S.C. & R. Magestatis in Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ.

CVM SVMMARIIS ET IN



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 7º C. 47 N. 18

Anno. 1603.

CVM PRIVILEGIO.

Barcinone, Ex Typographia Iacobi à Cendrat.

8-91

16.a-6-27

Biblioteca Universitaria
GRANADA
A
21
91

del Colegio Catalino Una R-8490

PRACTICA CRIMINALIS ET ORDINIS IVDICIARII CIVILIS, MVLTIS REGIÆ AVDIENTIÆ declarationibus ornati.

IN QVA, PRAECIPVE QVID AD IVSTITIAM ADMINIstrandam, Rempublicamq; in pace tenendam, & conseruandam, & ad processus tam criminales, quàm ciuiles, rectè, & absque nullitatum vitio conficiendos, tam via ordinaria, quàm regaliarum obseruandum sit, ostenditur.

AVTHORE DON LVDOVICO à PEGVERA
Regij Concilij Cathaloniæ Primario Senatore.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISSIMVM
Dominum Domnum Ioannem Teres Archiepiscopum Tarraconæ,
Consiliarium Locumtenentem & Capitaneum generalem S.C.
& R. Magestatis in Principatu Cathaloniæ &
Comitatibus Ruscilionis
Ceritaniæ.

CVM SVMMARIIS ET IN

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 7º C. 47 N. 18



Anno. 1603.

CVM PRIVILEGIO.

Barcinone, Ex Typographia Iacobi à Cendrat.

PRACTICA
CRIMINALIS
ET ORDINIS IVDICIARII
CIVILIS, MVLTIS REGIÆ AVDIENTIÆ
declarationibus aucta.



c1911980

Lo Archebisbe de Tarragona
Loctinent y Capita general.

DER la present donam licencia, permis y facultat al noble magnifich y amat Conseller de la Real Magestat Don Luys de Peguera Doctor del Real Consell de la tercera Sala, peraque liberament puga fer imprimir y vendrer vn llibre per ell compost, intitulat Practica Criminalis & Ordinis iudiciarij ciuilis. Manant expressament a tots impressors, y altres persones, que durant lo temps deuall scrit, no puguen imprimir, ni vendre, ni fer imprimir ni vendre lo dit llibre sens licencia, y expres orde de aquel. sots pena de perdre los llibres imprimits, mollos, y aparells de la impresio, y de sinch cents florins de or de Arago als reals cofrens applicadors, y dels bens dels contrafahēts irremisiblemēt exigidors. Sots la qual pena diem y manā no res menys, à tots y sengles Veguers, Batlles, Sotsueguers, Sotsballes, y altres qualsevol officials axi reals, com de Barons, y mayors, com menors, que la present nostra licentia tinguen, guarden, y obseruen, tenir, guardar, y obseruar facen, y contra no vinguen en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenē cara, y en la pena predita desijē no incorrer. La qual licēcia volem sia duradora per temps de deu anys propseguents: los quals passats sia extincta & finida. Dat en Barcelona a xvij. de Abril. M. DCiij.

Lo Archebisbe.

Vt. Rouirola Cancellarius.
Vt. Don Franciscus de Agullana
& Calders Regens Thesaur.

Gabriel Olzina.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA


Ludouicus á Peguera.

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO DOMINO DOMNO IOANNI TERES ARCHIEPISCOPO TARRACONÆ,

Consiliario Locumtenenti & Capitaneo generali S. C. & R. M. in Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ.

Don Ludouicus â Peguera salutem & fœlicitatem.

CVm iam à tua huius Regni administrationis fortunato initio, & prospero cursu singularia tua ornamẽta, egregiasq; virtutes, mirã in negociatoribus humaniter audiendis patientiã, ardens in cohonestãdis viris bonis studiũ, censoriũ, & graue in nefarijs plectendis iudiciũ diligenter animaduerterẽ; in eã profecto cogitationẽ incidi, immo veni, illam præcateris in te fulgere virtutẽ, quæ micat inter alia, vt sol, astra maiora: amorẽ si quidẽ incredibilẽ, cõmunisq; boni studiosissimũ affectũ; vt omnia ad vnũ Deũ, & religionẽ referantur, atq; inuictissimi, & potentissimi Regis nostri obsequio quã gratissimo perfecta sint. Neque vero in his tantũ, quæ sunt grauissima, acquiescebas: sed te præterea interdũ plurima inuestigantẽ perspiciebam: quo melius incolumitati omnium consuleretur, interdũ eorũ iurisperitorũ vicẽ dolentẽ, & errata insignia moleste ferentẽ, qui defendẽdi, consulendi, & iudicandi prouinciã durã susceperant; quorũ sententiæ prorsus infirmæ solent doctissimorũ animos vehementius perturbare. Eos nostri fori, & regij concilij formulas ignorantes veluti andabatas in pugna cæcutire audiebamus. Eos tantarũ rerũ copia destitutos decipi frequẽter constabat: ex quorũ infaustis auspicijs, ne dicã inertiæ vitijs, quotidie in Rempublicã quam plurima venirent incõmoda, iurgia, & simultates assuescerent excitari, temporis dilationes, & immodici quæstus factitari. Tu vero prudentissimus gubernator prouidebas multum, curabas plurimum, tuum pæne diuinum ingenium ostentabas, omnes benignissime hortabare; vt tantis malis, & temporibus occurreretur. Eo tempore igniculus quidam desiderij tui me cæpit incendere, & inflammare, cogitauiq; me, vt vnum omnium Regij concilij antiquissimum, licet quam plurimis

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE GRANADA

forensibus ornamentis priuatum, plus officij debere Reip. & desiderij tui causa præstare. In hanc equidem sapissime curam incumbens, statui tandem hoc opus pertexere, pertextum, in solem lucemq; emittere, emissum, vt ætati nostræ & posteritati prodesse posset: vt omnibus nostræ prouinciæ iure consultis cæterisq; in Iurisprudentiæ spatijs diu multumq; versatis, qui aliquid eruditionis ex eo sibi, cùm ad scientiam nostri fori: tum peruetterem consuetudinem, & vsum penitus intelligẽdum, promere studuerint, integrum sit. Qui enim vsum nostrum studiosè imitarentur, diligentissime colerent, eos perfectissimos in posterum cæteris me futuros intelligebam. Quare cum tu mihi princeps, & auctor ad hoc opus aggrediendum, & suscipiendum extiteris, meritissimè te vnum iudicaui, cui illud desponderetur, mea vigilia Aristophanis, & Cleantis lucerna laborioſiores dicarentur, pignus, et Reipublicæ iuuandæ studium perofficioſè deferretur. In hac re, & in hoc genere toto hoc scribo parcius; quod ipse confido, optime que spero fore, vt mei consilij finẽ, quem tua in omniũ salutem propensa benignitas terminum mearum contentionum esse volet, probè cognoscas: tamen vehementer oro, obtestorque, te pro summo in omnes studio, pro perspectissima in doctissimos quosque beneuolẽtia, pro eximio meo in te amore, tuoq; in me pari: tu vt in hac prouincia, admirabili quo in cæteris rebus vteris iudicio meos labores complectare, eos & me ipsum in tuam fidem patrociniumque recipere patiare. Erunt meæ in te obseruantiæ monumentum sempiternum. Quos tu, si probè ingenium tuum noui, vel iccirco amãter fouebis: quia non inanis gloriæ, non quæstus cuiusdã gratia: sed tantũ de Republica, præstantissimisque ingenijs bene merendi videbis esse impẽsos.

Vale. Præpotens te Deus, nobis saluum incolumque conseruet, viuus Nestoreis annis perfruare, vt nos quamplurimis, & maioribus possis liberalissimè officijs exornare.

PER ILLVSTRIBVS ET

SAPIENTISSIMIS PRAESIDIBVS AC SENATORIBUS Sacri Regij Concilij Cathaloniæ Dominis Collegisq; obseruantissimis.

Don Ludouicus à Peguera. S. D.

QVAE me solicitum antea habebat cogitatio & consilij, & periculi mei, quæ me quoq; ita commouebat: Vt non explicarem quid esset optimum factu: ea nunc maximum illum timorem inspectatissima iam pridem spem conuertit prorsus, & splendidiorem præbet compositioni materiam. Accomodatissimum igitur tẽpus nactus, quo possum meo ingenio, & studio aliquorum rationem ducere, & meis laboribus illorum facultates iuuare: coactus denique, & a mea imperante natura, & ab eius voluntate, cui me dicatum volo: vt hoc perexiguum opus meis occupationibus elaboratum in apertum proferrem; In cuius leuidense subtegmen, & telam, ea quæ ad scientiam nostri foris pulcherrimè comprehendendam, & ea, quæ ad Regij concilij vsum, & antiquissimum morem accipiendum, plurimum spectant, conieci; simulq; excitanda, & attollenda ingenia, curaui; vt qui ad ius proficiscuntur, aliquando pedes in terram ponere sciant sine manuductore. Graue sane opus. Grauius onus, quod ego non subijssem, nec mihi imposuissem tam lubens, nisi omnẽ meam spẽ, & rationes in vestra auctoritate litteris, & fide præstanti positas, defixasq; haberem: à vobis omnia didici, omnia accepi. Vestra eruditissima collocutio, & vsus quotidanus me semper imitatione vestri erudijt, ac informauit. Quæ non in Senatu, quæ non in alijs consilijs docentibus, & dicentibus vobis ipse percepi? quæ non collegi? Quoties vos more maiorum de grauissimis rebus commentantes. Quoties sapientissimè quæq; tractantes stupefactus ego non vidi? Depromebam tunc multa, cogitabam non pauca, quæ quanto mihi fuerint ornamento, testis est ætas mea ingraueſcens. Testes hæ non inutiles lucubrationes, in quas quidquid habuerim iudicij de theorica, vt dicitur, & Practica, libentissimè contuli. Quæ si tales erunt, quales vobis videri oportet maxime: vnum omnium fortunatissimum me prædicabo. At hominẽ esse me certo scio; & nõ sim, nisi intelligã me labi, errare, decipi potuisse. Lynceus & interdum offendere dicitur. Quod si non omnia adhibui, non omnia produxi, quæ ad propositam sententiam potuissent traduci: illud quoq. mihi condonari velim. Aliquando enim iudicium imponit, memoria supponit, occupatio distrahit. Quare accipite sapientissimi Senatores hoc paruũ opusculum, vestra maxima auctoritate, & magnitudine animi defendite. Vos illi tutores, immo patres sitis, rogo. Si peccatum alicubi est, id ignoscatis obsecro, & criticos, vos præstetis nulla ratione iniquos. Præluceat illi. Vestra in omnes incredibilis beneuolentia, in me amor singularis, illi pro collegio, & officio quæcunq; præstate. Si vobis, vt spero, placuerit, & me tanto beneficio ornatum constiterit: nihil dubito, quin alia perplura a me positis propediem expectare. Valete

AD VIRVM NOBILEM LVDOVICVM A PEGVERA SENATVS Regij Cathaloniæ Decanum in iuris Ciuilis praxim ab eo editam.

Dodecastichon.

QVæ prius ingentes Iuris cumulabat aceruos
Congeries, dubio vix ad eunda loco
Stat modo certa, nitens, & casibus obuia cunctis,
Inque suos vsus victa labore venit.
Magnum opus, e tanto deducere culmine leges
Et munire nouum per iuga senta gradum.
Hos animos, Peguera, tibi dant clara tuorum
Stemmata, nobilitas ardua quæque petit.
Sic superare tibi licuit discrimina iuris:
Vt pateat cunctis, non sine laude forum.
Namque vel ad causas, vel alti tecta Senatus
Ista dabit magnos orbita trita viros.

INDEX CAPITVLORVM

PRACTICAE CRIMINALIS IN HOC VOLVmine contentorum.

CAP. I. Quo ostenditur, in omnibus rebus per agendis, ante omnia diuinũ auxilium esse implorandum, omnesq; hominum actiones à Deo incipere debere, & in eo finiri: vt omnia diuino cõsilio facta melius conseruentur.

Cap. 2. In quo ostenditur, quid sit justitia, quæ virtus, & quæ Christiani Principes eorumq; præsides ac iudices præcipue habere & obseruare debent ad illam recte administrandam, & practicandam.

Cap. 3. In quo ostenditur, ad recte iustitiam practicandam fugiendam esse iniustitiam. Et in seruntur multa infortunia secuta contra iniustitiam facientes.

Cap. 4. In quo Reipublicæ gubernatores instruuntur, quòd curent Rempublicam quam regunt quietam & tranquillam habere: vt sic in ea rectè & quietè justitiam administrent.

Cap. 5. Quo Reges monentur, ad recte iustitiam administrandam & practicandam, ne in Deum peccent: imo quòd peccata quæ contra Dei præcepta committuntur cohibeant, puniant, & de patria expellant; curentq; atque eorum præsides prouinciam quam regunt malis hominibus purgatam habere. Sin minus, ne dum ipsi, & eorum subditi, sed etiam eorum regna à Deo varijs calamitatibus & infortunijs punientur.

Cap. 6. Quo ostenditur, fidei obseruationem maximopere necessariam esse, ad recte justitiam administrandam.

Cap. 7. Quo Reges, atque eorum consiliarij de latere instruuntur, quòd quando agitur de magistratibus & iudicum officijs atque muneribus Reipublicæ ad eius regimen & vtilitatem iustitiæq; administrationem conferendis, curent probos, & idoneos, omni vtilitate & consanguinea voluntate semota atque amicitia seiuncta eligere: vt sic optima administretur & practicetur justitia.

Cap. 8. Quo Reges & Principes monentur, quód omnia quæ agunt prudenter ac cum consilio agant, & quód in rebus quæ in concilio tractantur obseruent secretum: vt sic optima administretur justitia.

Cap. 9. Quo Reges & eorum iudices instruuntur, quòd leges obseruent, ad habendam Rempublicam quam regunt quietam & tranquillam, & in ea optimam administrent justitiam.

Cap. 10. Quo ostenditur, iudices secundum leges iudicare debere: & non secundum conscientiam, & propriam eorum scientiam.

Cap. 11. Quo Principes instruuntur, quòd in honoribus & gratiarum distributione, magis moueri debent propter virtutem & vera merita, quàm propter importunitatem petentium. Et quòd in præ dictis suos iustitiæ ministros merita habentes debent omnibus alijs præferre, & anteponere.

Cap. 12. De processu via ordinaria, & per inquisitionem coram domino Rege, vel eius locumtenente generali, aut alio quocunque iudice ordinario. Et iste processus expeditur quindecim. §§. & sunt qui sequuntur.

§. 1. De præuentione inquisitionis.
§. 2. De testibus in offensam recipiendis.
§. 3. De prouidenda captura reorum.
§. 4. De citatione ad fines banni.
§. 5. De exigenda a reo capto depositione.
§. 6. De publicatione inquisitionis & termino reo dando ad se defendendum.
§. 7. De recipiendis testibus qui in reorum defensionem exhibentur.
§. 8. An publicato processu possit de nouo inquiri.
§. 9. De tortura, & quid considerari debeat antequam deueniatur ad illius condemnationem.
§. 10. De appellatione seu supplicatione interponenda à prouisione seu sententia tormentorum.

§. 11.

§. 11. De his quæ præuenienda ſunt antequam deueniatur ad executionem torturæ.
§. 12. De forma exequendi torturam.
§. 13. De danda dilatione reis in tortura confeſsis.
§. 14. De diuerſis ſententiarum formis, diuerſas pœnas continentibus.
§. 15. De varijs formis relaxandi reos à carceribus.


Cap. 13. De proceſſu regaliæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis Simili modo.
Cap. 14. De proceſſu regaliæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis Authoritate & rogatu. 2. eius nominis.
Cap. 15. De proceſſu regaliæ factæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis Camini & ſtratæ.
Cap. 16. De proceſſu regaliæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis Moneta.
Cap. 17. De proceſſu regaliæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis Iudicium in curia datum.
Cap. 18. De forma procedendi ad faciendam regaliam propter cauſæ connexitatem.
Cap. 19. De proceſſu in crimine lęſæ mageſtatis in primo capite.
Cap. 20. De proceſſu contra fautores, receptatores, & auxiliatores facinoroſorum hominum eiectorum à pace & treuga.
Cap. 21. De proceſſu in vim conſtitutionis generalis Cathaloniæ incipientis Cominſtingant Regis Ferdinandi. 2. in 3. curia Barcinonæ collocata ſub titu. quant ſia licit o no aquiſcu venjarſe ſens iutge in noua compillatione.
Cap. 22. De proceſſu recurſus interpoſiti à procedimentis factis per iudicem inferiorem.
Cap. 23. De proceſſu, quando petitur executionē decerni pro treugis fractis.
Cap. 24. De proceſſu conficiendo contra commiſſarios Apoſtolicos iuriſdictionem pro factis profanis in perſonas & bona laicorum, & iuriſdictioni Domini Regis ſubmiſſorum exercentes, vt procedimenta contra dictos ſeculares facta reuocent, aut infra certum tempus compareant banchum regium informaturi; vt ibi cognoſcatur, an in ſuo caſu procedant.
Cap. 25. De proceſſu in vim vſatici Mariti vxores & cuiuſdam Regiæ declarationis in corpore juris municipalis incluſæ, præcipuæ in libro pragmaticarum in titu. de adulterijs yſtrupos. cap. 3. Oſtendam hic, quomodo procedatur contra mulieres adulterium committentes, & qua pœna maritis inſtantibus plectendæ ſint.
Cap. 26. de proceſſu, quando à reo capto immunitas eccleſiæ allegatur cum formis & procedimentis vtriuſque curiæ, vbi multa de iuriſdictione Regij Cancellarij inſeruntur.

INDEX RVBRICARVM ORDINIS IVDICIARII CIVILIS IN HOC VOLVMINE CONTENTARVM.

DE abſolutione ſeu relaxatione juramenti petenda — Rubri. 1.
De in litem dando tutore ſeu curatore & authoritate minori præſtanda — Rubr. 2.
Vbi de cauſa mouenda agi oporteat — Rubr. 3.
De euocatione cauſarum ad Regiam Audientiam. — Rubr. 4.

De

De commiſsione cauſæ faciendæ in Regia Audientia. Rubr.5.
De citatione ſeu de in ius vocando. Rubr.6.
De contumacia. Rubr.7.
De petitione ſeu libello offerendo. Rubr.8.
De exceptione dilatoria ad impediendum litis ingreſſum & progreſſum opponenda. Rubr.9.
De ſupplicatione interponenda à prouiſione ſuper exceptionibus litem ingreſſum impedientibus facta. Rubr.10.
Delitis conteſtatione. Rubr.11.
De articulis ad probandum per teſtes vel inſtrumenta. Rubr.12.
De interrogatorijs tam pro parte rei, quàm actoris poſt oblationem articulorum offerendis. Rubri.13.
De dilationibus & temporibus probatorijs. Rubr.14.
De altercatis. Rubr.15.
De ſupplicatione contrario imperio vel in forma interponenda à prouiſione ſuper intermedijsin progreſſu cauſæ factis. Rubr.16.
De inſtrumentorum productione. Rubr.17.
De teſtibus & illorum productione. Rubr.18.
De teſtium publicatione. Rubr.19.
De articulis dandis ad obijciendum contra teſtes vel eorum dicta reſpectiue corroborandum. Rubr.20.
De denuntiatione proceſſus. Rubr.21.
De communicatione proceſſus. Rubr.22.
De dubijs ex proceſſu reſultantibus. Rubr.23.
De ſententijs. Rubr.24.
De liquidatione ſententiarum. Rubr.25.
De ſupplicatione à ſententijs diffinitiuis interponendis. Rubr.26.
De appellationibus. Rubr.27.
De exceptione nullitatis contra diffinitiuam ſententiam proponenda. Rubr. 28.
De executione ſententiæ & cautione pro illa exequenda præſtanda. Rubr.29.
De litium expenſis & illarum taxatione. Rubr.30.



IPSE EST QVI CONSTITVTVS EST A DEO IVDEX VIVORVM ET MORTVORVM. Actu. x. G.

NOLITE FACERE INIQVVM ALIQVID IN IVDICIO, IN REGVLA, IN PONDERE, IN MENSVRA. Leui. 19. G.

PROPTEREA, DILIGITE IVSTITIAM VOS QVI IVDICATIS TERRAM. Sap. 1. A.

INITIVM SAPIENTIÆ TIMOR DOMINI. Prouer. Cap. 1. A. IDEM Iob. 28. D.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

PRACTICA CRIMINALIS ET ORDINIS IVDICIARII CIVILIS MVLtis Regiæ Audientiæ declarationibus ornati.

Don Ludouici à Peguera Regij Concilij Cathaloniæ Primarij Senatoris.

Capit. 1. Quo ostenditur, in omnibus rebus peragendis ante omnia diuinum auxilium esse implorandum, omnesq; hominum actiones à Deo incipere debere, & in eo finiri: vt omnia diuino consilio facta melius conseruentur.

1 *Diuinum auxilium in omnibus rebus peragendis esse implorandum.*
2 *Deus deprecandus est, ad stabiliendam vrbem, & vt nos audiat.*
3 *Dij ex Ciceronis sententia Domini sunt ac moderatores omnium rerum.*
4 *Cultus Dei castissimus, & purissimus, in pura, sinceraq; veneratione consistit.*
5 *Ciuitas diligentius religione, quàm ipsis mœnibus custoditur.*
6 *Leges iuxta Dei voluntatem condendæ sunt.*
7 *Inguæ Reges Peru tributa prouinciæ quam superabant intres partes diuidebant, quarum primam tẽplis, & Deorum veneration consecrabant.*
8 *Christiani magis quàm barbaræ nationes opem & Dei auxiliũ ante omnia petere debent. Quod multorum sanctæ matris Ecclesiæ exemplis demonstratur.*
9 *Sapientia hominum in vera cognitione, piaq; Dei veneratione versatur.*
10 *Obseruatio Regij concilij Cathaloniæ circa implorandum in dies Dei auxilium antequam negotia per tractanda agrediantur.*

VETVS est, eaque communis consuetudo omnibus nationibus barbaris, atque immanibus, 1 vt initio rerum suarum diuinum auxilium implorent: vt diuinitus omnia agere, eaq; conseruare possint. Cum certe sibi persuaderent, nihil optimè gubernari posse, nec

A Ress-

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE GRAN...

Reſpublicas quidem conſeruari, quin huius religionis, & pietatis cura adhibeatur; omnia enim diuino conſilio facta, atq; conſeruata eſſe fatebantur. Quam ob cauſam ſapientiſsime dixit Plato lib. de Mundi conſti. quòd omnes homines ingenioſi atque ſapiẽtes ſolent initio rerum, cum egregium aliquid aggrediũtur à Deo, opem, & auxilium petere. Apud quem
2. etiam lib. 4. de Legib. legitur, ante omnia Deum eſſe deprecãdum, ad ſtabiliendam vrbem, & vt nos audiat, nobiſq; propicius ſit, & ad nos benign⁹ accedat, quo legibus ab eo inſtruamur, ciuitaſq; ornetur. Quæ omnia à diuino iſto philoſopho prudentiſsime dicta fuerunt. Nam cum Deus Opti. Maxi. ſit principium & finis omnium rerum, quiq; omnia ad ſui gloriam & honorem procreauerit, eſt rationi & pietati noſtræ conſentaneum, vt noſtræ omnes actiones illi conſacrentur, vt ab eo ceptæ,
3. in ipſo quoque finiantur. Quin & Cicero lib. 2. de Legib. Roma. antequam ad earum declarationem accedat, ſic op⁹ illud aggreditur, Deos eſſe dominos, ac moderatores omnium rerum, & omnia quæ fiunt & geruntur, eorum geri iudicio, ac numine, eoſdemq; optime de genere hominum mereri, & qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate religiones colat, intueri, piorumq; & impiorum habere ratione à principio ciuibus perſuaſum eſſe debet. Et idem lib. 1. de Natura Deorũ inquit, atque haud ſcio, quòd pietate aduerſus Deos ſublata, fides etiam & ſocietas humani generis, & illa excellentiſsima iuſtitię virtus tolluntur. Idem etiam
4 2. de natura Deor. affirmat, caſtiſſimum, puriſsimumq; Dei cultum in pura, cinſeraq; veneratione conſiſtere. Et lib. 3. etiam de natura Deor. ait, quòd Romulus Auſpitijs, & Numa Pompil. ſacris conſtitutis, fundamenta ſuę ciuitatis iecerunt: quæ nunquam certe ſine ſumma Deorum immortalium placatione tãta eſſe potuiſſet. Atque
5. in fine eiuſdem libri ait, diligentius vrbem religione, quàm ipſis mœnibus cuſtoditam eſſe. Hęc autem omnia teſtimonia a me hoc loco proferuntur, vt vere omnes intelligamus noſtras actiones a Deo incipere debere, & in eo finiri. Plu
6. tarcus etiam auctor grauiſsimus Traianiq; Imperatoris magiſter in lib. aduerſus colotẽ. dixit, etiã in legibus condendis Deorum opinionem & voluntatem præcipue atque in principio ſequẽdam animaduertendamq; eſſe: ac propterea legiſlatores omnes Deo omnes populos conſacraſſe, quibus ipſi leges tulerũt, vt Licurgus Lacedemonios, Numa Romanos, Ion veteres Athenienſes, Deucalion vniuerſam fere Greciam. Inquit

præ-

præterea plurimis in prouincijs, vrbes absque mænibus, litteris, Regibus, ædibus, diuitijs, scholis, & theatris reperiri, nullam tamen sine templis, ac pio Deorum cultu quæque ijs sacrificia non offerat quamplurima cum quę bona sunt consequi cupit, quæ autem mala euitare peroptat. Affirmat etiam multo facilius vrbem in aëre cõditam haberi posse, quàm sine religione optime administratam.

Itaq; Aristoteles lib. 7. politi. cap. 8. cum disputat de ijs quæ necessaria sunt alicui vrbi, & sine quibus optime gubernari non potest inquit, primum omnium Deorum cultum esse perquirendum, quem sacerdotum sacrificium appellamus; atque addit, vnum quemq; Principem in Deos pium se ostendere debere, vt sic populi custodiantur, & ne gubernatorum iniurias timeant: cum sibi persuadeãt piũ erga Deum Principẽ bene gubernaturum, semperq; Deũ suo in corde, atque animo habiturum.

Ac propterea Inguæ Reges Peru, vt refert Iosephus de Acosta, 7. in historia Indiarum cap. 5. lib. 6. cum aliquam prouinciam superabant omnia illius tributa in tres partes distribuebant, quarum primam templis, & veneration Deorũ impiorum consecrabant: cum certe cogitarent hac ratione, illorum voluntatem sibi facilius posse comparare, & sua regna conseruare. Quid quod, & Xenophon. Philosophus grauissimus qui. 8. libros de pædia Cyri scripsit, cũ in eis nobis describat perfectissimum quoddam integri & prudẽtis Regis exemplũ. Refert, Cyrum cum ad Astiagem auum proficisceretur suum, a patre Cãbisse hęc verba audiuisse, Hoc tibi fili mi cõmendo, idq; eternæ tuæ memoriæ vt tradas rogo, tãquam pignus quoddam paterni amoris, vt Deum sanctæ integræq; colas, nihilq; incipias quin prius eius auxiliũ implores, homines enim sũt imperfecti, nihilq; sapientiæ eternæ occultatur, quam qui propitiã sibi habebit, omnia fœliciter tractabit; & consequetur. Quam ob causam & Titus Liui. Decad. 1. lib. 5. sub persona Camilli, omnibus omnia fœliciter euenire asseuerat, qui propitios Deos habuerint, qui autem eos non coluerint infœlices futuros.

8. Quare si barbaræ istæ nationes gentesq; immanes quæque falsos impiosq; Deos colunt hoc tanto studio obseruant, quanta nos diligẽtia, quãta cura, quãta animi solicitudine Dei optimi maximi opẽ, & auxiliũ petere debemus in omniũ nostrarũ actionũ principijs, cũ Christiani simus, qui verã & certã religionẽ catholicæ fidei sanctęq; Romanę Eccles. amplectimur; qui vnum Deũ, & verũ, & omnipotentẽ trinum & vnum, eũdemq; cœli &

terræ creatorem, ſaluatorem noſtrum, & glorificatorem colimus. Itaq; in ſacris Scripturis legitur, Deum imperaſſe Moyſi, vt Ducẽ totius populi Iſraelitæ poſt obitũ ſuum Ioſuę inſtitueret, cui cum declaraſſet quibus ceremonijs illud facturus eſſet, dixit etiam, quãdo Ioſuę aliquid facturus erit Eleazarus ſacerdos prius Deum conſulet, atq; Ioſuę cum vniuerſo populo Iſraelita ingredietur, & exibit vt Eleazarus præcipiet eis. Vt nobis ac ratione declararet, vt antequã quidquã aggrederemur, totũ illud Deo primũ commendaremus, & vt tẽpore pacis, & belli ſacerdotibus morem gereremus; cũ religio certiſsima quædã norma ſit optimæ gubernationis. Hoc autẽ præcipue nobis præcipit Eccleſia militans in omnibus ſuis actionibus, atque exercitationibus ſpiritualibus cultuiq; diuino accommodatis. Nã exercitiũ quotidianũ ſic incohandum eſſe Chriſtianos docet. Benedicta ſit ſancta & indiuidua Trinitas, nunc & ſemper, & per infinita ſæcula ſęculorum. In nomine Patris, &c. In matutinis etiam horis, introitus illarum eſt, Domine labia mea aperies, & finis *In* te Domine ſperaui. *In* ceteris quoq; horis canonicis introitus eſt, Deus in adiutorium meum intende, finis vero Benedicamus Dño, Deo gratias. *In* Euangelicis etiam publiciſq; ſermonib⁹ principium eſt, per ſignũ ſanctæ Crucis, &c. *In* nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. *Itaq;* Eccleſiæ ſacro ſanctæ oẽs actiones à Deo principiũ atq; finem capiũt.

Extant præterea virorum ampliſsimorum grauiſsima exẽpla, eorum præcipue qui chriſtianę religionis cultũ pie obſeruarũt qui vt omnes ſuæ res fœliciſsimum principiũ optimumq; exitum haberent in vno Deo ſuã omnem ſpẽ poſſuerunt, atq, collocarũt. Hinc *Iuſtinianus Imperator* cum libros Digeſtorum edidit incepit, hac ratione *In* nomine Dñi noſtri *Ieſu* Chriſti. Quibus verbis etiam vſus eſt in principio Codicis legũ Romanorum. Pariter etiã in compilationibus Decreti & Decretalium hoc ſumitur principium, *In* nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Qui etiam leges noſtras & Cathaloniæ cõſtitutiones tulerũt, hoc principium in illis poſuerũt, *In* nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Rex quoque Alfonſus cognomine ſapiens in prologo de collectione ſeptem partitarum inquit, Deũ eſſe principium, & medium, & finẽ omnium rerum abſque quo nihil plane conſtare poteſt. Nutu enim ſuo omnia facta ſunt, ſua ſapientia gubernata, ac ſuprema ſua bonitate conſeruata. *Itaq;* qui bene aliqua inſtituere voluerit cum Deo initium aſſumet, quem ſupplici, humiliq; præce deprecabitur, vt

volunta-

voluntatem sibi, potentiam, & sapientiam largiatur: vt optime opus inceptum perficere possit.

9. Qua quidem in re, homines sapientiam suam demonstrãt: nam vt vere affirmat Lactan. Firmia. diuina. insti. omnis sapientia hominũ in vera cognitione, piaq; Dei veneratione versatur. Et propterea dicitur Prouerbiorum. 2. habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ in omnibus vijs tuis, cogita illum & ipse diriget gressus tuos, & Psal. 31. delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet & deducet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tãquam meridiem quæ allegat egregiè Bouadilla in sua Politica. pri. par. in proemio num. 7. in litera. E. Quam ob causam & Principatus Cathaloniæ Regium Consilium, hac diuina & catholica doctrina institutum, nihil plane aggreditur, in quo diuinũ auxiliũ non imploret. Itaque singulis quibusque diebus antequam negotia tractanda suscipiantur, in tribus aulis regijs, in vna videlicet quaq; illarum, vnus ex doctoribus ibi conuocatis stans suo, & reliquorum nomine, alta & intelligibili voce ad stantibus omnibus, capitibusq; detectis, sequentem ad inuocandum diuinum auxilium recitat orationem.

ADsumus Domine sanctæ Spiritus, adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo congregati, veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo grediamur, & ostende quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus, suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo patre, & eius filio nomen possides glorioſum, non nos patiaris perturbatores esse iustitiæ, qui summam diligis æquitatem, non inſiniſtrum nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris, vel personæ corrumpat. Sed iunge nos efficaciter solito tuæ gratiæ dono, vt simus inte vnum, & in nullo deuienus à vero, vt sicut in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt, & hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Respondent omnes. Amen.

Refert Ludouicus Gomez. in regul. Cancellariæ, in regula de non iudicando iuxta formam supplicationis. q. 16. num. 28. & 29. ministros signaturæ curiæ Romanæ qui Referendarij appellantur singulis diebus, quando ad signaturam sunt omnes congregati vna cum Datario qui semper signaturis Papæ assistere debet, & solet, hanc eandem dicere orationem quam dicit sanctum Ysidorum cõ posuisse.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALICANTE

Cap. 2. In quo ostenditur, quid sit iustitia, quæ virtus, & quæ Christiani Principes, eorũq; præsides ac iudices præcipue habere & obseruare debent ad illam recte administrandam, & practicandam.

1. *IVstitiæ exercitium antiquissimum est: quia incepit a punitione luciferi, & suorum sequacium, & priorum parentum.*
2. *Iustitiæ exercitium Deus tribuit & concessit regibus & potestatibus terræ.*
3. *Regibus fidem & reuerentiam seruari oportet.*
4. *Regis inuentio, est domum Dei.*
5. *Rex in terris est sicut Deus in cælis.*
6. *Reges sunt de iure gentium considerata causa mediata, sed considerata causa immediata sunt de iure diuino.*
7. *Regum proprium officium est, nedum cogitare de vtilitate communi, & singulorum, sed etiam facere iudicium atq; iustitiã quæ pax est populorum, &c.*
8. *Iustitia, imperia & regna gubernantur, & si emedio tollatur, omnino hominum societas tollitur.*
9. *Iustitia a iudicantibus terram, maximopere diligenda est, quod & multorum exemplis demonstratur.*
10. *Iustitia quid sit, varijs modis describitur.*
11. *Iustitia ne dum est virtus, sed & mater, & regina omnium aliarum virtutum.*
12. *Iustitia recte administrabitur, si ad vnguem iuris præcepta seruentur, & ibi vide quæ sint iuris præcepta.*
13. *Rex & qui Reipublicæ præsunt debent honeste viuere, & quo modo intelligatur vide ibi abunde declaratum: vbi etiam connumerantur plura infortunia secuta contra Principes inhoneste viuentes.*
14. *Reges & iustitiam administrantes tenentur seruare secundum iuris præceptum, quod consistit in alterum non lædendo.*
15. *Reges & alij iustitiam administrantes non debent reminiscere inimicitiarũ & discentionum si quæ prius sibi cum aliquibus interceserunt.*
16. *Condemnari nemo debet nisi prius auditus: & datis defentionibus.*
17. *Rex eiusq; iudices tertium iuris præceptum quod consistit intribuendo vnicuiq; quod suum est seruare debent. Quod efficietur iudicando sine timore, sine cupiditate, sine odio, & sine amore.*
18. *Iudicium timore peruertitur.*
19. *Iudicium cupiditate corrumpitur.*
20. *Iustitia odio violatur.*
21. *Iustitia amore corrumpitur.*
22. *Distinctio personarum in iudicijs faciẽda non est. Quod limita duobus modis, vt in numeris sequenti.*
23. *Pauperis causa in dubio fauenda est.*
24. *Fisci causa in dubio contra eum iudicanda est.*
25. *Iustitiam facere, res apud Deum amabilis est. Et ex eo plures consequuntur vtilitates.*

SCIRE

SCIRE imprimis oportet Deum optimum maximum fundamentum esse iustitiæ: quia ipsemet est veritas, & iustitia. Cuius
1. quidem iustitiæ exercitium antiquissimum est, cum post creationem cœli & angelorum, atque terræ, & hominis, Deus statim exercuerit illam. Legitur enim in sacris litteris, vt Isaiæ cap. 14. quòd ex quo Lucifer Angelus à Deo creatꝰ dicebat in corde suo in cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo, solium meum sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo, proiecit Deus ex illa superbia, & ingratitudine illum cum sequacibus suis in infernum. Gen. quoque cap. 1. 2. & 3. habetur, quôd postquam Deus creauit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, ac denique hominem ad imaginem & similitudinem suã, post quamq; tulisset illum, & posuisset in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum in quo de humo produxit omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitę in medio paradisi, lignumq; scientię boni, & mali, præcepit ei dicens, quod ex omni ligno paradisi comederet, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comederet: quia in quocunque die exeo comederet morte moreretur. At cum postea Eua prima mater quam Deus ex costa Adeę formauerat tentata à serpẽte fuisset, quòd ex illo arbore vetito comederet tulit de fructu illiꝰ, & comedit, deditq; viro suo qui etiam comedit, & sic Dei præceptum ambo transgressi fuerunt. Quo, factum fuit, quòd incontinenti Deus propter dicti præcepti transgressionem & in obedientiã in eos suam exercuit iustitiam, cõtra videlicet mulierem sic suam proferens sententiam. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adam vero condemnauit, quòd maledicta esset terra in opere suo, & quòd in laboribus comederet ex ea cunctis diebus vitę suę, in laboreq; vultus sui vescere tur pane suo, donec reuerteretur in terram de qua sumptus erat. Nam licet ante pręuaricationem fuissent primi parentes stola candida iustitiæ ornati, pudicitia decorati, temperantia compositi, & charitate splendidi, ac ad bonum tantum creati: quia tamen in libero arbitrio relicti fuerunt, & ex sola voluntate per liberum ipsorum arbitrium peccauerunt: statim omnibus ipsis bonis priuati fuerunt, & morte mulctati simul cum omnibus posteris. Ex quibus facile percipitur, quòd in ipsa humanæ

manę naturę infantia, & in ipsis incunabulis ante omnes ferè humanas actiones proruperint crimina, & ea non quidem leuia sed capitalia quę irā Dei iustissimi atq; incorrupti iudicis prouocarunt, & totam humani generis fœlicitatem perturbarunt. Et sic constat, iustitię exercitium antiquissimum esse, & ab ipsomet Deo fuisse ceptum. De quibus vide quę tangit Tiber. Decian. lib. 2. cap. 1. in pri. Tomo.

2. Hoc autem exercitium, iustitięq; administrationem tribuit & cōcessit Deus Regibus, & potestatibus terræ; qui diuina ordinatione ad regendum populum instituti fuerunt: vt in varijs scripturę locis hoc aperte demonstratur. vt Prouerbior. 8. ibi. Per me Reges regnant. & in Psal. Deus iudicium tuum Regi da. & est text. in. c. si ergo. 8. q. 1. quibus accedat text. in cap. solitę. de maiori. & obediē. quo in loco habetur, subditi estote omni potestati, siue Regi, tanquā pręexcellēti, siue Ducibus tanquā ab eo missis. Et Diuus Paulus ad Hæbreos cap. 13. inquit, obedite prępositis vestris & subiacete eis, ipsi enim per vigilant tanquam rationem reddituri pro animabus vestris. Idem in cap. irrefragabili. cū similibus ibi citatis. de officio
3. ordi. Quibus quidem regibus fidem & reuerentiam seruari oportet, quam qui nō exhibuerit apud Deum præmia inuenire non poterit. vt est tex. in c. regum 23. q. 5. & probatur etiam Matth. 22. per illa verba, quibus Deus iubet, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. confirmatur idem in cap. 1. §. vnde in veteri extra de sacra vnctio. in quo loco numerantur aliqui reges vncti de mandato Domini. Hinc eleganter dixit Bal. in. l. nam vt Demosthe-
4. nes. ff. de legib. quòd Rex est inuētio & donum Dei: quia est lex animata, & donec custodit propriam magestatem est gratia gratis data, & quòd subditi tantum possunt dicere, ego dormio & cor meum vigilat. vt in. l. nam & salutem. ff. de
5. officio præfec. vrb. Hinc etiam dicitur, Regem in terris esse sicut Deum in cælis. §. quia igitur. in auth. de instru. cautela & fide. collatio. 6. & in auth. constitutio quæ de dignitatibus §. illud. eadē colla. 6. ibi Quoniā omne bonū quod siue à Deo acquiritur hominibus, siue ab império sequente Deum decet esse mansurum. confirmat idem tex. non omittendus in. §. propterea. in auth. de quæstore. colla. 6. & glo. notabilis in. l. iubemus. 1. in verbo cæleste. C. de sacro sanct. Eccles. Et ideo licet iux
6. ta Bar. Alberi. Angel. Paul. & reliquos post glo. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. regna sint de iure gentium, & per cōsequens reges, hoc sane verū est considerata causa

sa mediata; sed si consideremus causam primam & immediatam dicimus, reges esse de iure diuino cum a Deo immediate procedãt.

7. Ex quibus recte infertur, ac optima quidẽ ratione dicere possumus, recte fuisse dictum ac statutum, officium regum proprium esse, ne dum cogitare de vtilitate communi, & singulorum; vt subditi in pace securi, ac tranquilli viuere queant. vt in auth. de hæredib. & falci. ibi. Quid princeps. colla. 1. sed etiam facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupillisq;, & viduis, qui facilius opprimuntur a potẽtibus præbere auxilium. vt Hieremiæ cap. 22. & in c. regum. c. administratores. 23. q. 5. vsurpantes etiã aliena, & cõtumaces ad restitutionem cogere. l quidam existimauerunt. ff. si cert. peta. & pœnas pessimis, præmia vero bonis reddere. Nam vt inquit Cypria. de duodecim abusionib. iustitia Regis pax est populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura langorum, gaudium hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi metipsi spes futuræ

8. beatitudinis. Quod approbat Isidorus in lib. Clementis. dicẽs, per iustitiam imperia, regna, populos, & ciuitates regi, & gubernari. Quę si emedio tollatur, hominum societas omnino cessaret.

9. Diligite ergo iustitiam vos qui iudicatis terram: quia iustitia perpetua & immortalis est: iniustitia autem mortis est acquisitio. ita Sapien. 1. Et etiam plurimum commendat hanc dilectionem Grego. in registro. inquiens, summum bonum in regibus esse iustitiam colere, ac vnicuique sua iura seruare, & subiectis non sinere quòd potestatis est fieri, sed quod æquum est custodiri. Turpe est mihi defendere quod non constiterit mihi iustũ esse: quia homines propter iustitiã diliguntur, non autem iustitia propter homines postponitur. Quam etiam Antiochus tertius Asiæ Rex referente Camillo Giliano lib. 6. cap. 5. de iustitia ostendit maximopere dilexisse, quãdo scripsit omnibus sui regni vrbibus, quòd si quid in litteris quæ eius nomine scriberẽtur esset quod legibus aduersum videretur, crederẽt ignaro se huiusmodi litteras scriptas fuisse; & quòd propterea eis non parerent. Sanctissimum profecto verbum, & quod iusto Regi maxime conueniat; vt quemadmodum ipse populis præest, ita & ipsi leges, atque æquitatem præesse intelligatur. Præterea commemorat Zonaras tomo. 2. in Traianum, quòd cum Traianus insignia iustitiæ prætori seu gubernatori Romæ commendasset ei præcepit,

vtere hijse iustitiæ insignijs, cum ipse iussero, quod iustum sit; & cõtra me ipsum si contrarium præcepero. Reges quoque Egypti attestante Plutar. in apoph. eandem erga iustitiam ostenderunt dilectionem, qui suis magistratibus Iureiurando iniungebant, ne suis iniustis mandatis obedirent. Idem etiam Plutharcus de Antigono. 3. commemorat, omnibus suis præsidibus & ministris præcepisse, ne sua mandata executioni demanda rent, etiam, quòd eius manu scripta ac firmata fuissent, si illa contra iustitiam ac contra regni leges esse reperirentur. Item & constat, Imperatores Theodo. & Valenti. maximopere iustitiam dilexisse, quando in. l. 1. C. de præcib. Imper. offer. statuerunt, rescripta cõtra ius elicita ab omnibus iudicibus refutanda esse. Pariter quoq; ob hanc iustitiæ dilectionem summopere laudandi sunt huius Principatus Cathaloniæ Principes. Nã de Rege Alfonso Secundo in curia Montissoni anni. 1289. cap. 7. & 16. & de Rege Iacobo Segundo in secunda curia Barcinone, Anni 1299. cap. 16. & de eodem in tertia curia Barcinone anni. 1311. cap. 12. & in curia Gerundæ Anni 1321. cap. 4. 9. & 17. & de Rege Martino in curia Barcinonę Anni. 1409. in actis curiæ cap. 1. atque de Catholico Philippo nunc feliciter regnante in secunda curia Montissoni Anni. 1553. cap. 18. legitur, ipsos sanctissime in dictis locis statuisse, ne litteris & prouisionibus contra leges & dicti principatus constitutiones a se, & sua curia expeditis, & emanatis, vllo modo obediretur. Hanc eãdem iustitiæ dilectionem canonizauit Roma. Ponti. in cap. si quando. extra de rescrip. vbi in hæc verba inquit, si quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animũ tuum exasperare videntur turbari non debes, & infra. Qualitaté negotij pro quo tibi scribitur diligenter considerans aut mandatum nostrum reuerenter ad impleas, aut per litteras tuas quare adimplere non possis rationabilem causam prætendas: quia patienter sustinebimus si non feceris quod praua nobis fuerit insinuatione suggestũ.

10. Est autem iustitia iuxta Aristotelem. 5. Ethicor. habitus per quẽ iustorum operationes fiunt, per quem agunt, & volunt res iustas. Et Cicero lib. 2. Rethoricorum dicit, iustitiam esse habitum animi communi vtilitate conseruata suam cuique tribuens dignitatem, eiusq; partes esse religionem, pietatem, gratiam, vendicationem, obseruantiam, & veritatem. Et alibi dicit scilicet lib. 3. Rethoric. esse æquitatem ius suum vnicuiq; tribuẽtem pro dignitate cuiusq;. Corroborat idem Ambro. de offici. quo loci ait, iustitiam esse illam

quæ

quæ nihil alienum vendicat quæ cuilibet dat quod suum est, quæ negligit propriam vtilitatem vt seruet cõmunem æquitatẽ. Et adeò seruat æquitatem, quòd ipsa iuxta Cassiodor. super illud Psal. Et operatur iustitiam. non nouit patrem, non nouit matrem, veritatẽ nouit, personam non accipit, & Deum imitatur. Atque ideo Vlpianus in.l.1.ff.de iusti. & iure. inquit, iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. Quam colimus, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernẽtes, bonos non solum metu pœnarum, verum præmiorum quoque exortatione efficere cupientes. Est constans & perpetua voluntas, ideſt Idæa seu forma, in anima æqua præscribens, nunquam refugiens: sicuti oculis a natura est indita vis, quæ colores à se inuicẽ secernit. Hæc iustitiæ Idæa est immutabilis, certa & perpetua. Vt enim corpus non potest non dolere, cum vulnus accipit: ita animus perpetuo improbat; quoties ius suum alicui no tribuitur. Ita semper sentit iustitiam esse, neminem lædere. Atque ideo interrogatus Polyphemus, an putet iustitiæ esse, deuorare homines, non potest, non fateri se iniuste id facere. Ius itaque vnicuique tribuere, est neminem lædere: & inde asseritur iustitiam esse, quæ neminem lædit vt infra latius explicabitur.

II. Plures etiam scripserunt iustitiam nedum esse virtutem, sed & matrem & reginam omnium aliarum virtutum. Nam de iustitia veniunt Innocentia, Amicitia, Concordia, Pietas, Religio, Affectus, Humanitas, & cetera huiusmodi: quibus virtutibus, vir bonus primum, atque deinde Reipublicæ rector efficitur secundum Macrobium. Et Lactan. Firmia. diuin. institutio. lib. 5. cap. 5. cum de iusti tia disputat dicit, iustitiam aut esse summam virtutem, aut ipsius virtutis fontem: quam non modo Philosophi quæsiuerunt, sed poetæ quoque, qui & priores multo fuerũt, & ante natum Philosophiæ nomen pro sapientibus habebantur. Hi plane intellexerunt, abesse hãc a rebus humanis, eamque finxerunt offensam vitijs hominum, cessisse è terra, in cœlũq; migrasse. Nec omittendus est Polus Pythagoricus in libro de iustitia, vbi sentit, iustitiam inter homines esse matrem, & nutricem ceterarum virtutum appellandam. Nam inquit, sine illa neque temperãtem, neque prudentem, neque fortem esse quenquam, fieri potest. Quippe harmonia, & concordia totius animæ est cum consinnitate. Fiet autem eius vtilitas euidentior, si alios habitus cõsiderauerimus; vt potè qui particularem solum sui vsum, & ad vnum quempiam præbeant.

beant. Iustitia vero vtilitatem in multitudine, & vniuersas rerum compræhensiones præstat; siquidem in mundo principatum omnem obtinens, prouidentia vocatur, & harmonia, & constitutio generis cuiusdam Deorũ, qui ipsam ita disposuerunt. In ciuitate Pax, & æquitas nominatur. In domo autem hæc est viri, & vxoris concordia mutua. Item famulorum in hæros beneuolentia. Dominorum autem erga famulos benigna curatio. In corpore autem sanitas, & perfectio membrorum, quam tãquam pręcipuã cunctę animantes maxime diligunt. Ceterum in animo est sapientia, quæ per scientiã & iustitiam hominibus comparatur. Cum igitur hæc virtus totum simul, ac partes singulas ita moderetur, & inconcordia conseruet, quomodo non mater, & nutrix tũ virtutum, tum rerum omnium cõmuni iudicio dici deberet: immo secundum Hieron. ad demetriadem. omnes virtutum species vno iustitiæ nomine continentur.

12. Hanc autem iustitiam Reges, eiusq; præsides, atque iudices rectè administrabunt, si præcipuè iuris præcepta in eius administratione obseruauerint. Ad quę deueniendo, dico tria esse iuris præcepta Honeste viuere, Alterũ non lædere, & Ius suum vnicuique tribuere. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. §. iustitia. insti. eõ.

13. Debent Rex, & qui Reipublicæ præsunt honeste viuere, intelligo, quoad mores; vt eorum optimo exemplo reliqui sui inferiores honeste quoque viuant: & ne cum de paruis criminib⁹ subditos cohercere volunt ab eisdem de similibus, aut forte grauioribus reconueniantur. Oportet igitur, vt qui multorum administrationem habere debet, is plane sit qui sui animi virtutibus, atque vitæ exemplis omnibus prosit; neminiq; aliquo vitio noceat. Nam cum omnes illum attentis oculis intueantur, necessario ea in illo vident, quę in alijs minime animaduertere curãt. Etenim, qui officium aliquod publicum gerit ratione suæ dignitatis, est quasi in sublimi quodam loco positus quẽ omnes fixis oculis sæpissime aspiciunt, non vt quę bona sunt imitentur, sed vt mala assidua reprehensione infectẽtur, vt sic illius vitia, erroresq; grauissimis conuitijs, potius quàm laudes publicẽtur. Qui quamuis optimè suo munere fungatur, non tamen omnium volũtati satisfaciet; sicq; efficietur, vt minime desint improbi homines, qui tanquam momi in lucem proferant, ac omnibus patefaciant quæ ab ipso gubernatore intra priuatos parietes gerantur, diuinantes quàm sæpissime intimos illius animi census, atq; cogitationes. Refert Plutar. in politica. quòd eo die quo Pericles

cles Reipublicæ munera adiuit Athenis, ita prudenter vitæ suæ rationem instituit, vt ne ab inuidis, & malevolis hominib⁹ iure reprehendi posset. Assiduam de ambulationem, amicorum consuetudinem in rebus leuibus, iudiciumq; liberum de aliorum vita omnino reliquit: ac de suis moribus curã maximã sustinuit. Quiete namque gradiebatur seuero vultu, graui locutione, & senatũ tantũmodo adibat. Quidquod & Liuius Drusus Romanorum Tribunus, nõne hãc vitæ institutionem in gubernatoribus comprobauit? Qui architecto cuidam domum quam Drusus habitabat reficere volenti respondit, induplum tibi satisfaciam, si mihi domum ita apertam edificaueris, vt omnes quidquid in ea fiat possint apertissime intueri. Itaq; oportet imprimis, vt is qui alicui muneri præest, quique rempublicam gubernat, & administrat sit quasi ardentissima quędam theda in obscuro & tenebricoso loco posita vt clarissimo suorum virtutũ luce, & splendore omnibus lucem præseferat: & vt subditi illius integritatem quæ maxima esse debet diligenter imitentur. Nam cum maxima est gubernatorum probitas, raro quidem contingit, vt turpes sint atque improbi illi qui gubernantur. Ex quo illud plane cõsequitur, nihil præstabilius in administratore futurum ipsa virtute, quàm tanto maiori in honore atque præcio debet habere, quanto apauciſsimis consequitur, & cõparatur. Nam quamuis Hercolis fortitudo grandis apud omnes gẽtes habita fuerit, tamen nisi cum virtute coniuncta fuisset, non ad tantum dignitatis culmen peruenisset. Imo vero hunc omnes vehementissime dilexerunt, quòd tantam animi & corporis fortitudinẽ admirabili quadã laudabiliq; moderatione, prudentia, atque iustitia temperauerit Hæc autem ante oculos proponere semper debẽt, & omni cura & studio obseruare non solum illi quibus demandata est Reipublicæ administratio, sed etiam & quibus pastoralis solicitudo & cura commissa sunt, cuiusmodi sunt prælati optimi, fideles verbi Dei Prædicatores, Religiosi, Sacerdotes, & ministri soliciti, & vigilantissimi. Si enim illi quibus optima viuendi ratio conuenit, & quos maxime, & præter ceteros decet optimam & præclarã vitam colere turpiter, & inhonestè operantur, nimirum si eorum subditi, illorum vestigia sequantur, moresq; imitẽtur. Integritas namque præsidentiũ salus est subditorum. Itaque euitare debent superiores vt cum festucã de oculo inferiorum eijcere volunt, ne inferiores & subditi dicãt illis, eijce primum trabem de oculo tuo. Dicit enim Deus attestante Matheo

cap. 7.

cap.7. Quid autem vides festucã in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo sine eijciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo. Iudicare enim debet ille de alterius errore, qui non habet in se ipso quod condemnet. Iudicet qui non agit eadem, quæ in alio putauerit puniẽda; ne cum de alio iudicat in se ferat sententiam. c. iudicet. 3. q. 7. Induimini ergo reges & iustitiæ gubernatores hac honestatis virtute. Nihil enim in nobis auare, nihil iniustè, nihil libidinose, nihil incontinenter est faciendum. Sapientis enim est proprium, nihil quod pœnitere possit facere: nihil iniuste, sed splendide, constanter, grauiter, honeste omnia, hæc Cicero lib. 1. de offici. Non enim libere quis imperare alijs potest, si suorum viciorũ & cupiditatum se dominũ negat: & imposturis quibusdã mali quidem exempli, & alijs nociuis vtatur. Immo dum his obediet, non modo Imperator sed liber habendus omnino nõ erit. Qui iuxta Augusti. de Ciuita. Dei. lib. 4. cap. 4. malus si regnat seruus est tot dominorum, quot vitiorum. Dico ergo cũ Cicerone lib. parado. quòd si vis recte imperare refrena primũ libidines, sperne voluptates, iracundiam tene, coerce auaritiã, & ceteras animi labes repelle. Hęc autem ad honestatem petinent. Quibus facit Aristotelis dictum lib. 3. Politicorum dicentis, melius esse ciuitatem regi optimo viro, quàm lege optima. Cicero quoq; lib. 3. de legibus refert, nihil esse, quod facilius Rempublicam corrumpat, quàm Principum ac virorum illustrium mali mores. Et hęc sane verificantur ex pluribus incõmodis quæ ex malo inhonestoq; rege seu gubernatore sequuntur: de quibus plura sunt exempla, & signanter quæ sequuntur.

Et primo in Rege Dauid de quo 2. Regum. cap. 11. habetur, quòd cum commisisset adulterium cũ Beth-sabee filia Eliam, & vxore Vriæ Hethæi, feciſſetq; Vriam occidere, vt illam in vxorem duceret, permisit Deus in eius punitionem, quòd Absalon eius filius contra eum irrueret, & quòd se ipsũ Regẽ Israel erigeret, quodq; essent certamina, ac prælia inter patrem & filium, in quibus plura hominum miliaria interẽpta fuerunt.

Præterea Reg. 3. cap. 11. de Salomone Rege legitur, quòd cum mulieres multas alienigenas adamasset, & eas contra Dei præceptum in vxores duxisset, seq; totũ ob id Idolatriæ consecrasset, ideo Deus regnum Israel in duo regna diuisit: ex qua re, multi labores, guerræ, & infortunia plurima toti Hæbreorum nationi deuenerunt.

Item

Item Claudius Neron quamuis in primis sui imperij quinque annis, se virum bonum, ac virtutibus eruditum ostendisset, & hoc modo Romanam Rempublicam in pace, ac tranquillo statu constituisset: tamen cum postea elapsis dictis quinque annis totum se libidini, & alijs vitijs consecrasset, eundemq; ministri & eius familiares in eisdem imitarentur, effectum sanè fuit, quòd & obseruatio legum, boniq; mores, prorsus in Republica cessarũt: variæ prouinciæ contra eum se rebelles ostenderunt; ac tandem hostis patriæ Romanę cõdemnatus se ipsum fugientem interemit.

Et de Tiberio quoque commemoratur, quòd cum in initio sui regiminis ostendisset, se summa modestia velle gubernare, & repellisset nomina honorifica quæ sibi senatus tribuebat, ne vè iratum se ostendisset contra eius detractores atque populum a vectigalibus eximisset, ob quod subditi omnes sũmo amore eum prosequebantur, cum postea ab his destitisset, cepisset q, helluones imitari, dandose vitijs, gulæ, luxuriæ, alijsq; voluptatibus, nedũ fuit statim ab omnibus deiectus, sed & a Calicula eius successore interfectus.

Commodus quoque Imperator Marcij Aurelij Imperatoris filius ob inhonestam vitam quam dimisso eius exercitu, oblitus sui Imperij Romæ profitebatur, fuit ab omnibus contemptus, & tandẽ a quodam famulo vocato Narcizo necatus. Quem ad hoc Marcia illius amica rogauerat.

Nec ommittendus est Eliogabalus cui⁹ prodaguilitas fuit adeò excessiua propter malos mores qui ab eo exercebantur, quòd multorum regnorum substantia suis sumptibus nõ suffecit. Quem ideo milites prætoriani quamuis ab eo diuitijs repleti fuissent publicè interfecerunt, & per vicos Romanæ Ciuitatis raptarunt, procurarũtq; eius memoriam delere.

Quidquod de Roderico Hispaniæ Rege, quem Mauri Affricani propter eius libidines, & strupum in Cauam Comitis Iuliani filiã commissum a suo regno permissione diuina priuarunt. Vt large commemorat Marianna Societatis Iesu in sua historia lib. 6 cap. 21.

Quid etiam de Henrrico octauo Anglorum Rege cuius libidines & voluptates cum Anna Bolena, repudiata sereniſsima ac sanctiſsima Regina Caterina eius vera vxore in tantam calamitatem & miseriam eum, eiusq, regnum duxerunt, vt nedum tantæ hereses in eius regno supplantate fuerunt adeo quòd tota eius terra eorum repleta est, & hodie vigent & vrgent, sed etiam ipse atque Anglij Romanæ ecclesię obedentiam quã

pro-

promisserant tulerunt: ac tandem se ipsum ob tanta facinora in vltimo vitæ spiritu perditum pronuntiauit, quando his verbis dixit, omnia sunt perdita: authore Sandero, & post eum Riba de Neyra in historia Ecclesiastica Angliæ. Propositum igitur iuris præceptum quod in honeste viuendo consistit Principes & iustitiæ gubernatores custodite.

14 Secũdum iuris præceptũ quod consistit in alterum non lædendo ad recte iustitiam administrãdam quoque seruandum est. Quod & à natura seu naturali lege omnibus iniungitur: qua præcipitur, ne per alterum alteri damnum inferatur, scilicet proximi animæ, corpori, honori, vel famæ, aut fortunis, quod decerpitur ex septem præceptis secundæ tabulæ Decalogi vt Exodi. 20. Vnde quod tibi non vis alteri ne feceris. vt in principio decreti, vbi Gratianus primo proponit, humanũ genus duobus regi, naturali videlicet iure, & moribus. Et ius naturale esse, quod in. l. & in Euangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri: & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in Euãgelio omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.

15 Ex quibus recte infertur gerentes principatnm, & iustitiam administrantes non debere reminiscere inimicitiarum, & discensionũ si quę prius sibi cũ aliquibus intercesserunt. Nam vt inquit Eusebius Sardus, non ad regnandum promotus es, vt te ipsum vlciscaris, verũ vt imperio tuo subditos, etiam ab aliorum insidijs securos atq; tutos custodires: & vt custos esse recti, & magnæ Dei iustitiæ minister, ac interpres. Memini me cognouisse aliquos, qui postquam fuerunt in magistratu constituti, maluerunt potius indeteriorem conditionem se ipsos constituere, & grauitate, & sanctitate quæ requiritur in principe se ipsos priuare, quàm virga iustitiæ omittere iniurias suas vlcisci, & sic alios lædere. Quid quæso de huiusmodi præsidibus erit dicendum, Respõdeo, eos potius hostes ne dum subditorum, sed animæ suæ, quàm iudices appellari debere. Et prouincia quæ à Principe seu præside tam iniquo hoc patitur flagellum adeat superiorem si talem habuerit, quem continuo roget, vt eiusmodi afflictio & calamitas ab eis tollatur. Vbi vero nõ recognosceretur superior ad quem recurri posset, remedium est, orare Deum, quòd dignetur inter illum, & inimicos suos stabilire, & confirmare concordiam, & pacem, ac gratiam & misericordiam suã super illum ostendere, & infundere, omneq; odium, & iracundiam quod

contra

contra eius subditos habet extinguere & mitigare.

16. Præterea ministri iustitiæ aliũ lædere dicuntur, quando cognoscunt de causa parte in audita, & non datis defensionibus: nihil enim contra partem in auditam est diffiniendum: vt in.l. fin. C. si pervim vel alio mo. cap.tum ex litteris.extra de in integ. resti. & cap. interquatuor. extra de maiori. & obedien. Et adeò hoc est verum in criminalibus, quòd nemo debet condemnari, nisi prius dato termino ad suas faciendum defensiones etiam si ipse fuerit delictum sponte confessus, & ita seruat praxis in toto orbe. vt attestatur Salycet. in l.2.post num. 7. C. de custo. reor. Angel. de malefi. in verbo. qui iudex dictis inquisitus in primis verbis. Potest enim reus contra propriam confessionem multa deducere: vt in facti contingentia cõsuluit Grãma. in consil. 16. Et in tantum fatemur hoc esse verũ, quòd reo dandus est terminus ad se defendendum etiam non petenti, & etiam, quòd conuictus existeret, & fuisset sponte confessus, & hæc est communis doctorum sententia, de qua attestantur Boss. in tit. de cõfess. num. 10. & Iul. Clar. in praxi. q. 49. versi. Est igitur. in fi. Quam doctrinam examplificant doctores adeò verã esse, quòd nec Princeps de plenitudine potestatis potest dictam defensionem tollere. ita Bal. in. l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. Socin. in consil. 266. post n. 46. vers. Tertius casus lib. 2. quẽ refert Marsil. in practi. crimi. §. expedita. nu. 76. & in. §. opportune. n. 61. & consi. 81. n. 78.

17. Tertium iuris præceptum est, ius suum vnicuiq; tribuere. Quod & præcepit Deus attestãte Matth. cap. 22. quando interrogatus à iudæis, an tributum daretur Cæsari, ipse respondit, quod est Cęsaris da Cæsari, & quòd est Dei Deo, significans his verbis, ius suum esse vni cuique tribuendum.

Huic iuris præcepto facilimũ erit regibus, eorumq; iudicibus satisfacere, cum curam habuerint sine Timore, Cupiditate, Odio, & Amore, in negocijs iudicium ferre. Quod approbat Isidor. de summo bono. lib. 3. cap. 58.

18. Ad primum, dicimus, iudicandum esse sine timore, quia timore peruertitur iudicium, dum metu potestatis alicui⁹ veritatem loqui paueſcimus. Atque ideo improbãdi sunt illi prouinciarum præsides qui coram iudicibus dum de decidendis causis tractãt plura loquuntur, vt eorum verbis, vel signis, vultum scilicet rugando, labia mordendo, aut alijs indicijs, ex sui corporis motibus resultantibus eorum affectatam voluntatem intelligant; vt sic voueatur, quod ipsi cupiunt, & non quod vera iustitia postulat. Hoc

sane maximopere damnãdum est, & Reges atque eorum prouinciarum præsides à se tanquam conscientiæ contrariũ eijcere debẽt, suosq; iudices in decidendis causis summa cum libertate dimittere. Quod approbat Alciat. in Emblemmatibus in senatũ boni Principis: vbi depingit imaginem eius qui iustitiam administrat, in quiẽs, cum primum debere habere quietem in animo: quia quies animi bene compositi, & minime commoti prudentiam arguit. Nam vt ait Philosophus sedendo, & quiescendo anima fit prudens; & quòd habeat manus amputatas quibus indicetur, consiliarios alienos esse oportere à munerum capiendorum corruptela, & denique quòd ipse Princeps seu præses exoculatus fingatur, vt hoc modo indicetur, iudicis personam, iudicijq; sententiam omni affectu, & personarum exceptione orbam esse debere. Sanctissima profecto pictura, & quod iusto præsidi cõueniat: nam si vnis ex iudicibus præsidis locutiones, & signa, seu potius declarata voluntas, nihil operantur, cum malint potius seruire Deo iustè causas vouendo, quàm iniustè suis regibus, eorumq; præsidibus placere, potest in alijs, in quibus humana natura forte debilior, atque fragilior est, & quos damnata ambitio tentare potuit contrarium contingere. Cupiditate etiam corrumpitur iudicium, cum alicuius præmio corrumpimur, quod contingere potest, quando diuitum negocia tractantur. Nam vt inquit *Isidor.* in loco supra citato, diues muneribus cito corrumpit iudicem: pauper autem dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur: cito inquit violatur auro iustitia. Nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Itaque Plato in lib. de legib. grauiter non solum condemnat iudices recipiẽtes dona pro corrumpenda iustitia, sed etiam eos qui dona recipiunt pro illa administrãda, quos ideo ad mortem damnat. Hijs facit, quod legitur Regum. 1. cap. 8. vbi cum Samuel posuisset filios suos iudices super Israel, & ipsi reciperent munera quibus iudicium peruertebatur fuerunt ideo detecti, & congregati vniuersi maiores natu Israel petierunt à Samuele, quòd constitueret illis Regem, qui illos iudicaret: & Deuteronom. capit. 27. maledicuntur capientes munera; vt percutiant animam sanguinis innocentis. & ibidem capit. 16. habetur: Nõ accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Isaiæ quoque capit. 5. minat Deus eos qui iustificant impium

impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferũt ab eo. Fugienda est ergo à iudicibus auaritia. vt etiam patet Exodi cap. 18. vbi Iethro cognatus Moysi, dat Moysi cõsilium, quòd prouideret de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, qui iudicent populum omni tempore. 21.

In hac re maximopere laudandus est Artaxersis Languimanus Persię Rex, qui persuasus à quodã familiari suo (qui familiaris mouebatur pro interesse triginta mille ducatorum quæ sibi promissa fuerant) quòd certam faceret iniustitiam, maluit potius de suo, dicto familiari dicta triginta mille ducata dare, quàm instatam iniustitiam facere. 22.

Refert quoque Eras. lib. 5. Apophtheg. Simonidem quadam cupiditate commotum Themisto clem tentasse, vt in quodam negocio iniustam sententiam ferret, & Themistoclẽ sic respondisse, Neq; tu bonus poeta fueris, si præter musicæ modulos caneres, neque ego Princeps bonus si contra leges pronuntiem.

20 Odio etiam violatur iustitia, cũ contra quemlibet aduersariũ molimur. Nam iudicare dignè de subditis nequimur, si in subditorum causis non merita, sed odium, vel gratiam sequimur: ita Grego. Moral. 19. super illud Iob. 29. & vt supra citaui, non ad regnandum vel iudicãdũ promotus es, vt te ipsum vlciscaris, verum vt imperio tuos subditos etiam ab aliorũ incidijs securos, atq; tutos custodires, & vt custos esses recti, & magnæ Dei iustitię minister; atque interpres.

Amore deniq; peruertitur iudicium dum amico vel propinquis placere contendimur. Quod pernicioſisimum est, quia in iudicijs non est facienda distinctio personarum. cap. nouit. de iudicijs. Bar. in. l. 1. in prin. ff. de postul. & Din. in reg. in iudicijs. de regu. iur. in 6. Et probatur Exodi cap. 23. ibi nõ sequaris turbam ad faciendum malum, neque in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ: vt à vero deuies. Pauperis quoque non misereberis in iudicio: & Leui. 19. habetur, non consideres personã pauperis, nec honores vultuum potẽtis, iustè iudica proximo tuo. Deuterono. etiam cap. 1. legitur, Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis, vt magnum. Nec accipietis cuiusquam personam: quia Dei iudicium est. Prouerb. 14. quoq; dicitur, cognoscere in iudicio personam non esse bonum, & ibidem. 28. qui cognoscit in iudicio faciem non bene facit iste, & probucella panis deserit veritatem. Ita rectè censit Titus Manilius iuris Pontificij

peritus, qui cum inter Macedonas accusatores, & filium suum accusatum, fuisset Iudex cõstitutus, ita pronũtiauit. Quum probatum sit Silanum filium meum pecuniam accepisse, ipsum repudio, & prole mea indignum iudico, protinusq; à conspectu meo ab ire iubeo. Et legitur. 1. Reg. cap. 4. quòd cum hæc ita non censisset Heli summus Sacerdos, qui propter amorem filiorum suorum Ophni & Phinees illorum delicta punire minime curauit, permisit Deus, quòd Philistiim cum magno exercitu venirent contra Israelitas etiam arcam fæderis deferentes, & quòd in eorum certamine, & prælio, ne dum filij Heli interficerentur, & triginta milia peditum de Israel perirent, sed etiam quòd arca Dei capta esset. Et Heli qui iam erat nonaginta octo annorum, cum hoc de Arca intellexisset, cecidit de sella retrorsum iuxta hostium, & fractis ceruicibus emisit spiritum.

Ex quibus aperte concluditur, iudicem amissis amore, & voluntate quibus litigantem prosequitur debere summa æquitate iudicare, ac ius vnicuique quod suum est tribuere. Quę vera ita esse existimantur, quando iudex apertas & dilucidas habet probationes ad tribuendũ vni ius quod suum est, & ad cõdemnandum alteram expartibus, vel quando ipse iure arbitrari potest probationes quas habet sibi ad tribuendum alteri quod suum est sufficere. Nam cũ materia probationum sit arbitraria. Vt in. l. 3. ff. de testib. l. 1. ff. de iure deliber. cum notatis in l. Lucius. Vbi Bar. & Doctor. ff. de his qui notan. in fam. potest ideo iudex attenta qualitate personarum, testium, instrumentorũ, indiciorum, coniecturarũ, negotij, tẽporis, & loci arbitrari siue sim⁹ in ciuilibus, siue in criminalibus, an habeat sufficiẽtes probationes ad cõdemnandum vel ad absoluẽdum. Quod tamen in tribus casibus limitandum esse existimo. 23 Primo, quando lis inter diuitem & pauperem verteretur, & iustitia inter illos omnino dubia esset: nam in eo casu, iudices potius debẽt causam pauperis fauere, quàm diuitis: & ita ex diuina doctrina percipimus. Nam licet Deus stricte iubeat in iudicijs distinctionem personarum non esse faciendam, tamen multoties quærelatur, cur iudices non præbent debitum auxilium pauperibus, peregrinis, pupillis, & viduis, qui facilius à potentibus opprimuntur, vt Ecclesiast. capit. 4. 24 Secunda exceptio est, quando lis vertitur inter Regem, & vassallũ, & iustitia inter eos omnino dubia esset: nam tunc pro vassallo præsumendum est, ex sententia modestini in. l. non puto. ff. de iure fisci, dicen-

dicentis, iudicem non inique facere in dubio contra fiscum iudicantem. Atque ideo cum temporibus Traiani Imperatoris contra fiscum sententiæ darentur, ipse Traianus à Plinio plurimum his verbis fuit commendatus. Quæ præcipua tua gloria est sæpius vincitur fiscus, cuius mala causa nũquam est, nisi sub bono principe. Hæc Plinius in Panegyrico ad Traianum. Sic Iulius Capitulinus de Marco Antonio Philosopho commemorat in causis compẽdij, ipsum Imperatorem nunquam fauisse fisco: meminit Didac. a Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 16. in prin. Tertia exceptio est, quando est contentio super iurisdictione inter curiam Ecclesiasticam, & secularem: quia quando causa dictæ contentionis dubia est pro ecclesia iudicatur. & ita obseruatur in hoc Principatu.

Et hæc omnia quæ de amore, & odio supra diximus tradit quoq; breuibus verbis Aristotel. lib. 3. Topico. quo loci ait, amorem, & proprium commodum, & odium sæpe facere iudicem non cognoscere verum.

25. Quare ex prædictis planè deducitur, facere iustitiam rem apud Deum amabilem esse, & quòd sic illam rectè administrantes plures consequantur vtilitates. Nam primo beati efficiuntur, vt in Psalm. 105. ibi Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam omni tẽpore. Secundo iustè iudicabuntur vt Sapien. 6. ibi. Qui enim custodierint iustitiam iustè iudicabuntur. Tertio, quòd pro administrante iustitiam, Deus expugnabit inimicos suos, vt Ecclesiast. 4. ibi. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Quarto efficiuntur filij Dei. vt Ioan. 2. ibi Omnis qui facit iustitiam ex Deo natus est. Quinto iustitiam administrantes diliguntur à Deo, vt Salo. Prouerb. 15. ibi. Abominatio est Domino via impij; qui sequitur iustitiam diligitur ab eo. Sexto qui operatur iustitiã ipse exaltabitur, & denique gloriam consequitur ad quam Deus per sui misericordiam nos perducat. Amen.

Cap. 3. In quo ostenditur ad recte iustitiam practicandam, fugiendam esse iniustitiam, & inferuntur multa infortunia sequuta contra iniustitiam facientes.

1. *INiustitia vel denegare iustitiam quid sit.*

2. *Iustitia Regnum stabilitur: iniustitia vero amittitur.*

3. *Iniustitiam administrantes varijs modis diuina castigatione puniuntur. vt hic aliquorum exẽplis demõstratur. Vbi etiã dicitur, de quibusdam qui dictam diuinam castigationem timuerunt.*

POSTquam in superiori capite satis abūde dictum est de iustitia, & de his quę iudices ad illam recte administrandam obseruare debent, oportunum quidem erit, hoc in capite, non nulla de iniustitia, de diuinaq; castigatione facienda in administrantes & exercentes illam, & seu iustitiam facere denegantes explicare.

1. Iniustitiam autem sacræ litteræ diffiniunt esse omnem deuiationem à virtute. Nam sicut omnis virtus dicitur quodammodo iustitia, & omnes virtutum species vno iustitiæ nomine contineantur, vt supra in dicto proximo præcedenti cap. num. 11. late explicuimus; ita iniustitia dicitur a virtute deuiatio. Et denique iniustitia, seu denegare iustitiam quæ idem sunt, nihil aliud est, quam facere contrarium eorum quę in dicto capite de iustitia dicta fuerunt. Nam si Princeps eiusq; præsides, & iudices non curant iuris præcepta seruare, & sine Cupiditate, Timore, Odio, & Amore ius suū vnicuiq; tribuere, in necessariam consequētiam deducitur, eos potius iniustitiam fouere, quam iustitiam colere & diligere. Quod valde timendum est, ne ipsi iniustitiam facientes, vel iustitiam denegantes diuina castigatione puniantur, ne vè eis varia infortunia sequantur.

2. Nam iustitia Regnum stabiliri, & ea deficiente amitti attestatur Riba de Neyra. de virtutib. Princip. Christ. lib. 2. cap. 5. dicens, sine iustitia neque Regnum, neque Prouincia, neque Ciuitas, neq; oppidum, neque domus, neque familia, sustineri ac conseruari posse: & nulla alia de causa aliqua regna destructa & deuorata fuisse, quàm ob iniustitias seu iustitiæ defectū. Et vt inquit Augus. de Ciuita. Dei lib. 4. cap. 4. vbi nō est iustitia ibi latrocinium est, qui authoritate Ciceronis, atq; etiā Scipionis Affricani probat, quòd vbi non est iustitia ibi Rē publicam esse nō posse.

3. Diuina autem castigatio tam in multis sacræ paginæ locis, quàm in multorum exemplis demōstratur. Et Primo Sapien. cap. 6. legitur, Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum; quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundū voluntatem Dei ambulastis. Horrēdè & cito apparebit vobis: quoniam iuditium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim

subtra-

subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinẽ cuiusquam; quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant.

Et Ecclesiasti. cap. 10. contra Reges iniustitiam facientes Deus aliam profert sententiam his verbis. Regnum agente ingentem transfertur propter iniustitias, contumelias, iniurias, & diuersos dolos. Quod sanè nostris temporibus vidimus verificatũ fuisse in Regno Franciæ. Inquo cum Caluinij hæreses vrgere cæpissent, sanctissimus Papa Pius Quartus in Anno. 1561. Cardinalem de Ferrara ad Carolum Nonum illius Regni Regem, seu ad Catherinam de Medicis illius matrem quæ vt tutrix dicti Caroli in Regno gubernabat misit, & eidem Cardinali venerandum illum patrem Didacum Laynes generalem societatis IESV assosiauit, cumq; in dicto Regno curiæ celebrarentur, & ad eas Theodorus Bessa, Petrus Martyr, & alij principales hæretici accessissent summa cum instantia petierunt dicti Caluinij hæreses in Regno admitti debere. At dictus Didacus Laynes in eisdem curijs præsente Regina grauem, & doctissimam fecit orationem, qua in summa dictæ Reginæ alijsq; sublimioribus illius Regni viris persuadere curauit, quòd si ob amissionis Regni temporalis timorem, denegabant iustitiam, non puniendo hæreticos, & hæreses quæ in Regno maximopere pullulabant nũciabat illis ex parte omnipotentis Dei, quòd ab eis vera religio aufugeret, regnumq; amitterent. Et cum hoc Regina, alijq; Regni primates neglexissent, parum prædictam orationem facientes, quam primum grauissimum super eos infortunium sequutum fuit, quòd & ipsa Regina, & eius quatuor filij sibi & Henrico Regi communibus absque aliquo ab eis descendente & successore è viuis descesserunt; hæreses ibi pullularunt; Regnum inter ipsosmet francigenas ferè deuoratum fuit, & tandem propter dicta peccata, & iniustitiam de illis ad alium dictum Regnum transiuit videlicet in Henrricum Biarni Principem.

Aliam etiam contra iniustitiã facientes legimus Dei sententiam Reg. 3. cap. 20. quando per Profetam Regi Achab qui Ben-adad Regem Syriæ dimiserat dixit, quia dimisisti virũ dignũ morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & popul⁹ tu⁹ pro populo eius.

Hijs etiam faciunt ea quæ supra num. 22. alio in proposito de Heli summo sacerdote adduxim⁹ qui cum de filijs suis iustitiam facere recusasset, permisit Deus quòd & filij, & triginta milia peditum de Israel à Philistæis interficerentur, & quòd Arca fæderis ab eis esset capta ac tandem quòd Heli cecideret de sella retrorsum iuxta hostium, & quòd fractis ceruicibus emitteret spiritum.

Commemorat præterea Riba de Neyra, in lib. de virtutib. Principis Christia. lib. 2. cap. 5. referẽs Plutarcum in narrationibus amorosis, quòd cum duo iuuenes spartani voluissent strupum committere cum filiabus cuiusdam probi viri Sedacij nuncupati, & ipsæ cõsentire noluissent, eas necarunt, & in quendam puteum proiecerunt. At cum Sedacius pater hoc intellexisset, probatumq; tam graue facinus extitisset, iter arripuit versus Ciuitatem de Sparta ad petendum ab Ephoris qui erant illius Reipublicę iudices iustitiam: quã dicti iudices illi denegarunt. Ob quod Sedacius clamando per vicos se ipsum interfecit. Et refert Riba de Neyra ob dictam denegatam iustitiam, Deum permisisse, quòd Thebani Bellum indicerent contra Spartanos, & quod in eo Lacedemonij siue Spartani a dictis Thebanis prope sepulcrum filiarum Sedacij Vincerentur.

Quidquod de Maria Scotię Regina de qua commemoratur, maximæ considerationis esse, causam suorum laborum fuisse, quòd ipsa in suo Scotiæ Regno hæreses contra Catholicorum opinionem tollerauit, ipsamq; insequẽdo falsam status rationem noluisse quòd illegitimus Stuardus hæreticorum caput & capitaneus occideretur: dequa ideo fuit emissum pronosticum, quòd eius vita esset pro vita dicti illegitimi Stuardi, & ita successit, eam violenter, ac crudeliter, iussu Ysabellæ Angliæ Reginæ amittæ suæ interẽptam fuisse, quamuis factum hoc contigisse cõstet, propter summam dilectionẽ quam dicta Maria erga Catholicam religionem habebat; amoremq; quo Deum optimum Maximum prosequebatur.

Plures quidem potestates fuerunt qui dictam diuinam castigationem timuerunt. Et primo Rex Salomon vt Reg. 3. cap. 2. quando iussit occidere Ioab obneces per eum in Abner, & Amassam viros iustos, patre suo Dauid ignorante proditoriæ perpetratas, ac cum dixit ministro, & suę sentẽtiæ executori vade, & interfice eum, & sepelli, & amouebis sanguinem innocentem qui effusus est á Ioab á me, & a domo patris mei.

Eandem etiam timuit castigationem Tutillas Rex Gothorum, de quo scribit Carolus Sygon. in lib. de

lib.de occidentali imperio. sub num. 543. eum quendam virum Strenuum, qui se virgini strupum intulisse confitebatur, in carcerem vt vltimo supplicio afficeret condidisse, & quòd re perspecta Gothi vicem eius soliciti ab eiusmodi proposito deterrere conati sunt, èundemq; Regem illis respondisse, eiusdem ingenij esse delicto se abstringere, & delictorum supplicia impedire, & quòd si ille pœnis condignis non afficeretur Gothorum Rempublicam interire necesse esse. Quibus etiam Theodati exẽplum ante oculos proposuit, qui postquam æquitatem seu iustitiam diuitijs post habuit, Deũ Gothis minus propitium fuisse factũ; & ideo præstantius esse iustitiam custodire, quàm negligendo inuidiam concitare.

Eandẽ quoque timuit Rex Saleucus de quo apud Valleriũ Maximum lib.6.cap 5. legitur, quòd cum filius suus incurrisset pœnam amittendi oculos, & populus eius illi supplicasset ne dictam pœnam in dictum filium exequeretur, maluit quòd à se vnus oculus extraheretur, & alius ab eius filio, quàm pœnam impositam dissimulare. Et sic legi satisfaciendo se patrem, & simul justitię amatorem esse ostẽderet.

Titum quoq; Manliũ iuris Põtificij peritum constat, eandem timuisse castigationẽ, quãdo Sillanum filium suum propter quandã pecuniam ab eo acceptam repudiauit, & prole sua indignũ judicauit, protinusq; a cõspectu suo abire iussit.

Tandem legitur in Historijs Ecclesiasticis, quòd cum Diuus Dustanus Lusitaniæ Archiepiscopus quosdam clericos sibi subditos propter quosdam excessus punire voluisset & Rex intercederet pro eis, quidam Crucifixus quem ibi habebant vertitse ad Dustanũ, & dixit ei, pune eos, & eis non parcas. Quæ cũ Rex audisset, timuit, & cessauit amplius pro eis intercedere. Atque sic permisit Dustano quòd iustitiam in clericos faceret.

Quare omnes monitos habere volo, vt quisque ad quem spectet, curet, rectam administrare iustitiam, & sciat, quòd quemadmodũ ex optimo & probo iudice pendent omnia bona Reipublicæ, sic etiam & contra ex malo, omnis ruina, & labes eiusdem solet emanare. Etenim vt ait D. Isidor. lib. 3. senten. cap. 55. improbi iudices multo peiores sunt ipsis latronibus, & tanquam crudeles carnifices, qui carnes subditorum domini sui vendunt, a quo iustitiæ administrationem acceperunt. Itaque iudex qui recte non iudicat grauissimè ac seueriśimè puniendus est, vt huius supplicij exemplo, ceteri qui iudicis personam sustinebunt, cum aliquid velint iudicare,

timeant ne dum male iudicẽt, crudeliter quoque puniãtur. Sed propomite vobis ante oculos exẽplar illud Cambisijs Regis Persiæ qui iudicem quendam suum iugulare imperauit, quòd iniuste causam sibi commissam iudicaret, & subsellium in quo publicè sedebant iudices pelle impij iudicis ornari voluit, munusq; illud publicum eius filio dedit, quẽ ortatus est, vt prudenter quæ suarum erant partium præstaret, & vt locum quem occupabat optime animaduerteret. Idem etiam de Rugerio Ciciliæ Rege legitur. Et merito quidẽ: nã nihil est Reipublicæ nocentius, quàm authoritate muneris publici iniustè omnia facere, furari, leges frangere, ac violenter res tractare. Ac præsertim, cum iudex tanquam alter Deus ibi sedeat, a quo officium illud iudicandi accipit, & vt recordetur iuditiũ illud quod exercet suum plane nõ esse, sed potius Dei, vt testatum videmus. Deutero. 1. Itaque Alexander Seuerus Imperator qui laudatissimus Princeps fuit affirmabat, supplitium satis graue non esse, iudicem improbum munere publico priuare, sed illum punire alijs grauioribus atque acerbioribus pœnis. Constantinus etiã magnus Imperator tanta cura, & solicitudine inquirebat, num sui iudices iustè & debitè suum officium præstarent, vt legem statueret, quæ. 9. est, sub titu. de accusationib. C. Theodo. quam refert Carol. Sigoni, de occidentali imper. lib. 3. sub num. 325. quæ his verbis scripta est. Si quis est cuiuscunq; loci, ordinis, dignitatis, qui se in quemcũque iudicum, Comitum, amicorum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter, & manifestè probare confidit, quòd non integrè, atque castè gessisse videatur, intrepidus, & securus accedat, interpelletme, ipse audiam omnia, ipse cognoscam, & si fuerit comprobatum, ipse me vindicabo, fuit lata hæc lex. 17. Septembris Nicomediæ Paulino, & Iuliano consulibus existentibus.

O quam prudẽter factum fuisset, si Reges Christiani nostris tẽporibus huiusmodi suppliciorum generibus in istos consiliarios inueherentur, qui ficta quadam sinceritate, atque animorum integritate Principes decipiunt, cum authoritatem priuatam publicæ iustitiæ præferãt. Namq; si Regi aliquid semel consulerint, illudq; exercere ceperint, quamuis deinceps intelligant, verèq; sciant impium illud, atque iniustum esse, dũ suam cõseruent authoritatem; malũt iniustè illud approbare, quám prudẽter improbare. O magnum malum atque crudele, omnique reprehentione dignum. Crudele illud appello quod radix sit quam plurimorum malorum. Priuatis

enim

enim causis iniustitiam primum affert, deinde desperationem quãdam in subditis: cum amissam & perditam omnem spem habeant assequendi iustitiam in causis tali tam misero & impio exemplo, cũ in rebus publicis perturbationes plurimas, & maximas concitat, cũ ciues videant iustitiam in sola voluntate & arbitrio hominum, non in legibus positam esse, præferendo auctoritatem priuatam æquitati. Nam quod semel propositum est, semelq; decretum dum impiũ, iniustumq; sit, quis crudelissime factum non iudicabit, si illud propter solam authoritatem, immo illam iustitiæ præferendo sustinetur. Præterea Reges, & eorum consiliari qui huiusmodi mala patrantur naturam ipsam iniuria afficiũt grauissime, ac cõtra illam peccãt: Nam cum voluntatem liberam habeant, qua semper possint libere affirmare, aut negare, illi maximo sunt impedimento, quo non possit bonum a malo separare, & ipsa voluntas efficitur veluti flumẽ quod naturaliter retrocedere non potest. Ac tandem qui contra iustitiam aliquid defendunt, vt suam conseruent authoritatem, peccant contra Spiritum sanctum (quod impium est) cum scienter in mala atque iniusta opinione tanquam perfidi perseuerẽt. Quod Omen a Christianis omnibus Deus sua infinita misericordia auertere velit.

His autem malis nullum remedium aptius inuenio, quàm vt Reges se Philosophos, & sapientes esse arbitrentur: quorũ est se ipsos corrigere, suamq; sententiam atq; consilium mutare. Præsertim cum impiam illam atque iniustam esse videant. Et quod sint Deum timentes: nam grauissimum ac seueriſsimum fiet iuditium de illis, qui alicui muneri publico præsunt, ideo quòd cum administratores totius Regni fuerint optime non iudicarunt: neque secũdum diuinam voluntatem negocia tractauerunt. Quare caueant Reges ne à suis cõsiliarijs capiantur, ac assiduè vigilent, ne illorum captionibus in tot taliumq; detrimentorum cahos incidant, quòd si diligenter curarint, & sibi ipsis, & populis suis satisfacient, & subditi sui cum pace, tranquilitate, & otio viuent, & eorum voluntatem sibi deditam habebunt, Deoq; Optimo Maximo accident, gratissimi quibus in hac vita large, & munifice retribuet multa beneficia, & conseruationem suorum statuum: victoriasq; hostium suorum infidelium insignes, atque cum mortui fuerint æuo quodam sempiterno perfruentur, gloriamq; æternam apud Deum consequentur: quam nos aliquando obtineamus, & dicant oẽs.

Amen.

Cap.

Capit. 5. In quo Reipublicæ gubernatores instruũtur, quòd curent Rempublicã quam regunt quietã, & tranquillam habere: vt sic in ea recte, & quiete iustitiam administrent.

1. *Respublica quid sit, hic varijs modis declaratur.*
2. *Respublica tunc florere dicitur, quando ciues in ea amicè & tranquillè viuũt.*
3. *Respublica multum de sua dignitate amittit, quando inter ciues inimicitiæ oriuntur, & cum potius suis priuatis commodis, quàm publicis consulunt.*
4. *Rex in ciuitate idem efficit, quòd anima in corpore.*
5. *Respublica in tres distribuitur partes. Prima est Rex, Secunda Ciues, & Tertia Plebs.*
6. *Rex constituendo pacem & iustitiam inter subditos suos, eos tranquillè & pacificè viuere facit.*

INTER alia quã plurima quę à Principe sunt efficienda, hoc vnum omnium potissimum est, vt Rempublicam suam quietã, paccatam & tranquillam habeat,

1. Est autem Respublica iuxta Biesium lib. 1. de Republi. communis modus atque ordo inter plures viuendi. Nam quemadmodum conseruata totius corporis integritate omnes partes ex quibus corpus constat conseruantur, ita in ipsa Republica cum vniuersaliter generaliterq; omnium saluti prospicitur, priuatorum etiam commodis prouidetur, atque consulitur. Isocrates præterea in Panathenaico inquit, quòd Respublica est anima Ciuitatis quę in Ciuitate habet eundem locum, & eandem potentiam quam mens in corpore humano, & deliberat omnia quæ in Ciuitate facienda sunt, ita vt quæ optima & fælicia sunt perquirat, auertat vero quæ inutilia, atque turpia iudicantur. Ex his definitionibus alia colligitur multo clarior, & nostro instituto acommodatior scilicet, quòd Respublica est Ciuitas quædam quæ tranquillè, & pacificè suis proprijs legib⁹, & institutis viuit, & gubernatur. Atque ideo M. T. Cice. lib. 2. de legib. ait, Rempublicam nomen esse vniuersum toti⁹ Ciuitatis pro qua emori debemus, dum in eius vtilitatem omnem nostram sapientiam & potentiam conferamus.
2. Hæc autem Ciuitas illa esse debet quæ paccate viuit. Nam Plato in Dialogo de natura hominis refert, tunc magis florere Rempublicam cum ciues in ea amicè viuunt & tranquillè. Atque in Dialogo de iusto asseuerat, nullum detrimentum maius in Republica esse, quàm discordia eorum qui illam gubernant. Itaque Diuus Augustin. in quadã Epistola ad Marcellinum refert, quòd dum Romã

commo

commoda publica priuatis suis vtilitatibus ante posuerunt, atque odijs, eorum Respublica prospere, fæliciterq; augebatur, sic prorsus, vt illam Principem totius orbis constituerunt. at vero cum inimicitiæ ortæ fuerũt inter ciues, cũ suis priuatis commodis, potius quam publicis consulerent, cepit multum de sua dignitate amittere, eiusq; potentia minui quòd vt vere D. Lucas cap. 11. suo sacro sancto Euãgelio affirmat omne Regnum in se diuisum desolabitur. Itaq; Rex aut Princeps certę Reipublicæ assiduis inlucubrationibus, atque vigilijs esse debet, vt illam quietam conseruet: quia vt refert Aristoteles Rex in Ciuitate idem efficit, quòd anima in corpore. Nam cum anima sit forma illi⁹ & quæ omnem essentiam dat ipsi corpori, & ea ab ipso corpore separata corpus perditum esset, sic etiam & Rex est vita eorum qui in Republica ei obediunt quo mortuo, & mortui etiam ipsi essent. Cum autem omnis Respublica in tres partes sit distributa, vt testatur Hippom. Philosophus Pithagoricus de quo mentionem facit Stobe. sermo. 43. Prima illarum est Rex cuius proprium est imperare alijs. Secunda sunt ciues qui eam in pace custodiunt, & gubernant negotia publica dum suis cõsilijs deliberãt, quòd omnium vtilitati & commodo inter est quorũ etiam est imperare atque obedire. Tertia est plebs qui agriculturã exercent, & alijs in rebus suã operam atque industriam adhibent quæ vitæ humanę necessaria sunt, quorum etiam est tantum modo præceptis obtemperare. Rex ideo efficiendo, vt inter ista tria personarum genera pax & iustitia sint semper constituta, & ne inferiores à potentioribus iniuria afficiãtur atque vt omnes vna atque consentienti voluntate ipsi eidem Regi obtemperent, bonum publicum prouideant, tueantur, plebeiq; gubernatoribus & Regijs ministris non modo morem gerant, sed etiã obseruantiam atque honorem eis præbeant, quanquam ijs rebus indigni videantur, tunc sanè Rempublicam tranquillè & pacificè viuere posse nulli dubium esse poterit. Hoc idem affirmant Architas Pithagoricus in lib. de lege & iustitia. Egid. Roma. in lib. 3 par. 1. c. 1. Et Diuus Augusti. in lib 2. de Ciuita. Dei. quo loco imprimis inter hæc tria hominũ genera, parteſq; Reipublicæ pacem commendat.

Præterea ad habendam Rempublicam quietam, & in pace constitutam, tria vltra prædicta requiri ex multorum traditionibus & sententijs colligitur. Primum est, quòd ipse Princeps curet contra Dei præcepta non peccare. Secundum est, quòd peccata quæ à subditis committuntur atque de

iure

iure punibilia sunt puniat, cohibeat, & de patria expellat. Tertiũ denique est, quòd ipsam Rempublicã curet malis hominibus purgatam habere. Quę omnia in sequenti capitulo latius explicabũtur.

Capi. 5. quo Reges monentur ad recte iustitiam administrandam, & practicandam ne in Deum peccẽt, immo quòd peccata quę cõtra Dei pręcepta committũtur cohibeant, puniant, & de patria expellant, cu rentq; atque eorũ pręsides, pro uinciam quam regunt malis hominibus purgatam habere. Sin minus nedum ipsi & eorũ subditi, sed etiam eorum regna á Deo varijs calamitatibus, & infortunijs punientur.

1. *REgum est, in Regnis suis bona iubere, & mala prohibire.*
2. *Reges à recte agendo vocati sunt.*
3. *Reges contra Deum peccando maiorem quàm alij committunt ingratitudinẽ, & ideo in eis durissimum fiet iudiciũ.*
4. *Reges non solum vigilantes ad Deum nõ offendendum esse debent, sed etiam ad cohibendum, & puniendum peccata subditorum, & populorum suorum quæ contra Dei præcepta operata sunt.*
5. *Rex Dominus est terræ quantũ attinet ad protectionem, & iurisdictionem exercendam.*
6. *Regum est delicta punire, & prouinciam suam malis hominibus purgatam habere.*
7. *Homines mali qui dicantur.*
8. *Zizaniam seminantes mali homines dicuntur, & ideo à Republica sunt expellendi.*
9. *Ganeæ, & popinæ in quibus Deus passim offenditur à Republica expellendæ sunt: & puniẽdi illas frequentãtes.*
10. *Ganeæ & popinæ quæ dicantur.*
11. *Ganeæ & popinæ à Republica expellendæ sunt, & quare.*
12. *Rex peccando, & subditorum peccata quæ contra Dei præcepta operantur non puniendo, & ipse, & eius subditi, atque populi iusta de causa Dei minas, & punitionem timere debent.*
13. *Reges plures puniti fuerũt propter peccata quæ contra Deum commisserunt, vt de multis regibus veteris testamenti nobis in sacra pagina proponitur exemplum.*

1. SCRIptum est, ad Reges pertinere in Regnis suis bona iubere, & mala prohibere, non solum quæ pertinent ad societatem humanã, sed quæ ad religionẽ diuinam: ita Augusti. lib. 3. super Chrysosto. idem leges iustas præcipiendo, & contrarias abrogando, vt ipse ait Augusti. de Ciuita. Dei, lib. 4. in Epistola 32. Quod ab Aristotele confirmatur lib. 5. Ethi cor. asserente Principem debere cu-

cuſtodire iuſtum : alioquin ipſe li. 8. eum tyrannum appellat. Immo iuxta Iſidorũ de ſummo bono lib. 3. Reges à recte agendo vocati ſũt, ideoque recte faciendo, regis nomen tenetur, peccando amittitur, recte ergo illi Reges vocãtur, qui tam in ſemetipſos, quàm in ſubditos bene regendo modificare nouerunt.

2.

Hinc dicere poſſumus, quòd quamuis omnes homines æquæ obligemur ad non peccandum, nec contra Dei præcepta veniendum, tamen Reges, & terræ poteſtates (qui in tam ſublimi gradu, & dignitate à Deo conſtituti ſunt, & qui ſubditis optimum debent eſſe exemplum) peccando, maiorem quàm alij contra ipſum Deum committunt ingratitudinem: propter quam in eis duriſsimum fiet iudicium, vt Sapien. cap. 6. ibi, Quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitię, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, Horrendè, & cito apparebit vobis: quoniam iudicium duriſsimum in his qui præſunt fiet: & ibi, potentes autem, potenter tormenta patientur : & etiam ibi Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. Quare ipſi Reges, & terræ poteſtates ac gubernatores, non ſolum ſummo ſtudio vigilantes eſſe debent ad quidquam in Dei offenſam non committendum, ſed etiam ad cohibendum, puniẽdum vẽ peccata quæ á ſubditis, & eorũ populis contra Dei præcepta cõmittũtur; atque de iure punibilia ſunt. ita in c. Rex debet. 23. q. 5. Rex inquit debet furta cohibere, adulteria punire, impios de terra perdere, parricidas, & periuros non ſine viuere, filios ſuos non ſine re impie agere. Nicolaus quoque de Cuſſa in lib. 3. de Concordan. Catholi. cap. 40. clamat, multa Regibus incumbere maxime adulteria, furta, parricidia, rapinas, & conſimilia peccata magna cohibere, & de patria expellere. Inſuper, deceptiones quæ per contractus ac prauitates vſurarias fiunt, per ludos taxillorum, per monopolia & huiuſmodi eradicare, & breuiter cũcta ad bonum publicum redigere.

3.

4.

Eſt adeo Rex Dominus in ſuis Regnis, quod omnia quæ ſunt intra fines Regni ſunt ſua quantùm attinet ad protectionem, & iuriſdictionem exercẽdam, exceptis eccleſijs, & earum bonis; quæ ſunt ſub iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici. vide late Matth. de Afflic. in conſtitutionib. Neapol. q. 17. nu. 1. & alios ab eo allegatos. & eſt glo. in. l. Barbarius. in fin. ff. de officio prætor. Quare cum circa iuriſdictionem ipſe Rex habeat intentionem fundatam, vt etiam inquit Panor. in cap. ſi diligenti. extra de præſcriptionib. & omnes alij inferiores

5.

6.

riores ratione dictæ iurisdictionis sint sub eius ditione, & protectione, nihil mirum, si ad eum pertineat delicta punire, suamq; prouinciam malis hominibus purgatam habere, & prouidere aut caue re ne peccata vlterius contra Dei præcepta committantur. Matth. de Afflic. in consti. Neapol. in titu. de priuileg. eorum qui cita. extra ciuitatem non venieb. num. 4.

Malis igitur hominibus Respu blica à Rege seu eius præside pur ganda est: ita Paul. iure consul. in l. 3. de offi. præsid. vbi constat, in mandatis principum esse, vt curet is qui prouinciæ præest malis hominibus prouinciam purgare: nec distinguitur vnde sint confirmat, idem Vlpian. in l. congruit. eod. titu. quo in loco scribit, bono & graui præsidi congruere, vt pacatam atque quietam habeat prouinciam quam regit. Quod nõ difficile obtinebit, si solicite agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosq; conquirat. Nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit in eum animad uertere: receptatoresq; eorũ coercere sine quibus latro diutius late re non potest.

7. Qui autem dicantur mali homines ex allegatis iuribus colligitur; & sunt Adulteri, Impij, Parricidæ, Vsurarij, Sacrilegi, latrones, plagiarij, fures, receptatoresq; eorum. Item dicuntur mali homines Assassini, & committentes crimina læsæ magestatis tam diuinæ, quàm humanæ qui alijs peiores sunt. Deniquevagabundi, & validi mendicantes, de quibus dixi in meis decisionib. criminali. cap. 3. & 4. & omnes alij pacem & quietem publicam inquietantes, & perturbantes.

8. Et deniq; seminantes sysaniã qui potissimũ a Republica expelli debent. Nam hi sunt qui simulatione quadã tecti, & arte colorati suis fraudulentis deceptionibus modo alium ambiẽdo, alium modo præhensando, ita omnium animos ad se alliciũt, vt id quod sibi maxime vsui futurum existimant, quodq; maxime velint facilime impetrẽt illorum instar, qui sibi aliorum periculis cauti, & prudentes fiunt. vt optime Oratius, *Fælix quem faciunt aliena pericula cautum*. Horum venustam intẽtemq; orationem verborum, & virtutum prædicationem si audieris, non alios, quàm vitiorum omnium extirpatores, & flagitiorum exterminatores videre iudicabis; sed si perfectius illorum mores, & quotidianæ vitæ consuetudinem, nec non etiam animi consilia præscrutari volueris, nihil aliud præter scelerum, & nequitiæ sordium verum specimen reperiri poteris. ve illis, quib⁹ idẽ atque facibus, vel tædis ardentibus contingere videtur, quæ dum

alijs

alijs lucent, com burendo ſe, paulatim annihilantur. Aſsimilantur etiã diuerſoriorum inſignijs quibus viatores inuitantur vt in eiſdẽ diuerſorijs quieſcendi cauſa remaneant, ipſa tamen, quin pluuiam de celis non recipiant euitare nequeunt. Adequantur etiam mercatori Chij de quo Plutarcus in Politica ſcribit, quòd cum publico pręconio omnibus vinum emere volentibus vendere promiſſiſſet, poſtea vero ſua promiſsione, ac dicto pręconio fraudẽ oblitus, omnibus vinum emendi cauſa ad ſuam domum accedentibus acetum vendebat. Qua de re, cum quidam eius famulus malẽ de hoc ſenſiſſet, & quòd eius hærus ſub melle venenum latere proſpiceret, potius illius factum contemnere, quam ei amplius in ſeruire curauit.

Iure igitur optimo, Romani atteſtante Grimalio lib. 1. de optimo ſenatore Sillæ dictatori illudere, ac derridere ceperunt, qui cum miſerrimam vitam, & omni flagitiorum genere inquinatam foueret, nihilominus tamen eos qui ſub eius ditione, & imperio erant, ad optimum viuendi modum perducere curabat. Et de Lyſandro apud eundem Plutarcum in illius vita legitur, Lacedemonios illudibrio habuiſſe, quòd cum ipſe temperatiſsimus eſſet ſineret ac pateretur ipſos Lacedemonios perfuſe nimis, ac laxis benis viuere. Fugiẽdi ſunt ergo homines, immo potius à Republica expellẽdi vnum in corde, & aliud in ore cum maximo Reipublicę pręiuditio habentes.

Vobis ergo Regibus, qui ad regendũ populũ diuina ordinatione inſtituti eſtis prędicta facere incumbunt. vt in. cap. ſi ergo. 8. q. 1.

9. Et ab eiſdem quoque, ſeu eorũ pręſidibus, & gubernatoribus, ganeę & popinę in quibus Deus paſſim offenditur à Republica expellendę ſunt, & puniẽdi ciues & oppidani illas frequentantes qui helluones appellãtur, cum in eis immoderate bona ſua cõſumant. Dicuntur ganeę meretricum tabernę. vt Nonius inquit, eſſe loca vinolentiæ, ac libidini apta. Dequarum nidore Cicero in Piſonem loquutus eſt, his verbis, Pauliſper ſtetimus in illo ganearũ tuarum nidore, atque fumo: vnde tu nos cum improbiſsime reſpondẽdo, tum turpiſsimè eructãdo eiecisti. Popina vero dicitur locus vbi publice obſonia, caroq; cocta, ac delicate confecta venditatur, cõmediturq;, vel priuatim vbi gu loſa familia extraordinarie liguri re, & helluari cõſueuit. Hæc à Republica expelleda ſunt, in quibus vt Vallerius Maxi. atteſtatur lib. 1. capit. 7. gulæ irritamenta ſubminiſtrantur, quibus & pecuniæ exhauriuntur, & ad libidi-

10

11

nem sternitur via. Et est perniciosum vicium sectari ganeas, quo inficitur fere omnis plebis multitudo, quo & facultatibus, dulci quodam veneno infecti, & sopiti spoliantur, & infinitæ lites, & furandi, male vè agendi oriuntur semina.

12. Quod si Reges hæc quæ diximus facere omiserint, curareq; ne contra Dei præcepta flagitia committantur neglexerint, & ipsi & eorũ subditi atque populi iusta de causa Dei flagellum, eiusq, punitionem timere debent. Legitur enim. 4. Esdræ cap 1. Quoniã me dereliquistis, & ego vos derelinquã, petẽtibus vobis misericordiã, non miserebor. Quando inuocabitis me, ego non exaudiã vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cõmittenda homicidia. Non quasi me dereliquistis, sed vos metipsos. ibidẽ cap 15. exclamat Deus cõtra peccatores dicens, vé eis, qui peccant, & nõ obseruant mãdata mea. Qui tanquã faciẽtes iniquitatem, & peccatũ, hostes sunt animæ suæ: vt Tobię. 12. Tremendũ quoq; est, quod Sopho. 1. Deus contra peccatores minatur dicens, Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cęci: quia Dño peccauerunt. Et effundetur sanguis eorũ sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die ire Domini. De quibus etiam dicit Augusti. lib. 3. de de libero arbitr. iustissimam esse pœnam, quòd amittãt vnus quisq; illud quod bene vti noluerunt, cũ sine vlla difficultate possent si vellent, idest, vt qui faciens recte non facit, amittat scire quod rectum sit, & qui rectum facere cum posset noluit, amittat posse cum velit.

13. Solet enim Deus Reges contra eius precepta & voluntatem peccantes in hoc seculo varijs flagitijs & infortunijs punire. vt. 1. Regũ. cap. vlti. legitur, quòd Saul primus Rex in Israel prius humilis, in Regno suo superbus, & contra Dauid sanctum inuidus, & domino, & famulo ministro Dei, & Prophetæ inobediens, in super Phitonissam consulens, & diabolũ loco Samuelis adorans, vulneratus à sagiarijs in bello Philistijm, & vehemẽter arripiens gladium propriũ incubuit super eum.

Achab etiã impius Rex Israel qui vineã Naboth occupauit, & cõsentit vt occideretur Naboth iustus, percussus sagitta inter stomachũ, & pulmonẽ incurro suo mortuus est, & canes linxerũt sanguinẽ suum: vt. 3. Reg. cap. 21. &. 22.

Præterea. 4. Reg. cap. 15. Azarias Rex Iuda, licet aliàs bonus, quia tamẽ permisit populũ sacrificare in excelsis contra Dñm lepra percussus, mortuus est.

De

De Absalone quoque 2. Reg. 14. 15. 16. 17. & 18. habetur, quòd cum ipse insurgisset contra Dauid patrem suum, & se fraudulenter Regem constituisset, & ad cõcubinas patris intrasset, coniurationemq; contra patrem fecisset, tribus lanceis à Ioab trãsfixus est, & sic à decem armigeris Ioab hærens quercui interfectus est.

Et ex Reg. 4. cap. 19. percipitur, Sennacherib Regem Assyriorum venisse contra Ezechiam Regem in Hierusalem; & quia Dominum in Israel blasphemauit, & in superbia grandi sua dicit, quòd non esset Deus, qui posset liberare Iudæos, & Regem eorum de manu sua, ideo egressus Angelus Dñi, interfecit de castris Assyriorũ. 185. milia. Cũque Sennacherib reuersus esset in Niniuẽ ciuitatẽ suã grãdem, & adoraret in tẽplo Nesrach Deum suum, & Idolum, Adramelech, & Sarasor filij eius percusserunt eum gladio & mortuus est.

Amon etiam filius Manasse fecit malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: ideo fuit à seruis suis in domo sua interfectus. ita Reg. 4. cap. 21. & ibi habetur de Manasse, & 2. Paralipo. cap. 45.

Et de Ochozia Rege Hierusalẽ 2. Paralipo. cap. 22. legitur, quòd quia fecit malum in conspectu Domini, interfecit eum Iehu.

Et habetur. 2. Paralip. cap. 21. de Ioram, quòd cum feciisset malũ in conspectu Dñi, fuit ægrotus infirmitate, de qua mortuus est, & in langore vitam suam finiuit.

Ioram etiam Rex Israel malum agens coram Domino, percussus sagitta Iehu inter scapulas, percor eius exiuit sagitta, & sic mortuus est. ita. 4. Reg. cap. 9.

Aliud quoque est exemplum in Rege Ioachim de quo. 4. Reg. cap. 24. legitur, eum fecisse malum coram Dño, & sic fuisse ductum captiuũ in Babylonem per Regem Babylonis, Nabuchodonosor, & Sedechias fuit captus à Rege Babylonis, qui eidem oculos eruit, & filios occidit. ita. 4. Reg. cap. 25.

Habes aliud. 3. Reg. cap. 2. de Adonia filio, qui volens contra patris volũtatem propria ambitione regnare, & coniurationem faciẽs, à Salomone fratre suo regnante loco Dauid interfectus est.

Item, & Zacharias Rex Israel, ambulãs in peccatis Idolatriæ patris sui Hieroboam à Selon coniurante contra eum interfectus est: 4. Reg. cap. 15.

Alexander etiam, monarcha Orientis, quia cor eius eleuatum est, & gloriam Deo non dedit de potẽtia, quàm ei dederat: & vt tradunt historiæ victus à vino, & libidine, veneno tabefactus, cito Monarchiam perdidit, regnans annis 12. 1. Machab.

Plura, & infinita alia de Regi-

bus, & terræ poteſtatibus exempla adducere poſſem, quę omitto, ne legentibus tot exemplis faſtidium afferam. Curent igitur Reges, & prouinciarum gubernatores, & peccatis, & malis hominibus Reſpublicas quas regunt purgatas habere.

Cap. 6. Quo oſtenditur, fidei obſeruationem maximopere neceſſariam eſſe, ad recte iuſtitiam adminiſtrandum.

1. *FIdes frangenda non eſt.*
2. *Fides ciuitates, ac hominum communiones conſeruat, & eius violatione, ciuitates depopulantur; & alia plurima mala ſequuntur.*
3. *Princeps rumpendo fidem, facit iniuſtitiam.*
4. *Princeps terræ vnum calamum, & vnam linguã habere debet, & nõ plures: quia Principem cæleſtem imitari debet.*
5. *Fidei obſeruatio eſt de jure naturali.*
6. *Principes multo maiori ratione aſtringuntur ad fidei obſeruationem, quàm alij, ad quam poſt promiſsionẽ de juſtitia tenentur.*
7. *Fide potius, quàm perſudores corporales Reſpublicæ gubernantur.*
8. *Fides in Imperatore conſtituendo conſideranda eſt.*
9. *Fidem frangens non vaccat culpa mortali, & quomodo intelligatur, declaratur hic.*
10. *Fides pro directione juſtitiæ data ſeruanda eſt.*
11. *Fidem datam plures non infimi nominis ſeruarunt, vt hic multorum exemplis demonſtratur.*
12. *Fidem frangentibus plurima ſequuntur infortunia, vt hic aliquorum exemplis oſtenditur.*

1. GRaue profecto eſt fidẽ fallere ait Vlpianus in. l. 1. ff. de conſti. pecu. & in. l. 1. §. merito. in fi. ff. de poſi. Cauendum igitur eſt, ne fi-
2. des alicui donata infringatur. Nã per fidem ciuitates ſeruantur, & ſic hominum multiplicatio, ciuitatum, caſtrorum, ac virorũ cõmunio, atque Regis dominatio. Et ecõtra vbi fides violatur, ciuitates & caſtra depopulantur, guerrę mouentur, populi affliguntur, homines exheredãtur, & regna denique de vno ad alium transferuntur. Et huius vltimi dicti ratio eſſe
3. poteſt, quia Princeps rumpendo, aut non obſeruando fidem datam in iuſtitiam facit. Patet, quia fides fundamẽtum eſt iuſtitiæ, ſine qua iuſtitia eſſe non poteſt. Vt atteſtatur Cicero. officio. 1. & probatur expreſſe in. c. vbi ſana. 24. q. 1. ſed propter iniuſtitias regna agẽte in gentẽ transferũtur. vt Eccleſiaſt. cap. 10. de quo latius ſupra cap. 3. dixi, Ergo optima ratione deducitur fidẽ à regibus datam ne regna ad alios diuina inſtitutione tranſferantur eſſe ſeruandam.
4. Præterea Principem terræ ad fidei

fidei obseruationē teneri probatur. Nā Princeps terræ vnum calamū, & vnā linguā, non plures habere debet: quia iudicē & Principem cæleſtē imitari debet. vt in. §. arripiat, in auth. omnes obed. princip. At dicit Deus per Pſalmiſt. Quæ procedūt á labijs meis non faciam irrita. & alibi per Salomo. fidelis Dñs in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus ſuis. Et in Dei Euāgelio ſcriptū eſt, cælū & terra trāſibunt, verba autē mea non præteribunt. Et deniq; in pluribus ſacræ Scripturæ tā veteris quàm noui teſtamenti locis legitur, Deū eſſe fidelē: vt Deuterono. c. 7. & 32. Dauid Pſal. 144 Iſai. 49. Paul. in ſuis Epiſtolis: vt 1. Corin. 1. & 10. & 2. Corin. 1. & alijs varijs locis Deus fidelis intitulatur. Ergo patet, à Regibus fidem datā eſſe ſeruandā.

5. Tertio ad hanc obſeruationem ipſi etiā iure naturali aſtringūtur: vt clare ꝓbat tex. in. l. 1. ff. de pact. ibi. Huius edicti æquitas naturalis eſt, quid enim tā congruū eſt fidei humanæ quàm ea quæ placuerunt inter eos ſeruare. Quem tex. Bar. Paul. & cōmunes Doctores intelligunt de iure naturali primeuo, cū ſeruare fidē ſit actus cōueniens hominibus tantū. Idē Angel. in. §. 1. inſti. de obligatio. & glo. 1. in dicta l. 1. ff. de pac. & eſt tex. in. §. quōd vero naturalis ratio. inſti. de iure naturali gen. & ciui. Probat idem ſanctus Thom. 2. 2. q. 70. arti. 1. ibi in verſicu. Ad primū in fi. vbi dicit, quòd ſeruare fidem eſt de iure naturali. At Princeps non poteſt ſe à iuribus naturalibus eximere: quia iura naturalia quæ apud omnes gentes per æque obſeruantur diuina quadam prouidentia cōſtituta ſemper firma atque immutabilia permanent. §. ſed & naturalia quidem iura. inſti. de iure natu. gen. & ciuili. l. 2. ff. de vſufruc. earrer. quæ vſu conſumun. & in cap. paſtoralis. §. neque de ſenten. & re iudi. Ergo ob euitandum peccatū quòd contra ius naturale ratione infidelitatis committeretur neceſſaria eſt fidei datæ obſeruatio.

6. Et quamuis hoc ius naturale omnes homines nulla admiſſa diſtinctione qualitatum, dignitatū ve cōprehēdat, & ſic teneātur oēs fidem datā ſeruare, tñ. multo maiori ratione ad eam obſeruationē Principes aſtringuntur, quorū fides alijs quibuſcunq; obligationibus antecellit. Atque ideo Iſocrates in. pri. oratio quā Regi Nicocles ſcribit, ſic ei cōſulit, adeo omni tēpore veritatē æſtimabis, quòd ſimplicia verba tua aliorū iuramētis efficatiora ſint. Et quia hęc Nicolao Machiauello aduerſātur falſo aſſerenti, Principes aliquando debere fidē a ſe datā frangere cuius doctrinam politici noſtri tēporis proditionē cōmittentes paſſim ſequuntur (quod maxime dolendum eſt) ideo Princeps Chriſtia-

nus in omnibus quidē rebus ante omnia in suā deducere debet cogitationē, quid agat, quid promittat, quidq; loquatur. Nam post factā promissionem, fidemq; datā, constanter firmiterq; illam adimplere tenetur: quia promittere aliquid, liberalitas est, sed adimplere promissum, est iustitia: ita Philip. Diez Lusitanus in cōsiderationib. spiritualib. conceptio. beatæ Mariæ pag. 22 Quā obrē sciant Christiani Principes fidei obseruationē nedum ad status conseruationem prodesse, sed etiam operatur, vt in maxima estimatione habeātur, in diuitijs conseruētur, ab alijsq; magis timeantur. Hinc cōstat, quòd cū huius principatus antiqui Principes animaduertissent, quòd terra, & habitatores eius habentes Principem sine veritate, & iustitia omni tēpore pereunt recte eos cōsilio & auxilio plurimorū virorū nobiliū statuisse Principes in dicto principatu successuros debere omni tempore habere sincerā fidem, atque veram locutionem: vt omnes cuiuscunq; conditionis, & status existerent possent se in illis in personis, & bonis fidare. De quibus particularem condiderunt legem incipientem. Quoniā per iniquum principem, quæ lex est altera ex vsaticis Barcinone.

7. Nec prætermittēdum est, quod legitur in c. in qualibet. 23. q. 8. vbi habetur, quòd per fidē magis quā per sudores corporales Respublicæ gubernantur. Quę etiā iuuātur ex dispositione tex. in vsati. simili modo. quo loci habetur, quòd per fidē, & iustitiā, & pacē, & veritatē Principis omne regnū gubernatur. De quibus est exēplū in Romanorum imperio, qui vniuersam Rempublicā quā consecuti fuerūt summa fide gubernarūt. De quib⁹ etiam in Policrato scribitur, quòd tria fecerunt eos gentiū victores 8. sciētia, exercitatio, & fides. Vnde dicūt scribentes, quòd in Imperatore cōstituēdo cōsiderari fides debeat. Nā ille qui non est fidelis, est peruersus, & inimicus, qui cū corpore nobiscū esse videtur, mēte vero, & animo cōtra nos est, & multo nequior hostis hic, quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimici, vt expresse habetur in. c. si inimicus. 93. distinctio. Et quòd in Imperatore ante omnia fides consideranda sit probatur, in. l. 1. C. de condi. in horr. publi. lib. 10. & ibi Bar. & Ioan. de Platea. & facit tex. in. l. 1. ī prin. ibi. probatę etiam artis, & fidei. ff. de ventre inspicien. Nihil enim est, quòd lumine clariori prę fulgeat in Principe, quàm recta fides. l. inter claras. C. de summa Trini. & fide. Catholi.

9. Et adeò verū est, Reges ad fidei obseruationem teneri, quod si ipsa fides data est violata, nō vacat ipse violās, & fidem frangens culpa & forte mortali, maxime, quando

pro-

promissor in effectu non præstat promissum; cum nulla ab eius impletione sit excusatus rationabili causa, sed possit præstare, si defectus impletionis promisi in magnum damnum alteri cædit, non solum ex eo, quòd caret repromissa, sed quia deluditur in defectu promissionis, grauiterq; offenditur in propria fama, vel bonis, adeò, quòd necesse est decoquere substantiam, fidemq; creditoribus frãgere, eo quòd fides sibi data est violata, tunc non vacat culpa mortali talem non implesse promissionem: vt si verbi gratia aduocatus pollicitus est patrocinari Petro in iudicio, atque ideo Petrus non sibi parauit aliũ patronũ. Idem de medico pollicẽti medicari cuius defectu inter moritur infirm⁹. Similiter siquis fidẽ fecit puellæ de largiẽdo ei pro dote, qua ratione cognatus id agnoscẽs destitit dotare illã: harũ & similiũ promissionum violatores peccãt mortaliter: quia regula est, si tua culpa damnum datum est, iure te super hoc satisfacere oportet.

10. Et si prædicta vera sunt in sola pollicitatione, hoc est in simplici promissione, quid quãdo Princeps fidem alicui dat ob publicã vtilitatẽ, vt puta, quando quis impetitus de criminibus assecuratur sub fide ob pacem firmandam, vel pro directione iustitiæ scilicet, quãdo propolanti delicta, remissio suorũ delictorũ promittitur? Respõdeo, quòd in hac promissione versatur bonũ publicũ, cum pax nihil aliud sit, quàm multitudines vnitas, in qua bonum & salus populi consistit. vt dicit Oldra. cũ multis alijs in laudẽ pacis in consil. 94. Ergo quanto res grauior est ratione cuius fides datur, tanto fidei fractio grauius faciet peccatum.

11. Maximam plures cõsecuti fuerunt gloriam atque laudem, qui potius vitam perdere maluerunt, quàm fidem ab ipsis datam frangere & violare.

Commemorat Vallerius Maximus lib. 2. cap. 4. & Gell. li. 7. cap. 18. decẽ milites Romanos ab Annibale seruos effectos de ipsius Annibalis licentia Romam profectos fuisse data ab ipsis prius fide quòd peractis negocijs quibus ire compellebãtur, ad illius exercitũ redirent. Euenit, quòd ex dictis decẽ militibus octo aliquib⁹ diebus trã sactis fidẽ Annibali datã ad impleuerunt alijs duobus libenter in vrbe remanẽtibus, nec redire fidem datam violando volentibus. Ob quam causam Romani hos duos tanto odio prosecuti fuerunt, tatisq; contumelijs, & iniurijs effecerunt quas cum illi impatiẽter ferrent, molestè egreq; tulissent se ipsos interfecerunt.

Fides etiam Sexti Pompeij filij Pompeij Magni in taciturnitatem omittenda non est, qui cum

ad triremes suas Octauianum, & Marcum Antonium qui interse Romanum imperium diuiserant vocasset, & quidam eius capitanus Mena vocatus illis contra fidem dicti sexti Pompeij vitam adimere voluisset, vt sic omne illorũ imperium ad dictum Sextum Pompeiũ deuolueretur, maluit Sextus Põpei⁹ prohibere ne fieret, quàm contra fidem, totum mundum lucrari.

Præterea apud Vallerium Maximum lib. 6. cap. 5 legitur, nedũ Romanos fidem frãgere noluisse, sed nec eorum inimicos vincere, si vincendo aliorum fides violaretur.

Idem Valler. Maxi. lib. 6. cap. 6. refert, quòd cum Parmenion Alexandrum persuaderet, quòd incerto negocio fidem datam frangeret, respondit ei Alexander, potius hæc Parmenioni quam Alexandro conuenire.

Item, cum Iaddo summus Iudæorum sacerdos, & Darius Persarum Rex se adinuicem summopere diligerent, Alexander qui cõtra Darium magnum sustinebat bellũ, dicto summo sacerdoti persuasit, vt se ab amicitia Darij absteneret, & quòd suam caperet, quam sibi cum eisdem cõditionibus quibus illam cũ Dario inhierat obtulit. At Iaddo sciens, ac considerans reciprocã amicitiam inter ipsum, & Darium fidei vinculo obstrictã esse respondit Alexandro, se suæ cupiditati minime parere potuisse: parum contra suam fidem rationem status æstimans, licet ea tunc ratio amicitiam tanti Principis postularet.

Octauianus quoque Imperator fidem obseruauit, quando suo publico edicto, cuicunque qui sibi Crocotam famosum latronem traderet, se viginti quinque mille ducata daturum promisit. Nam cum Crocota confisus de huius Principis benignitate se ipsum eidem Imperatori tradidisset, ne dum Imperator iussit ei dari dicta viginti quinque mille ducata, sed etiam omnia sua delicta peperfit.

Et Marcus Regulus Cõsul Romanus cum captus fuisset à Cartaginensibus, Romam ab eisdẽ missus fuit, & promisit redire. Qui sciẽs, quòd in eius reuersione Cartaginenses eum interimerent, voluit redire, & potius mori, quám fidem à se datam violare. vt in. l. post liminij ius. §. captiuos. ff. de capti. & post limi. reuer.

Idem commemorat Fulgos. lib. 6. & Meyer. Annal. 10. de Guidone Comite Flandriæ, qui cum in Bello à Philippo pulchro Gallorũ Rege captus fuisset, ac in Flandriã profisciscí desideraret, vt vassallis persuadere posset, quòd rebus & negocijs suis consentirent, ad eam (data ac relicta prius fide se in eisdem carceribus redditurum) iter arri-

arripuit. & constat eum ob fidei obseruationem reddisse, & in eisdem carceribus vitam cum morte commutasse.

Apud etiam Fortuni. Garc. in l. conuentionum. nu. 25. ff. de pact. aliud legitur exemplum de quodã comite qui Prouinciæ præerat, & fidem alicui dederat, cui consulẽs assessor, ne illam fidem seruaret, respõdit Comes, tu leges me aliàs doceas, contrariam ego legem à fidei ratione didici.

Quare iterum exclamare non desino, graue esse fidem fallere; præsertim cũ in historijs legatur, deficientibus in ea multa euenire infortunia, de quibus opere præcium esse duxi hoc in loco aliqua proponere exempla.

12 Legitur apud Petrum Mexia in sua Cæsarum historia, in vita Traiani Imperatoris. cap. 2. Ceualum Daciæ Regem ob non seruatam fidem quam Traiano Imperatori dederat ne dum Regnũ amisisse, sed se ipsum proprijs manibus necasse. Quod & plures sancti viri in diuinis historijs attestãtur, vt sunt Dionysi. Cassiodo. Sextus Aurel. Entropius, Beda, sanctus Isidor. etiam relati à dicto Mexia.

Præterea apud eosdem habetur, quòd cum Imperator Adrianus Ciuitatem Hierusalem reedificasset, & eius habitationẽ æbreis commisisset, ipsiq; æbrei violãdo fidem Romanis datam rebelles se ostendissent, graue illis infortuniũ successit, quòd in vna die ex illis, & præsertim ex militibus quinquaginta mille interfecti fuerunt, & in terra Iudeæ quinquaginta castra destructa, & deuastata, atque nongenta, & quinquaginta, & quinque loca combusta.

Commemorat etiam Titus Liui. in Deca 3 lib. 10 cap. 6. Siphacem Numidiæ Regem post maximam inter ipsum, & Romanos amicitiam inhitam, fidem etiã eis dem Romanis datam violasse, & ob hoc cælus in vna die, nedum Regnũ suũ amisisse, sed & ipsum seruũ effectum fuisse. Qui postea, vt ipse ait in Sipionis triumpho in eodem seruitutis statu visus fuit: & tandem in perpetuis vinculis dies suos clausit.

Ioannes quoq; Bocacius in tractatu de infortunijs grauissimorũ virorum aliud de Seleuco Rege Asiæ & Syriæ nobis proponit exemplum, videlicet ipsum Seleucum, postquam Beronicam sororẽ Tholomei Aegypti Regis sub sua fide, & protectione accepisset, & postea illam fide violata interemisset, grauissimos labores, arduasq; calamitates sustinuisse, & tandem amissa Asia cecidendo ab equo vitam cum morte commutasse.

Item, & Titus Liuius. Deca. 3. c. 14. 15. & 16. ait victis à Cipione Carthaginẽsibus illisq; sub Roma-

norum iugo, sub certis fide, & conditionibus constitutis, fractis ab eisdem fide, & conditionibus senatum decreuisse, quòd eorum ciuitas tanquam fidei quam suis Dijs, & hominibus dederant violatrix, & vt indigna misericordia prorsus destrueretur.

Paulus etiam Diaconus in vitis Imperatorũ, & Nicephorus in fine suæ historiæ ecclesiasticæ referunt, Anastasij Imperatoris primi huius nominis antecessorem hysaurorum viribus, & armis Regnũ Illo vocatum occupasse, & propterea fidem dictis hysauris dedisse, quòd eis certam manutenerent mercedem. Sed cum postea succedens Anastasius in Imperio fidem á suo antecessore dictis hysauris datam ad implere noluisset, ideo contra illum fuit indictum bellũ, & ab hysauris per sex annos prosecutum, in quo constat, plura in terris Imperij fuisse illata damna.

Nolite ergo Reges gubernatores; iustitiæ deficere in fide; sed datam totis sustinete viribus, & obseruate ne vobis similia contingant infortunia.

Cap. 7. Quo Reges,

atque eorum consiliarij de latere instruuntur, quòd quãdo agitur de magistratibus, & iudicũ officijs, atque muneribus Reipublicæ ad eius regimen, & vtilitatem, iustitiæq; administrationẽ conferendis, curent, probos, & idoneos omni vtilitate, & cõsanguinea voluntate se mota, atque amicitia se iuncta eligere; vt sic optima administretur, & practicetur iustitia.

1. *ELigendi sunt ad iudicum officia, & Reipublicæ munera illi, qui scientia, & moribus digni sunt omni vtilitate, & consanguinea voluntate se mota, atque amicitia se iuncta.*
2. *Eligi ad iudicum officia non debent qui corrupti moribus, minimeq; integri sunt.*
3. *Princeps qui malos iudices, & minus idoneos, ac contra Dei voluntatem eligunt culpa non carent.*
4. *Rex maximã curam ponere debet in prudenti atque honesta iudicum & ministrorum electione. Et rationem vide ibi.*
5. *Electio personarum ad officia, & munera gubernandæ Reipublicæ, & iustitiæ administrandæ antequam fiat, & confirmetur, persona eius cui honor, siue muneris administratio defertur consideranda est. Et quæ sint considerandа vide ibi.*
6. *Eligendus ad munera & officia administrandæ iustitiæ debet esse optimæ vitæ & honestæ conuersationis.*
7. *Eligens aliquem ad prouinciam gubernãdam, iustitiamq; administrandam curare debet, ne sit ille talis aliqua iuris, & facti infamia notatus.*
8. *Eligi ad dignitates non debent negocian-*

tes artes villißimas, & quæ dicantur artes villißimæ vide ibi remißiue.

9. *Eligi non debent ad officia & munera iuſtitiæ adminiſtrandæ, & Reipublicæ gubernandæ, niſi qui ſint digni & idonei.*
10. *Electio perſonæ dignæ omiſſo digniori, quamuis valida ſit, nec in interiori animæ iudicio poſsit iure reſcindi, non tamen ex hoc ſequitur, præficientem dignum, omiſſo digniori, tutum eſſe, & immunem à peccato.*
11. *Iudices eligi debent, quòd ſint ſapientes.*
12. *Sapientia vnde dicta, & ab ea ſeptem clariſsimi viri ſapientes appellantur.*
13. *Iudices eligi debent, quòd ſint potentes.*
14. *Iudices eligi debent, quòd ſint Deum timentes.*
15. *Iudices debent eligi, qui ſciant leges tam iuris ciuilis, quàm canonici, & proprias ſui regni.*
16. *Eligi non debent iuuenes iniudices in quibus non eſt experientia.*
17. *Eligi debet in iudicem qui ſit vigil, & ſobrius.*

SVperioribus capitibus à nobis explicatũ eſt, æquã iuſtitię adminiſtrationẽ in Regibus eſſe oportere, malos & facinoroſos puniendo, & quod ſuũ eſt cuiq; tribuendo. Quæ cũ Rex ſolus præſtare non poſsit, opus eſt, vt ſibi iudices atque miniſtros adiũgat, qui prudenter, æqualiterq; iuſtitiæ officium exerceant. Quiq; optimi ſint, atque honeſti. Atq; ideo tractaturus de electionibus perſonarum quas Principes ad rerum publicarum, iuſtitiæq; adminiſtrationem facere debent, non potui non
1 dolere, quòd maiores noſtri quando agebatur de magiſtratibus, & iudicum officijs, atque muneribus Reipublicę, ad eius regimẽ, & vtilitatem, iuſtitiæq; adminiſtrationem conferendis propria vtilitate, atque voluntate commoti, eos tantæ tamque difficili curæ præponebant, qui ſecum affinitate, cõiunctione, aut amicitia eſſent coniuncti: cum neque induſtria, neque ſapientia, ad tanta tamque grauia munera obeunda valerent, atq; illos prætermittebant qui aptiſsimi erant, quiq; ijs virtutibus, & litteris maximè florebant, quibus publici adminiſtratores ornari debent. Dolendum quidem eſt, vt Regij illi conſiliarij, ita inſipiẽter, & inconſiderate, tantum ſuis animis detrimentum afferrent, tantaq; negligentia optimæ ſui Principis gubernationi conſulerent. Nam ex mala, atque imprudenti iudicum electione, quid niſi iniuſtaquædã atq; inſipiens negociorum iudicatio poteſt expectari? ex inconſiderata electione gubernatoris, quid, niſi damnum & detrimẽtum in Republica, & conſequenter in ſubditis ſumma moleſtia? Et denique ex impij, & iniqui Ducis electione, quid milites expectabunt, niſi

per-

perditam, atque labe factatam spē optimi, & fælicis rerum militariū euentus. Commemorat Facellius lib. 6. Dec. 2. in historia Ciciliæ Nicephorum Focam Constantinopolitanum Imperatorem diligentius animaduertisse antiquitatem familiæ Manicelli nepotis sui, quàm experientiam quæ pro rebus bellicis in illo requirebatur, & vitia quæ turpiter insequebatur, motus priuata quadā volūtate, atque affectione illum in Ducem & Capitaneum generalem cuiusdam magni exercitus in Cicilia contra Sarraceenos, qui ipsam Ciciliam occupauerant constituisse. Qui Manicellus cum de re militari ageret, minimeq; curaret milites veteres, & senes atque in arte expertos, vt eū in ea re bellica consulerent adhibere, effectum sanè fuit, vt in primo aditu, atque exercituum concursu victus, ac superatus abiret. Qua labe, & tanti exercitus ruina, aperte intellexit Imperator, quanta cura, & qua diligentia eligendi fuissent viri ad publica grauiaq, officia administranda. Guichardinus etiam lib. 4. in historia Italiæ refert, in eundem errorem incidisse Ludouicum Mediolani Ducem, qui cum virtutem Antonij Maria Sanceuerini Comitis Guayazzij, in rebus militaribus expertus fuisset, eum reliquit, & cōmotus agilitate, & pulchritudine Gualeazij Sanceuerini dicti Antonij fratris, in bellorum exercitijs mediocris experientiæ illum in Ducem totius sui exercitus elegit. Ex quo sequutum fuit, dictum Galeazum, vt rudem in causa, & parum circa res bellicas expertum, prima ocasione, maximo cū de decore suo, atque infamia, ab vrbe Alexandria aufugisse: & sic eam hostes ocupasse. Quod cum Comes Guayazzij vidisset, Mediolaniq; Ducem fratrem suum natu minorem atque parum in ea arte eruditum sibi prætulisse ad Gallos deffecit. Quare Dux, hac ratione intellexit, rei militaris scientiam præstantiorem esse pulchritudine Capitanei, & Ducis belli: quātumq; inter sit, fortes viros ad belli administrationem eligere. Idem Guichardinus in eadem historia refert Florentinos noluisse Ducem exercitus contra Pisam eligere Renuntium de Marciano, quamquam omniū suffragijs cumulatus; ideo quòd superatus fuit apud sanctū Regulum, & quod in inferiori munere parum periculum, aut forte nullum de se feciſſe non constiterit. Quæ imperſonarum electione, pro grauibus muneribus gerēdis maximopere sunt considerandæ atque animaduertendæ. Denique Titus Liuius lib. 4. Deca. 3. narrat, quòd cum in electionibus nouorū consulū faciēdis in senatu, tempore quo Annibal bellum ad Ciciliā occupandam pręstabat, & iuuenes

quibus

quibus electionem facere incumbebat Titum Attacilium, quem in altero consulatu suo constabat se res male gessisse nominare, & eligere voluisset, Fabius Maximus qui in senatu præsens erat, & cui neptis dicto Tito Attacilio nupserat, minime hac consanguinitate commotus id facere non permisit. Vnde electores mutando concilium, consules probatæ experiētiæ præstantiores fortitudine, animiq; magnaminitate excellentiores elegerunt. Faxit Deus Optim. Maxim. vt singulari sua benignitate, hac labe, & ruina electionum liberemur. Nam si nostris temporibus id fieret, miserrimam ego illorum conditionem, & merito quidem iudicarem. Itaque Deum suppliciter omnes vno consentientibus animo deprecemur, vt diuino sanctissimi spiritus lumine, cōsiliariorum mentes velit illustrare, ac eos præsertim, qui regias res solēt assiduè tractare, & quibus concessa est libera facultas deligendi gubernatores, iustitiæq; administratores: vt omni vtilitate, & consanguinea voluntate semota, atque amicitia seiuncta, quādo de electionibus ad officia tam rerum publicarum, quàm iustitiæ administrandæ tractatur dignos sciētia, & moribus, & qui earum rerum vtilitatibus, suam omnem operā, curam & sapientiam solent adhibere præ-
2. ferant. Neque etiam corrupti moribus, minimeq; integri ad iudicū officia eligendi sunt: quia eorū iudicij prauitas omnibus infencissima esset: grauissimeq; Rex à Deo Optim. Maximo plecteretur. Nā vt ingenue testatur sanctus Isidor.
3. cap. 54. lib. 3. senten. Principes qui malos iudices, & contra diuinam voluntatem eligunt ad iustitiā populis administrandam culpa carere non debent. Nam quemadmodum propter populi peccata Principes mali sunt, sic etiam & maxima cum Principum culpa, iudices sunt deprauati. Huic autem sentētiæ cōuenit mirabiliter instructio illa Agabatini Diaconis quam misit Iustiniano Imperatori, in qua hæc verba adhibuit. Cū tibi Deus, huius nostri sæculi administrationem commisserit, opus est, vt in ea viros integros atque minime malos adhibeas. Ne vt supra diximus à Deo acerrime puniretur. Nec putet Princeps superior se exoneratum propter hoc, quòd habeat alios inferiores præsidentes super Rempublicam: tenebitur enim, si minus idoneus instituatur ad gubernandum, aut si male institutos, vel male gerentes ab administratione non remouet. probatur in glo. cap. ad hæc. de officio Archi. & in cap. eos. de temporib. ordi. lib. 6. & in cap. 1. de supplen. negli-
4. gen. prælat. Itaque oportet imprimis, vt Rex maximam curam ponat imprudenti atque honesta iudicum,

dicum, & miniſtrorum electione. Vt atteſtatur Vincentius Frãchis, in deciſio. 438. num. 5. aſſerens, in electionibus faciendis curam debere eſſe perſpicuam, & antequã quis eligatur de eius qualitate eſſe inquirẽdum. Nam quid prodeſt agricolis, vt agrorum ſuorum delectatione, atque amore capiãtur, ſi eorum cultores agros natura per bonos, aſsidua negligẽtia, malos reddunt atque inutiles? Quid inter eſt mercatoribus, vt diuitiarum cupiditate ducantur, auideq; inflamentur, ſi eorum miniſtri qui libros rationum habẽt, maximam earũ vim ſibi aſſumunt. Sic etiã in Principe nulli° mométi erit amor atque deſiderium iuſtitiæ, ſi probos miniſtros, integroſq; iudices non habeat, qui optime, & æque iudicent. Itaque Princeps ad iuſtitiã optime adminiſtrandam, viros fide dignos probos, eruditos, & expertos ſui Principatus, aut regni, ac cum qualitatibus infra explanãdis eligere debet, atque in eorum gubernatione aſsidue, ac diligẽter vigilare. Etenim pro regnorũ ſuorum incolumitate, bono ſubditorum regimine, rectaq; adminiſtratione, vt ad grauiora officia, & præſertim iuſtitiæ cultum concernentia, eos viros aſſumere debet, de quorum fide, probitate, eruditione, rerum vſu, & experientia clariora, illis patent argumẽta: prout nobis eſt exemplum, in Alexãdro Seuero Imperatore, qui cum aliquem gubernatorem alicui Prouinciæ præficiebat, publica voce præconis per vniuerſam Prouinciam, & nomen, & authoritatem gubernatori à ſe tributam pronuntiari imperabat, ſic, vt ſi male iudicaſſet, maleq; ſe in ſui officij exercitio haberet, publicè acuſaretur. Is autem Auguſtiſsimus Imperator, ita iudices improbos odio infenſiſsimo proſſequebatur; vt ſæpiſsime affirmaret, ſe digitum vnũ habere, quo vno oculo priuaret eũ iudicem quem furem eſſe videret atque ſic optime iuſtitiam non adminiſtraret, huiuſmodiq; iudices, ita ſibi moleſtos eſſe, vt illorum aſpectu atque præſentia choleram maximam euomeret.

Atque, vt planè intelligamus quales eſſe debeant gubernatores atque iudices qui ad gubernandũ, & iuſtitiam adminiſtrandam eligũtur, quidq; ante eorum electionẽ eligentes animaduertere, atque inquirere debeant, non alienum erit immo maxime noſtro inſtituto cõſentaneum, vt nedum ad leges, ſacroſq; canones, ſed & ad locos ſacræ ſcripturæ recurramus; in quibus Spiritus Sancti lumine mentes noſtras ad huiuſmodi electionem ducuntur.

5. Et primo nos ſcire oportet Caliſtratum in. l. honor. §. munus. ff. de munerib. & honorib. diſponere, quòd quãdo de honoribus ſiue mu-

muneribus gerendis quęritur, imprimis consideranda est persona eius cui defertur honor siue muneris administratio ; item origo natalium, facultatesq; an sufficiant iniũcto muneri, & denique lex secundum quã muneribus quisque fungi debeat.

6. Secundo eligẽs debet animaduertere & per informationem inquirere, an electus vel eligendus sit optimę vitę, & honestę conuersationis. *Ita* est tex. in ca. postquã. extra. de electio.

7. Tertio curandum est, quòd ante quam ad prouinciam gubernãdam, vel iustitiam administrandã quis eligatur, ne ille sit aliqua iuris & facti infamia notatus. l. neq; famosis. C. de dignita. lib. 12.

8. Quarto, ne etiam sint negociãtes artes vilissimas : nam tales ad dignitates aspirare nõ debent: immo aspirantes expelluntur. l. nequis ex vltimis. de dignitatib. lib. 12. C. vbi videas qui dicantur artes vilissimas exercere, facit tex. in. l. 1. C. negociat. ne mili. dicto lib. 12.

9. Qinto vigilandum etiam est, quòd eligendus ad dicta munera, & officia sit dignus, & idoneus cap. cum vintonien. ecclesia. cap. cum dilecti. cap. cũ in iure. & cap.

10. venerabilem. extra. de electio. Et licet quando agitur, de huiusmodi muneribus, & officijs conferendis electio personæ dignæ omisso digniori valida sit, nec in foro iudiciali, nec in interiori animæ iudicio possit iure rescindi, non tamẽ ex hoc sequitur, præficientem dignum omisso digniori tutum esse, & immunẽ à peccato. vide Couarr. 2. part. relectio. §. 7. num. 3. Nam Princeps aut prælatus conferens digno prætermisso digniori publi cum munus quod ei debitum erat, peccat respectu dignioris aduersus iustitiam distributiuam. vt idẽ Couar. in dicto. §. num 6.

11. Sexto, iudices eligi debẽt quòd sint sapientes, hoc est, quôd Deum cognoscant & colant. *In* hoc enim hominis sapientia cõsistit, & quòd omnia sciant in vniuersali, & quòd sciant difficilia, & habeant de his certiorem scientiam, atque eorum reddere causas sciant, ac denique

12. quòd recte in rebus sentiant. Nam sapientia à sapio dicitur, quod est recte sentio, & qui eam profitentur Φοι hoc est, sapientes appellantur, quo nomine illi septem clarissimi viri vocati fuerunt scilicet Thales Milesius, Solon Solaminius, Chilon Lacædemonius, Pittacus Mirilenæus, Bias Prienæus, Cleobolus Lindius, Periander Corinthius. Hoc sanê, quòd debeant iudices eligi sapientes probatur ex cap. 18. Exodi. quando Iethro monuit Moysen cognatum suum, quòd prouideret de omni plebe viros sapientes qui iudicarent populum omni tempore. Quibus cõcordat

cordat Sap.cap.6. vbi Rex ſapiẽs populi ſtabilimentum appellatur. Et ibidẽ Regibus,& omnibus qui populis prẹſunt iubetur,quòd diligant ſapientiam, eiuſq; lumen, vt in perpetuum regnent: quia vt vbi dicitur, melior eſt ſapientia, quàm vires:& vir prudens quàm fortis. Eccleſiaſ.cap.10. quoq;habetur,quòd iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit,& Rex inſipiẽs perdet populũ ſuum, & ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium,quod eſt dicere,ſapientẽ iudicem vtilem eſſe,inſipientẽ vero pernicioſum.

Atque ideo Rex Salomõ, cum vidiſſet ſe populum Dei fore iudicaturum petijt à Deo ſapientiã, vt inter bonum & malum diſcernere poſſet dum cauſas coram eo contendentes diceret. Et ſic factũ fuit, quòd Deus dedit illi cor ſapiens & intelligens.

Seleucus etiam Imperator tanta fuit æquitate,vt nullas vnquam ſancit leges,nullam conſtitutionẽ ſacrauit ſine viginti iuris pertiſsimis,& doctiſsimis, ac ſapientiſsimis viris: nec in vlla re iudicium ferret,quin prius iret per ſententias ſingulorũ,& ſcriberetur quid quiſque dixiſſet. Et cũ de iure aut negocijs tractabat, ſolos adhibebat doctos,& diſertos, ſi de re militari milites veteres & ſenes:& ſic ex Platonis ſententia dicitur,beatas fore Reſpublicas,ſi eas vel ſtudioſi ſapientiæ regerent, vel earũ rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet.

Septimo debent animaduertere Principes in iudicum electione, quòd eligant viros potentes,& nõ puſillanimes animo, & corde,immo tales quòd procedere audeant ad punitionem militum, diuitum, & aliorum quorumcumq; magnatum,ſi id eorum delicta poſtulauerint. Hoc ſanè admonet Spiritus ſanctus Eccleſiaſti.cap.7.ibi.Noli quærere fieri iudex,niſi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.

Et adeo ſunt quærendi potentes præſertim animo,& corde, vt exiſtimetur, eorum iudicium Cupiditate, Timore, Odio,& Amore peruerti nõ poſſe. Hæc autem quatuor ſcilicet Cupiditas, Timor, Odiũ,& Amor valde à iudicibus aliena eſſe debent.vt ſupra cap.2. late explicauimus . Quare opus eſt,quòd iudex potens ſit,vt ijs facile reſiſtat.

14 Octauo curare debent Reges, quòd in iudices eligant viros Deũ timentes vt Paralipo.capit.19.vbi legitur,Ioſaphat Regem Iudæorũ conſtituiſſe iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca,& præcipiens iudicibus,videte ait,quid faciatis , non enim

enim hominis exercetis iudiciũ, ſed Domini;& quodcunque iudicaueritis in vos redundabit : ſit timor Domini vobiſcum : & cum diligentia cuncta facite. Non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas nec exceptio perſonarum, nec cupido munerum. In Hieruſalem quoque conſtituit Ioſaphat leuitas,& ſacerdotes, & principes familiarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habitatoribus eius, præcepitq; eis dicens, ſic agetis in timore Dñi fideliter & corde perfecto omné cauſam, quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum, qui habitant in vrbibus ſuis inter cognationem,& cognationem vbicunq; quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremonijs, de iuſtificationibus, oſtendite eis,vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira ſuper vos, & ſuper veſtros : ſic ergo agentes non peccabitis. Idem probatur Exodi cap.18. ibi. Prouide de omni plebe viros ſapientes & timentes Deum. Timor enim Domini initium eſt ſapientiæ. Debẽt iudices, maximopere Deũ timere qui ſuo tempore eorum ne dum iuſtitias,ſed etiam in iuſtitias iudicabit.vt Pſal.74.

15. Nono ad iudicum officium eligendi ſunt homines qui ſciant leges tam iuris ciuilis communis, quàm proprias & peculiares ſui regni,ac illius vſus & conſuetudines quibus iudicandum eſt:ac etiã quòd negociorum experientiam habeant, vt leges generales quas ſciunt caſibus particularibus accommodare ſciant: alioquin eſſet imitari medicos qui profitentes ſe tenere medicinæ ſcientiam ægro-
16, tos occidunt. Hinc deducitur, iuuenes in quibus non eſt experientia (quæ in iudice requiritur) ad iudicis officium idoneos non eſſe: ſpecioſum enim eſt canititij iudicium, vt inquit Spiritus ſanctus Eccleſiaſ. cap. 25. Et Ariſto. lib. 3. Topico. cap. 2. docet, iuuenes ad ea quæ prudentiam requirunt ſtudere minime debere; ſed vacare in illis rebus in quibus cor, & animi agilitas requiritur.

17 Tandem Decimo iuxta Ariſto. lib.5.Politicor.miniſter vigil, & ſobrius eligendus eſt. Nam nõ de facili poteſt inuadi qui eſt ſobri⁹, ſed qui æbrius. Neque qui eſt vigil,ſed qui eſt dormiens. Qua propter Princeps eiuſq; iudices ne in uaſibiles ſint, æbrietatem & ſomnum debent euitare.

Cap. 8. Quo Reges

& Principes monentur, quòd omnia quæ agunt,prudenter ac cũ conſilio agant,& quòd in rebus, quæ in conſilio tractantur obſeruent ſecretum: vt ſic optima adminiſtretur iuſtitia.

1. C*Onſilium quid ſit.*

2. *Consilium quamcunque vim exercituum armatorum vincere potest.*
3. *Consilium plures continet virtutes. vt ibi.*
4. *Consilium tres debet obtinere proprietates, & quas, vide ibi.*
5. *Fortuna, consilium centum virale prudens & sapiens vincere & superare solet.*
6. *Consilium firmum, & stabile esse debet.*
7. *Consilium iustum esse debet.*
8. *Consiliarij tres debent habere proprietates, & quas, vide ibi.*
9. *Consiliarij plures esse debent, vt ratio eius quod conuenit viuatior, & magis certa reddatur.*
10. *Consiliarij animum integrum, & incorruptum habere debent, & quare.*
11. *Consiliarij constantem & firmam stabilitatem habere debent.*
12. *Consiliarij, eorum quæ in consilio tractantur, & illis commissa fuerint debent obseruare secretum.*
13. *Loqui duabus tantum occasionibus homines debent.*
14. *Silentium AEgyptij tanquam Deum adorarunt, & Deum Harpocratem appellarunt.*
15. *Silentium plurimi à Carthaginensibus, & ab alijs plurimis viris grauissimis æstimatum.*
16. *Loquendi Lacedæmoniorum modus maximopere à Plutharco laudatus.*
17. *Secretum earum rerum quæ circa res bellicas deliberantur, valde est seruandum.*
18. *Cathalani plurimi silentium atque secretum earum rerum quæ in concilio Regio geruntur æstimarunt.*
19. *Consiliarij Regij detegentes ea quæ in consilio geruntur, & secreto seruanda sunt, non modo puniuntur pœnis geennalibus, sed etiam temporalibus.*

EX plurimorũ sententijs infertur animi gubernationis, optimeq; administrationis consiliũ esse. Scire igitur imprimis nos oportet, consilium atteſtante Cicerone lib. 1. de inuentione. rationem bene constitutam esse eius quod fieri debet, aut non fieri. Tanti autem ponderis est in omnibus rebus, vt dicat Euripides in Hecuba, consilium quamcunque vim exercituum armatorum vincere posse, quasi vere affirmet, multo vtilius esse in militia prudens Ducum consilium, quam militum multitudo. Si autem in bello tantam consilium sapiens vim habet, quanto maiorem in paccata Republica habebit, in qua fortiora arma, & firmiora scuta non sunt, quibus deffenda tur, periculis liberetur, atque in optimo & trãquillo statu cõseruetur? in illa si quidem consiliũ nihil aliud plane est, quàm lux clarissima omnium dubitationum, ma-

magiſter omnium rerum, quæ in ea fiunt, tutela periculorum, exilium calamitatum, ſocius prudentiæ, Dux Sapientiæ, medium quo pax conſequitur, ac pater omnium ſolatiorum. Itaque cum ſeſe offert occaſio qua ſummũ bonum conſequi, aut malum auertere debemus, tunc aperte appareat, quàm optimum ſit prudens conſilium. Nam ſi dubitatur vtrum res honeſtæ ſint, & plane conſtat eas eſſe honeſtas, conſilium decernit, vt acquirantur, vbi vero turpes, vt fugiantur.

4. Ægidius Romanus cum de cõſilio loqueretur libr. 3. part. 2. cap. 16. inquit, conſilium debere tres obtinere proprietates. Prima eſt, vt ſit bene expertum, prudenter animaduertendo, quod conſulendum ſit, vt ſic, quod melius & vtilius fuerit eligatur. Refert hoc Herodotus Halicarnaſſæus lib. 7. cum inquit, inuenio optimum conſilium maximũ eſſe theſaurum. Nam etſi aliquid poſsit euenire cõntra quod conſulitur, tamen non ideo conſilium reprobum eſt, quòd aduerſa fortuna illud ſuperauerit. Nam vt refert Plaut⁹ in Comædia quadam ſua, fortuna ſolet vincere atque ſuperare conſilium centum virale prudens & ſapiens.

6. Secunda proprietas eſt, quòd conſilium firmum & ſtabile ſit; tale autem erit, ſi bene expertum fuerit. Nam cum certo ſcimus, quod illud intereſt rei propoſitæ, potius mutatur illud quod conſulitur, quam conſiliarij ſuam 7. opinionem mutent. Tertia eſt, vt conſilium iuſtum ſit; tale autem erit, quotieſcunque, quæ honeſta ſunt rebus vtilibus anteponentur. Nam vt refert Cicero in Paradoxo primo, ſolum illud bonum eſt appellandum, quod iuſtum, & honeſtum eſt, illudq; probat excellenti quadam inductione ex Romuli factis deprompta, Nummæ Pompilij, Bruti, Mucij Scæuolæ, Horatij Coclitis, Decij, Caij Fabricij, Martij Curij, Caij, Catonis, & vltimi Scipionis Affricani qui Carthaginẽ ſuperauit; qui ob ſolam virtutem ad res præclare gerendas ſunt excitati: cum ſemper honeſtum; & iuſtum, voluptatibus iucundiſsimis, & diuitijs fructuoſiſsimis anteponerent. 8. Atque vt prædictæ conſiliorum proprietates melius intelligantur, oportet ſcire, in vno quoque conſiliarum tres alias requiri, vt optime officio ſuo fungãtur. Iuxta notata per Bar. in tracta. de regimi. ciuita. q. 2. num. 9. Ac primum, conſiliarius debet habere optimũ & perfectũ iudiciũ, vt probe intelligat, ac ſeparare ſciat, atque diſcernat, bonum à malo, iuſtum, ab iniuſto, & licitum, ab illicito. vt affirmat iure conſul. in. l. 1. ff. de

9. iusti & iure. Quod melius efficietur, quando plures sunt in consilio ; cum tunc ratio eius quod conuenit viuatior, & magis certa reddatur vt in. l. hac consultissima. in fi. C. qui testamen. facere pos. Quam ob causam, Regij huius Principatus Cathaloniæ consilij conclusiones & sententiæ laudatissimæ sunt, quòd pendeant ex sententia plurimorum Regiorum consiliariorum, optimi iudicij, & doctrinæ, & non infimi nominis, quos Dominus Rex honorificentissimé in prædicto concilio cõseruat. Itaque, cum causa multorum sententijs approbatur, illam prælucere, atque præualere nulli dubium esse debet. Multorum enim consilium, difficilius quàm paucorum perficitur; & difficilius etiam delet. argu. l. iurisiurandi. C. de testib. Publicæ igitur vtilitati, & vt Respublica sit optime administrata, vna omniumq; maxime necessaria res est, vt quam plurimos consiliarios habeat, qui prudentes sint. Nam quemadmodum impossibile quidem est, vt aliquis magis duobus oculis videat, quàm plures pluribus: sic etiam vix fieri potest, vt pauciores melius Reipublicæ consulant, quàm plures consiliarij: integrum enim est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur. Hoc ita sentiũt Plato in Theage Homeris. lib. 10. Illiadæ. Aristotel libr. 3. cap. 12. Politi. Et Alexand. Seuerus de quo Lampridius scribit, quòd vt potius publicæ vtilitati prospiceret, sex decim maximæ authoritatis, iudicij, consilij, & eruditionis, elegit viros : eosq; iuris consultos, senes, principesq;, non modo litteris, sed etiam virtute, qui prius in Republica in vna quaque re, aliorum consilium inquirerent. Ij autem fuerunt, Vlpianus, Paulus, Sabinus, Veneleius, Trypho nius, Proclus, Celsus, Metianus, Calistratus, Florentinus, Hermogenes, Martianus, Alphenus, Aphricanus, Pomponius, & Modestinus. Et Sparcianus in vita Adriani refert, quòd cum in aliqua re iudicium ferret, amicorum suorum consilium fugere curabat; & tantum adhibebat iure consultos, quos senatus approbatos habebat, & inter omnes præcipue Iulium Celsum, Saluium, Iulianum, Meratium, & Priscum.

10. Secundario requiritur in optimo consiliario animus integer, & incorruptus; ex quo altera nascitur vtilitas. Nam certum, & exploratum est, quòd cum integrũ habeat animum, magis publicę vtilitati consulet & prospiciet, quàm propriæ, & iustitiam atque vtilitatem Reipublicæ sinceritate quadam conquirere iudicabitur.

text.

text. in. l. 1. §. penul. C. de cadu. tollen.

11. Tertio consiliarius constantem & firmam stabilitatem habere debet. Nam cum consiliarius optimum consilium quòd circa aliquam rem constanter tueatur affert, nemo illum à suo honesto consilio declinare poterit : cum voluntas ,& deliberatio eius qui alicui iustum consulit semper constans sit, atque perpetua. l. iusti-

12. tia. ff. de iusti. & iure. His tribus proprietatibus altera adiungitur, quæ grauissima planè est, vt scilicet consiliarius eorum quæ in consilio tractantur & illi commissa fuerint secretum obseruet. Nã si consiliarius quæ in consilio geruntur in lucem profert, vix sane efficietur , quòd dicti concilij decreta in effectum deducantur, cui ideo multum dignitatis detrahitur, & affertur sic ciuibus ocasio, vt decreta ipsa interrumpant. Itaque Isocrates in oratione. 1. ad Dæmoni. apertè declarat , quantum nimia loquacitas detrimentum afferat, & quantæ

13. vtilitatis sit tacere. Quin etiam, duabus ocasionibus tantummodo loqui, magis quam tacere laudatur ab eo , prima , cum is qui loquitur certum esse affirmare potest illud quod loquitur. Secunda vero , cum necessitate cogitur , vt quidquid intellexerit loquatur , ijs vero duabus ocasionibus sublatis , semper prudentissimum esse silere affirmat. Quod quidem ingenue fatetur Ouidi. libr. 2. de Arte Aman. inquiens, summam omnium virtutum esse præstare silentia rebus, quæ libere proferri non possunt , & summum esse vitium prędicare ea quę rationis impulsu silentio sunt inuoluenda. Quam ob causam , Seneca in lib. de quatuor virtutibus dixit , sapientem virum & iustum solitum non esse patefacere ea quæ secreto sit, immo quæ tacenda sunt tacet, & quæ dicenda loquitur. Hanc sententiam approbat Zenon Stoicus, vt in eius vita refert Diogen. Laert. cum aliquãdo interrogatus fuisset, cur natura nobis duas aures dedisset, & vnam tantummodo linguam: Respondit , hoc ipsum naturam fecisse, vt intelligeremus, virum prudentem plura audire , & pauca loqui debere. Nam vt refert Plutarcus in vita Phocion. & Stobeus in sermone. 33 & Calen. lib. 5. de pulsium differentia. noster sermo similis esse debet puræ & integræ pecuniæ, quæ magis præcio, quàm pondere æstimanda est. Itaque vulgo fertur, nihil difficilius esse, quàm rudem & insipientem virum cognoscere, si tamen ipse tacuerit.

14 HÆC omnia optime quidem

Ægyptij intellexerunt, qui tanti ſilentium æſtimarunt, vt illud tanquam Deum adorarunt: Deumq; Harpocratem appellarunt; quem digito labijs clauſis impoſito pinxerunt. vt affirmant Politian. cap. 83. Micellaneo. Eraſmus in Adagio, Reddidit Harpocratem. Alciat. in Emblema. Cum tacet. ex Catul. in Epigram. in Gellium. Harpocrates autem dictus, vt refert Leonicellus lib. 2. cap. 98. quia digito cum labijs cõiuncto ab vtero matris natus fuit.

15. Cartaginenſes etiam, vt atteſtatur Alexand. ab Alexandro lib. 4. cap. 11. plurimi fecerunt ſilentium. Nam cum de re quadã graui conſilium erant habituri, non eodem loco quo ceteræ ordinarię & leuiores res, ſed cautiori & magis occulto illud præſtabant, congregatis tantum triginta tribus illuſtrioribus, & maiori fidei conſiliarijs, vt hac laudatiſsima cæremonia demonſtrarent quãto ſilentium in rebus grauioribus ac ijs præſertim de quibus ibi ageretur ſeruandum eſſet. Hanc ſententiam ſecutus fuit Cælius Metellus ciuis romanus de quo Cęlius Rodiginus libr. 13. capit. 5. ſcribit, quòd cum à familiari quodam ſuo rogatus fuiſſet, quod ſibi detegeret quid ſuper re quadam graui in concilio decretum fuerat, reſpondit, quod ab optimo & probo conſiliario erat ſpectandum inquiens, ſi hæc mea ſubucula quam indutus ſum rem in ſenatu noſtro propoſitam ſciret, ipſemet illam in ardentiſsimo igne comburerem. Pari etiam ratione laudandus eſt Michael de Tamarit in hoc Regio Cathaloniæ conſilio, collega meus, qui cum à Præſide ſeu Prorege caute interrogatus fuiſſet quid ſentiret in quadam cauſa quæ in dicto concilio ventilabatur, vt hac ratione, in tempeſtiuè votum dicti de Tamarit detegeret, reſpondit ei, ſuo tempore, & loco ſcies quod modo ſcire non potes, quaſi diceret, hoc propalari non poſſe niſi cum cauſa regiorum conliariorum ſuffragijs decidetur. Præterea Zeno Eleates plurimi etiam fecit ſilentium, ſi quidem vt refert Clemens Alexandrinus lib. 4. contextorum, cum à Tyranno quodam quam plurimis tormentis vexaretur, vt denuntiaret ei quaſdam res, quas ipſe Zeno probe nouerat, non modo tacendo tormenta illa patienter tulit, ſed etiam linguam ſuam proprijs dentibus abſcidit, eamque ſpuit tyranno. De hoc ſilentio grauiter quidem ſapientes, & Philoſophi Lacædemonij ſenſerunt, qui ſolum maxima neceſsitate coacti loquebantur, atque tunc tanta ſententiarum grauita-

te,

te, pondereq; verborum, vt multis prodesse, neminique nocere videbantur. Itaque non immerito Plutarcus in vita Licurgi eos plurimum commendat, ijs verbis, Cum equidem animaduerto modum, & prudentiam loquendi Lacedæmoniorum, miror maximopere eorum grauitatem, atque prudentiam, qui pauciſsimis verbis ſummas atque per illuſtres ſententias amplectuntur: Hoc etiam Antigonus Macedoniæ Rex optime intellexit, qui Philippo in conſpectu multorum interroganti, quando exercitus in hoſtes iturus eſſet, reſpondit, tu forſan ſolus audire debes ſtrepitum buccinarum? vt his verbis ſignificaret, per exiguam eſſe ſui filij prudentiam, quòd coram omnibus petiuiſſet, quòd ocultum eſſe oportebat. Nam in bello nihil eſt conueniẽtius, quàm caute decreta, & deliberationes Principum atque Ducum obſerua re. Nam vt Vegetius lib. 3. de re mi li. an notat cap. 6. nihil magis tutum, in bello quàm vt in eo agenda ante quã fiant nõ denuntiẽtur. 16.

17 Quamobrem veteres ſolebant ſuis in legionibus depictum Minotaurum afferre, qui mediam atque infimam partem corporis Tauri habebat, & alteram atque ſuppremam hominis, vt inde omnes intelligerent, quòd quemadmodum Cretenſes in ocultiori loco laberinti quod Dedalus conſtruxerat monſtruum illud quod Paſiphes Regis Minois vxor cuius meminit Virgilius in. 5. Eneidorum clauſerunt, ſic etiam & ſapientes Duces in intimis ſuis præcordijs oculta rerum militarium ſua conſilia conſeruare debent. Qui de hac re plura legere voluerit legat Alciatum in Emblemate. Limine quod cæco. Higinum in libr. Fabularum in capit. 39. 40. 41. &. 42. Palephatum lib. 1. cap. 3. de non credendis fabuloſis narrationibus. Iſocra. in oratione. 5. de Elena, & Diodor. Sicul. libr. 5. ſuæ Bibliothecæ.

18 Cathalani etiam plurimi æſtimarunt ſilentium, eo quod, in curijs Montiſſoni Anni. 1510. celebratis per Regem Ferdinandum Secundum legem tulerunt atque cõſtitutionem quæ incipit. Encara mes ſtatuim, & eſt cap. 20. nunc collocata in noua cõpilatione ſub titulo. De la electio nombre y exa mẽ dels Doctors del Real cõſell. & ibi eſt conſtitutio. 4. vt Doctores Regij conſilij in principio ſingulorum menſium iuramẽto affirmarẽt, ſe habituros eſſe ſilentiũ minimeq; denuntiaturos ſentẽtias, & opiniones vouentium ſuper rebus quæ in Regio concilio agerentur: ſicq; obſeruatur, vt prĩcipio ſingulorũ menſiũ prædicti Doctores ſupra quatuor ſancta Euãgelia apud præſidem hoc præſtent iuramen-

19. tum. Ex quo illud infertur, quòd illi consiliarij qui intempestiuè denuntiant ea quæ in consilijs cautè gerũtur grauissimè puniantur nõ modo pœnis geennalibus propter peccatum mortale quod committunt detegendo secretum, quod iuris naturalis est; sed etiam puniantur pœnis temporalibus ab illis, sub quorum imperio constituti fuerint. Et quo ad temporales pœnas pertinet, scribit Valler. Maximus lib. 1. cap. 1. nunquam inter Romanos quenquam fuisse repertum qui detegeret ea quæ in senatu agebantur, præter Quintum Fabium Maximum, qui cum in sua prædia aliquando profisciscereturr, atque in itinere Publium Crassum reperisset, qui Romam ê prædijs suis veniebat, eidem quidquid in senatu de bello punico actum fuerat patefecit, cum sibi falsò persuaderet ipsum Publiũ Crassum alterum ex senatoribus esse: ob quod á senatu, quamuis ignorans peccasset punitus fuit. Ammianus etiã Marcellinus scribit, lib. 21. quòd ij solum apud Persas in consilio admittebantur, qui tacere solebant, & per eosdem pœnam capitalem contra secreta concilij propalantes esse impositam. Itaque Didacus á Simancas Episcopus Samoræ lib. 7. cap. 14. collecta. Reipublicæ, optimè dixit, eos qui patefaciunt ea quæ in cõsilijs secreto tractantur, non modo muneribus priuari debere, sed etiam pœnis grauissimis puniri. Quare Regijs consiliarijs plurimum conuenit, vt diligenter silentium obseruent, non modo quòd de iure naturali sit, & quòd ad eius obseruationem iuramentum præstiterint, sed etiam quòd ad authoritatem Regij consilij, & status, atque iustitiæ integritatem, & denique publicam vtilitatem pertinet.

Cap. 9. Quo Reges & eorum iudices instruuntur, quòd leges obseruent, ad habendam Rempublicam quam regunt quietam, & tranquillam: & in ea optimam administrent, & practicent iustitiam.

1. *Reipublicæ quies, & tranquillitas in legum obseruatione consistit.*
2. *Legis diffinitio deprompta à Marcilio Facinio ex Dialogo Minoæ Platonis.*
3. *Leges præcepta quædam sunt communia ad bene, beatæq; viuendum necessaria.*
4. *Leges admonitiones & præcepta quædam generalia litteratorum hominum esse existimantur, quibus crimina vel per accidens vel per ignorantiam, in Republica perpetrata puniuntur.*
5. *Pax, acribus, & diligentibus vitiorum animaduersionibus conseruatur.*
6. *Laudes maiores in eum iudicem conferẽdæ sunt:*

dæ sunt, qui pro dispositione legis nefariorum audatiam comprimit, quam qui in eosdem leuiter tantum animaduertit.

7. *Iniuria alium afficiens maiori vituperatione dignus est, quàm qui sibi illa tã patienter sustinet.*

8. *Romani non solum armis vniuersum orbem Reipublicæ suæ subijcere, sed & legibus eam conseruare procurarunt.*

9. *Animus iudicis in sola veritate defixus ab omni perturbatione purus, ac liber esse oportet.*

10. *Iudex semper debet summa affabilitate, & liberalitate esse præditus erga illos qui à recto veritatis tramite non deuiant, & nihil contra legum decreta, & statuta committere debet.*

1. INter cetera quib⁹ Reipublicæ quies, & tranquilitas florere solet, est legũ integra obseruatio: quæ vt cunque sint semper illis parere decet: tum omnium maxime quibus ciuitas decoratur, ac sincere conseruatur. Has Aristot. in proemio Rethori. ad Alexan. appellat certam, & absolutam deliberationem cum communi ciuitatis consensu, quæ præcipit qua ratione, quæquæ ritte gerenda, &
2. administranda sint. Marsilius Facinus ex dialogo Minoæ Platonis hanc deprompsit diffinitionem, Lex est summa insita, in natura ratio administrãdi; quę dirigere per oportunos ac veros tramites, & quasi manuducere solet res bene gestas ad omnium præstantiorem finem, & scopum: atque ita, vt iubeant eos omnes grauiter esse plectendos, qui eas religiose non colũt: maximis vero præmijs affici, fœliciterq; cohonestari, qui eisdẽ fœliciter obtemperant teste Cicerone. 2. de oratore. Legibus proposita sunt supplicia vicijs, præ-
3. mia virtutibus. Biesius autem li. 4. inquit, leges sunt præcepta quędam communia ad bene, beateq; viuendum necessaria, quibus semper per auscultari decet, cũ propter æquitatem ac communem vtilitatem, tum etiam quòd sancite, ac institutę sint ab his quorum authoritas in præceptione, ac imperio plurimum valet: non aliunde enim florere solent Respublicæ, quam si legum vrgeat authoritas, & è contra, vbi non est summa legũ authoritas ibi est semper pluri-
4. mum tyrannidis. Nostri iurisconsulti leges admonitiones, & præcepta quædam generalia litteratorum hominum esse existimarunt, quibus crimina, vel per accidens, vel per ignorantiam in Republica perpetrata puniũtur, vt videre est in. l. 1. ff. de legib. Quod Gratianus approbat in c. causa vero. distinct. 4. vbi inquit, causam constitutionis legum esse humanam coherere audaciam, & noscendi facultatem refrenare. vt boni inter malos

quiete

quiete viuant, non quia Per leges nemo cõpellatur benefacere, sed quia per illas malefacere prohibeatur. ita glo. in c. factæ. distinc. 4. in verbo coherceatur. & est tex. in. c. ad fidem. 23. q. 5. Aut sunt deliberationes quædam quę honesta iubent, & in honesta prohibent. vt in. l. nam & Demosthenes. ff. de legib. Itaque leges iustè, piè, ac sanctæ colendæ, & obseruandæ sunt. Vocantur etiam in. l. 1 C. quib. vt indig. sacra Philosophia, quòd diuinis legibus maximè cõgruere videntur, ac præsertim sacri canones, vt eleganter obseruat Ponsinibius in versi. Pręterea. col. 4. in tracta. veneficarum & excellentiæ iuris. Zasius etiam in oratione quadam habita in doctoratum Francisci Pauli, & in repitio. super. l. 2. 2. ff. de origi. iur. Areti. in cap. qualiter, & quãdo. 2. de accusationib.

5. Nam si leges, à Republica abrogẽtur, & omnino tollantur pax, vbi quiescet & fouebitur? cum in pace conseruanda nihil vtilius, ac virtuti congruentius reperiri possit, quam acres, & diligentes vitiorũ animaduersiones. vt inquit tex. in l. nemo. C. de episco. audien. vbi Paul. de Castr. inquit, nihil Deo gratius, nihil laudabilius esse, nullum piaculum maius, nullum sacrificiũ melius exhiberi posse, quàm illud quod supplicio & punitione illius, qui in republica nefarius ac sceleratus est: nam si hi non punie bantur, probi parum, aut minime defendi possent. Ecquis bonus à malorũ proditionibus, & insidijs defendere ac tueri poterit, vbi discrimen inter bonorum ac malorũ statum & differentia reperietur. Vnde non minus acute, quàm sapienter scribit Isocrates in Panegyrico, perniciem communem totius Reipublicæ prouenire ex in animaduersione malorum. Merito igitur Aristo. lib. 2. Ethicor. supplicia malorum cum medicinis comparat: quæ non solum sibi emolumento & saluti sunt, quòd eorum prauis consilijs & perditissimis moribus medicinam afferãt, sed etiam & bonis conducunt, & vtilitatem pręstant, quòd eos ab eorum contagionibus, & prauitatibus liberẽt ac subsidio sint. Quãtũ igitur sit in legibus authoritatis, quantum ponderis, & momenti, ad totius Reipublicæ fœlicitatem, tum etiam quantum secum necessitatis importẽt, declarat maximus ille tantus philosophiæ naturalis interpres Plinius lib. 7. cap. 3. quo in loco declarat, omnibus animalibus homine dempto a natura tributum esse, vt se vitã, corpusq; tueantur, declinentq; ea quę eis nocitura videntur, omniaq; quæ sunt ad viuendum necessaria inquirãt, ac ita simul atque orta sunt ad se diligendum applicãt, & in se conseruando studeant, vt se semper salua in suo genere cõseruare

uare nitantur. Leo enim in Leonem non ſæuit nec færocitate vtitur. Serps inſerpentem morſu nõ irruit. Piſces in mari (dum eiuſdẽ ſpeciei ſint (ſe ipſos non abſorbẽt nec deglutiunt; quid plura, immo inter ſe ita animata ſunt ſibiq; ita indulgent, ac alia alijs opem ferre conantur, vt nullos caſus reformident, nullos impetus timeant, pro ſui defenſione ac conſeruatione, ita pro pugnãt, vt vulnera excipere non defugiant. Solus homo hanc pacis obſeruationem, & vitæ ſocietatem ſubterfugere videtur. Immo vero licet hanc incolumem vitam, & ſui conſeruatricem tranſigere ac degere ſtatuerent, ſine legis hac violatione. Arduum tamen ac difficilimum illis videretur, & naturæ ſuæ grauiſsimum propter primi parentis lapſum, quo factum eſt, vt propagatione quadam non ſolum naturæ vires abſtulerit, ſed etiam & procliuiores ad malum quam ad bonum nos ſemper effecerit, vt ita neceſſe ſit vt vi, & authoritate legum improbi acerrimé puniãtur, vt eorum pœna ac ſupplicio boni ſe ipſos tueri ac defendere impoſterum valeant. 6. Recte igitur ſenſuit diuinus ille Plato in dialogo protagoras vbi dixit maiores laudes in eum iudicem conferendas eſſe qui pro diſpoſitione legis nefariorum audatiam cõprimit, ac de eis graue ſupplicium ſumit, quàm qui in eoſdem leuiter tantum animaduertit. 7. Sic etiam maiori vituperatione dignus habetur is qui iniuria alium afficit, quàm qui eandem ab eo ſibi illatam patienter ſuſtinet. Quod animaduertens Flauius Ioſephus in proemio iudaicarum antiquitatum inquit, ſtatutum eſt à Deo, vt qui ſecundum leges iudicia exercent, & eas ſanctiſsime colũt, grauiterq; violare formidant, præſcriptus ſit ac deſtinatus locus in cælo, vbi cum beatis ſempiterno 8. æuo fruãtur. Et ſi forte cui dubiũ eſt, quantum Reipublicæ ſaluti conducat, vt ſanctis legibus ſe ſemper ſuſtineat & gubernetur, quantumq; illarum debita obſeruatio valeat, proponite vobis ante oculos, & prodeant in medium priſci illi ac fœliciſsimi Romani, qui non ſolum armis vniuerſum orbem Reipublicæ ſuæ ſubijcere conati ſunt, verum etiam & legibus eandem ita conſeruarunt, vt omnem operam ſuam, & ſtudium in eis poſuerunt, & collocarunt. Quo factum eſt, vt Tyberius Cæſar, vt teſtatur Nicepho in ſua hiſtoria hoc vnum Reipublicæ Romanæ præfectis animaduertere, & ſtudium ſuum eo adhibere voluit, vt ſi forte, & in conſulto aliquid contra leges à ſe ſtatutum fuiſſet, id ipſum præter eius mentem euenisſe putarent. Atque ita nullatenus earum rerũ quas præ-

ciperet

ciperet rationem haberent, sed tantum id quod rite sanctæq; leges disponerent. Dion. etiam Cassius lib. 53. scribit, quòd Augustus Cæsar inter cetera recte gubernãdi præcepta quæ suis subditis primo imponenda sensuit, eaq; præceteris obseruanda, & summo studio colenda curauit, fuisse legum integram obseruationem, earundemq; immutabilitatem, ita, vt nulla ratione liceret eis aliquid ab illis detrahere, nec alio modo eas violare; etiam si ob aliquam sui mutationem meliores longe fuisse, & in meliorem conditionẽ cõuerti posse eis videretur. Immo etiam licet aliquo modo easdem pernicioſas viderent, ne dum semel iam sancitas dissoluere permitterent. Quod approbat Gratianus in c. erit autẽ lex. distinc. 4. In ipsa autẽ constitutione inquit, ista cõsideranda sunt, quòd cum leges institutæ fuerint, nõ erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas. Diodorus quoque Siculus lib. 2 inquit, Ægyptij Reges tanta animi solicitudine eas semper conseruasse, vt etiã illis obstringi, & eisdem obedire libere voluerunt, ac si priuati homines extitissent. Quod quidem libere semper, & planè præstarũt ob id tantum, & hac spe fræti, vt inde maximam laudem & gloriã reportarent Stoyci etiam, vt scribit Thucidides lib. 1. non optimũ iudicem, sed iniquum eum esse habendum putarunt, qui iuris æquabilitatem inter omnes proportione non tuetur; quiq; præmio aut veniæ quam supplicio procliuior 9. esset. Animus itaque iudicis in sola veritate defixus ab omni perturbatione purus ac liber esse oportet, male verum examinat omnis corruptus iudex. Conuenit itaque præfecto ac gubernatori mirum immodum delictorum animaduersionem charã semper habere ita, vt pro dispositione legis sententiam proferat, & reo pœnã irroget; contra vero maxima humanitate in eos vtatur, qui huiusmodi crimina non perpetrãt. Ac- 10. cedit præterea vt sit semper iudex summa affabilitate, & liberalitate præditus erga illos qui à recto virtutis tramite non deuiant: vt sic ab improbis semper vereatur, à bonis autem studioſè, & ex animo diligatur. Atque ita cõcludo, hoc semper iudicibus esse obseruandum, & quasi in sinu perpetuo gestandum, vt nihil contra legum decreta, & Reipublicæ statuta temere committant. Ex quibus plane infertur, Reges, eorumq; iudices, ob Reipublicæ salutem secundum leges, & prout ipse disponunt iudicare debere. Et adeo hæc vera esse existimamus, quòd potius tenentur secundum leges iudicia ferre, quàm secundum conscientiam, & propriam eorum

rum scientiam vt latius in sequenti cap. explicabitur.

Cap. 10. Quo ostenditur, iudices secundum leges iudicare debere, & non secundum conscientiam & propriã eorum scientiam.

1. *IVdices secundum leges iudicare debent.*
2. *Prudentiæ suæ quando quis innitatur.*
3. *Iudex quando cognoscit causas, & negocia secundum leges, dicitur tunc illa cognoscere tanquam iudex, & non tanquam priuatus.*
4. *Iudex dum iudicat gerit personam publicam.*
5. *Iudex non secundum conscientiam & scientiam propriam statuere debet, sed secundum allegata & probata.*
6. *Iudex quid debeat & possit facere quando videat probationem fieri aduersus ea quæ ipse certo nouit, vt quia interfuit.*
7. *Iudices in hoc Principatu Cathaloniæ in introitu officij iurant se seruaturos leges dicti Principatus.*

1. IVDICem habere in mandatis, quòd secũdum leges iudicet constat, in. l. nemo iudex. C. de senten. & interlocutionib. omni. iudi. ibi in verbis, cum non exemplis, sed legibus iudicandum est. Atque ideo in. l. omnes. C. si con. ius vel vtili. publi. monentur ab Imperatore iudices cuiuscunque maioris vel minoris administrationis vniuersæ suæ Reipublicæ, vt nullum rescriptum, nullã pragmaticam sanctionem, nullam sacram annotationem quæ generali iuri, & vtilitati publicæ aduersa esse videatur, indisceptatione cuiuslibet litigij patiantur proferri, sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas. Confirmantur hæc ex tex. in. l. sed licet. ff. de officio præsid. iũcta ibi glo. vbi habetur, non esse spectandum quid factum sit, sed quid fieri debeat secũdum leges. probatur idẽ in cap. 1. extr. de constitutionib. quo in loco præcipitur, canonũ statuta esse seruanda, & neminem in actionibus vel iudicijs ecclesiasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducendum esse. Approbat tex. in cap. ne innitaris. eo. tit. ibi ne innitaris prudẽ
2. tiæ tuæ. Prudentiæ suæ innititur, qui ea quæ sibi agenda, vel dicenda videntur, patruum decretis præponit. Confirmat hoc quoque tex. in. c. pura. 3. q. 9. &. §. quia vero in authen. de iudi. & etiam in. §. ius iurandum. in auth. de defensorib. ciuita. colla. 3. ibi ius iurandum, vero præbens, quòd omnia secundum legem ac ius agat. Nam quãdo iudex cognoscit cau-
3. sas, & negocia secundum leges, dicitur tunc, illa cognoscere tanquã iudex

BIBLIOTECA UNIVERSITAT DE GRANADA

iudex, & non tanquam priuatus: quia nec ea quæ tanquam priuatus cognosceret pro iudicio sufficerent. c. de manifesta. 2. q. 1. cap. si sacerdos. de officio ordinarij.

4. Gerit enim personam pubicam dũ iudicat. l. 1. §. ius publicum. ff. de

5. iusti. & iure. Qui neque secundum conscientiam seu scientiam propriam statuet, sed secundum allegata & probata. glo. in. §. pubertatẽ ad versi. Ex abitu quib. mod. tute. fini. glo. in cap. dilecto. in verbo recusastis. de testib. glo. ĩ cap. 1. de officio ordi. glo. in. l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsid. Debet ergo iudicare secundum allegata & probata, & vt leges iubẽt. ita etiam probatur in. c. iudicet. 3. q. 7. in versi. Bonus. Vbi legitur, quòd bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit; & proposito domesticę voluntatis: sed iuxta leges, & iura pronuntiat; statutis iuris obtemperat, non indulget proprię voluntati; nihil paratum & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita iudicat; & sicut se habet negocij natura decernit: obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causę merita, nõ mutat. Facit etiam tex. in. c. sub mouere. 11. q. 3. l. rem non nouam. C. de iudi. Quod etiã docuit nos Deus exẽplo suo, qui quãuis omnia nosceet & nouerit antequam fiant, tamen voluit formula iudiciali negocia quę puniret discutere. Descẽdam inquit, & videbo. Genes. 11. & 18. vide tex. in. c. Deus omnipotens.

6. 2. q. 1. Quod si iudex videat probationem fieri aduersus ea quę ipse certo nouit, puta quia inter fuit, & conscientię puritate tactus noluit iudicium exequi pro ea falsa probatione; bene quidem faciet, si se a iudicando obstineat si possit, at si non possit, vt quia solus iudex, debet commonere reos: & si nihil proficiat debet exactis iudicare glo. in dicto. §. pubertatem autem. in verbo ex habitu. insti. quib. mod. tutela fini. tex. in dicto cap. si sacerdos. de officio ordi. c. si placuit. c. si tantum. 6. q. 2. iudicandũ ergo est secundũ leges vt Æschines contra Ctesiphõtem scribit, iudices iurare iuxta leges

7. se iudicaturos. Quod obseruatur in hoc Principatu Cathaloniæ in quo primo Rex, deinde omnes alij illius iudices & ministri in introitu officij, & regiminis iurant se seruaturos constitutiones Cathaloniæ, vsaticos Barcinone, ac alia iura patriæ, vt in consti. 1. & 3. titu. de obseruar constitucions. Hæc eadẽ legum obseruatio tã in Gallia quã in Imperio, vt referũt scribentes iure iurando promittitur. Atque etiam Demosthenes in prima oratione contra Aristogito. & rursus eandem secundo aduersus eundem inquit, qui res iudicant, conseruare leges, & earum robur defendere debent, quarum

ope

ope adiuti, boni in Ciuitate incolumes sunt: sin autem sinetis eas exolescere, dissoluetur status Reipublicæ: & vt quisque est improbissimus, ita plurimum poterit. Cicero. etiam pro Cluentio, & hoc ipsum & partes aliàs iudicis concludit his verbis. Est sapientis iudicis, meminisse hominem cogitare, sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit & creditum: & non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse, meminisse: posse quem oderit absoluere. Quem non oderit condēnare: & semper non quæ velit ipse, sed quid lex, & religio cogat cogitare.

Discite ergo iudices sęculi quē in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam sobrietatem, quam sinceritatem, qui iudicat voluntati suæ obtemperare non oportet, sed tenere quod legum est. Oportet vt iudices legibus subijciantur, atque obtemperent. Sunt enim aliqui tanta audatia, aut certe sui iudicij cō fidentia, qui & corrigere, & vertere, & interprætari leges volunt, sic prorsus, vt sibi ipsis satisfaciāt, qui illud aliquando efficiunt tanta interprætationum subtilitate, & acumine, vt & legis, & legislatoris intimum sensum omnino mutent, & tanto doctiores haberi volunt, ac iurisperitiores, quāto obscuriores sunt, ac minus intelligūtur, & falsa quadam specie eruditionis, quæ ex nouitate nascitur animos illorum qui tales legunt interprætationes obsecant. Quare iudices grauissime peccant, qui intimos legum sensus fugiendo suam priuatamq; opinionem sequuntur. Nam vt sapienter docet Aristo. Politicor. lib. 2. cap. 7. & D. Thom. 1. 2. q. 95. articul. 1. ad. 2. multo melius est, vt iudices secundum leges iudicent, & illas sequantur, quàm vt ab illis fugiāt atque discedant. Leges enim & considerate, & multo tempore consilio, atque authoritate prudentissimorum virorum conduntur: iudices vero non semper ita prudentes sunt, neque illis tātum otij suppetit, vt possint omnia attente, & suo tempore animaduertere. Sapientius enim, ac grauiori consilio res perpenduntur cum quiete, ac paulatim, & multo cum sententijs adhibitis contēplantur, quàm si nostra tantummodo sententia commoti atque perturbato quodam animorum sensu perpendantur. Lex semper eadem est, atque immutabilis; iudices vero sæpissime mutantur; & eorum quisque iudicat secundum suam naturam, & statum & denique quot homines tot sententiæ. Cumq; lex nihil expectet præter substantiam aut naturam rei quam imperat, aut vetat, & cum libera sit consideret negocia, omnibus aliquarum personarum

narum amore,odio,paſsione, atq; affectu reiectis (quę iudices in rebus priuatis obcæcãt) nulli plane iniuria affertur,cum iudex ex lege iudicat; omnes enim grauiſsime attinguntur atque labefactantur,quando leges non ſeruantur. Quas ob cauſas oportet quidẽ,vt iudices legem tanquam normam & regulam certiſsimam optimorum iudiciorum habeant: & eos moneo,vt cogitent tantum ſibi a Regibus eſſe commiſſum,quantũ a legibus permiſſum, &creditum: neque ſibi ſoli iurisdicundi poteſtatem ſed ita fidem creditã arbitrentur,vt non quod ipſi velint, ſed quod lex & religio concedat exequantur: neve quiſquam eorum ſe putet eſſe ſolum, nec ſibi quodcumq; concupierit iam licere,ſed habere in concilio leges,religionem,æquitatem,& fidem maximiq; debere vnumquemq; ſuæ ipſius mentis,quam à Deo accepe rit conſcientiam æſtimare:quæ ſi optimorum ſemper conſiliorum, factorumq; teſtis ſibi fuerit, facilime omnes quorumuis periculorum procellas deuitabit. Nec non etiam moneo Reges & Principes ſuppremos,quòd prudentes,& cõſiderati ſint in ſuarum legum diſpenſatione, & quòd ita imperent, vt in ſuis tribunalibus, & extra tribunalia ſæueriſsimi videãtur. Cõcluſionem quòd iudex debeat iudicare ſecundum allegata & probata nõ ſecundum priuatam eius ſcientiam. Vide pleniſsime tractatam apud Tyberium Decian. in tracta. criminali. lib. 2. cap. 14. tomo. 1. per totum. Vide etiam Sanct. Thom. 2. 2. q. 67. artic. 2. vbi diſputata hac quæſtione in vtramque partem, ſic eam reſoluit, quòd iudicare pertinet ad iudicem ſecũdum quod fungitur publica poteſtate. Et ideo informari debet in iudicando, non ſecundum id, quod ipſe nouit,tanquam priuata perſona, ſed ſecundum id quod ſibi innoteſcit tanquam perſonæ publicæ. Hoc autem innoteſcit ſibi, & in communi, & in particulari, in communi quidem per leges publicas, vel humanas, contra quas nullas probationes admittere debet; in particulari autem negocio aliquo per inſtrumenta,& teſtes, & alia huiuſmodi legitima documenta, quæ debet ſe qui iudicando, magis quàm id quod ipſe nouit tanquam priuata perſona,ex quo tamen ad hoc adiuuari poteſt,vt diſtrictius diſcutiat probationes inductas, vt poſsit earum defectum inueſtigare. Quod ſi eas non poſſit de iure repellere, debet eas in iudicando ſequi. Hæc ſanctus Thomas.

CAP.

Cap. 11. Quo Principes instruuntur, quòd in honoribus & gratiarum distributione magis moueri debẽt propter virtutem, & vera merita, quàm propter importunitatem petẽtium; Et quòd in prędictis, suos iustitiæ ministros merita habentes debent omnibus alijs præferre & anteponere.

1. *PRincipes ad gratias & beneficia cõferenda magis moueri debent propter virtutem, & vera merita, quàm propter petentiũ importunitatem.*
2. *Nobilitas absque virtute, & meritis, parum prodesse videtur.*
3. *Regnum magis debetur virtuti, & meritis habenti, quàm generi, & potẽtiæ.*
4. *Princeps ministros suos valde honorare debet, & in gratiarum distributione alijs præferre: vt omnia quæ ipsi iustitiæ debẽtur in suo statu & authoritate conseruentur. & num. 6.*
5. *Princeps iustus seruitium vllum absque præmio, & delictũ sine supplicio & punitione omittere debet.*

INTER alia quæ Principes animad tere debent, suiq; iudicij lance pon derare ad iustitiã distributiuã præcipue adminis trã
1. dam illud sane est, quòd ne ad gratias, & beneficia cõferenda, tã propter negociationẽ, & importunitatẽ petentiũ, quàm propter virtutem, veraq; merita moueantur, & incitẽtur. Quidam enim sunt (etsi pauci) qui fidelius seruire, meliusq; mereri norunt & sciunt, quàm importunis ac molestis petitionibus exorare, quiq; multa memorialia præbere, ministrumq; datarium subsequi, & iustũ, ac debitũ suorũ laborũ præmium auellere erubescunt. Alij vero, & nõ pauci sunt) qui importunis negociationi bus ea quibus sunt indigni consequuntur, & supplicitũ promerẽtes præmijs honorãtur; fructuq; alio rũ qui grauissima præbuerũt seruitia fruuntur. Itaque, Christian⁹ quisq; Princeps in huiusmodi iustitia oculos suos locatos fixosq; habere debet, vt sic vnicuique q̃ suũ est, summa cum æquitate tribuere valeat, positq; facile intelligere se nõ teneri ad libitũ, suiq; animi affectum dignitates & diuitias distribuere, sed ratione in meritis ac seruitijs sibi aut Reipublicæ cuius ipse est caput prẽstitis fũ data. Ideoq; Isocrates oratio 1. ad Nicloclem inquit, pluris existima eos, q̃ ad te beneficia petituri acce dũt, si eis digni sũt, quàm illos qui vt tibi placeãt dona & munera ad te offerẽda deferunt. Nã cũ bonos
5. & virtute cõdecoratos honorifica ueris, ab alijs sũmã laudẽ & gloriã consequeris. Hinc est, quòd Princeps ad munera & beneficia distri buẽda, potius ad cuiusque merita & virtutes, quàm ad eorum diuitias, illustremq; eorum sangui-

nem & prosapiam animaduertere debet. Diuiti enim adminiculari eo solum, quia dives est, nihil aliud videtur, quàm ei occasionẽ præbere vt sui ipsius obliuiscatur, & quòd ad plures quoquomodo diuitias vt puta per vsurariam prauitatem, & alios illicitos contractus appetitu insaciabili quasi eius summum bonum acquirendas procedat. Equites vero militaresq; viros honoribus afficere solum, quia sui maiores magnanimi potentesq; fuerunt, suisq; virtutibus, & egregijs factis nobilitatis fundamẽta suę familię ijecerunt, cum illi vitijs inuoluti sint, talibusq; parentibus filij indigni, est sane virtutem honestissimam in honestare, parentesq; ipsos qui eam maximi habuerunt confundere. Verum cum ingratiarum beneficiorũq; distributione, potius ad vnius cuiusque virtutem, & merita, quàm ad opes sanguinisq; nobilitatem attendi debeat. Cumq; opera & præclara gesta, meritaq; propria diuitijs, & inanibus progenitorum ostentationibus anteponantur, & cuiq; quod suum est tribuitur, & qui inopes sunt ignobiliq; sanguine nati, spe nobilitatis & dignitatis animantur, atque laudis & præmij stimulo & incẽtiuo, admirabilia seruitia Principi suo, suæq; Reipublicę præstandũ
2. inflammantur. Hinc fit, quòd cum nobilitas absque virtute & meritis parum prodesse videatur, immo sine illis in tenebricoso loco posita esse reputetur, ij qui ex claro sãguine nascũtur maiores suos virtutibus & meritis condecoratos enixe imitare curant, suæq; familiæ antiquum nitorem conseruare, ne quod ab illis hęreditarũt, ipsi deperdãt. Vnde aliorum spes, iustusq; aliorum metus, & verecũdia, Reipublicæ salus & conseruatio est. Verisima namq; est sententia illa Boecij. lib. 3. de consolatio. vbi inquit, necessitatem nobilibus impositã, vt suos maiores imitentur, ne ab egregia illa virtute ac magnanimitate paterna sibi ab illis successa degenerẽt, esse illud quod, præstantius & excellentius
3. in ipsa nobilitate ponderatur. Ad cuius rei probationem non ab instituto nostro alienum est, illud Alexãdri Magni exemplũ, qui cũ Sydoniorũ Regnum perturbatũ reperisset, ab omnibus rogatus fuit, vt aliquem eis præficeret Regem, qui summa cũ iustitia & æquitate in ipso Regno regeret, & gubernaret; & omnibus expectantibus variaq; ac falsa iudicia faciẽtibus quonnam eis Regem constitueret, is tandem hominẽ quendam Abdolemnũ nomine (a deo inopem, vt suarũ manuum labore hortum colendo vitam misere sibi pararet) regem eis constituit. Erat autẽ is Abdolemnus vir tãtę virtutis, vitęq; integritatis, atq; tã

ta

ta prudentia eruditus,& tam optimæ conscientiæ vt regnum illud summa cum iustitia, & prudeutia multos annos gubernauit; suisq; posteris ac successoribus tranquillum cunctisq, sedatis discordijs, post obitũ reliquit.Cumq, postea Alexandrũm interrogarent, cur electionem illam feciſſet, illumq; virum inopem tot illustribus viris ante posuisset, eum sic respondisse fertur, ne arbitrari posſit Regnum dandum esse generi, aut potentię,sed virtuti, & merita ac seruitia habenti.

Hinc merito infertur, quòd
4. quando huiusmodi virtus merita & seruitia reperiũtur in magistratibus & ministris eiusdem Principis qui pro eo Rempublicam regunt, iustitiamq; in ea administrãt,debet Princeps multum eos honorare,& tam in honore,quàm in gratiarum beneficiorumq; distributione omnibus alijs præferre.Nam Princeps qui suos consiliarios administratoresq; iustitiæ honorat, bene de illis sentiendo, ac iudicando,omnia quæ ipsi iustitiæ debentur in suo statu,& authoritate cõseruat.Vbi vero eos parui facit,conferendo gratias & beneficia personis indignis & nõ benemerentibus,& ipsis dignis merẽtibus potius supplicium,quàm honorẽ & præmium,nihil aliud est, quàm virtutẽ iniuria afficere: maximumq; dãnum Reipublicæ inferre: & adhuc pernicioſius est, quando beneficia bonis subtrahũtur,vt malis conferantur. Iustissimum quidem est, & rationi cõsentaneum,quòd seruiens remuneretur,illiusq; seruitia compẽsentur, & quòd ille qui seruitia nulla exhibuit præmijs quoque sit destitutus.Videmus enim, quòd quando Princeps necessitate coactus curat facinorosos homines publicã pacẽ sui Regni perturbãtes perse qui,eosq; punire, & tranquillũ statũ suo in Regno cõstituere, ac ibidem leges & constitutiones statuere & præscribere, vtitur semper ad huiusmodi omnia facienda primũ suis ministris & conciliarijs tãquam viris peritioribus,semperq; iustitiæ virtutisq; actus exercentibus.Quo fit,vt cum ad labores,ad pericula,ad delinquentes comprimendũ,& contra eos bellandũ,ad regimen,custodiã,& patriæ defensionẽ,ad conseruationẽ & sustentationẽ regaliarum sint ipsi delecti, atque electi, rationi igitur consonũ est, vt etiam ad honores, præmia, & beneficia quæ huiusmodi laboribus debentur primo vocentur,atque alijs præferantur. Non
5. enim debet iustus Princeps seruitium vllum absque præmio,& delictum sine supplicio,& punitione omittere.Nam præmium & pœna duo sunt pondera optime librata quæ Reipublicæ horologium miro artificio compositum & ordi-

natum tenent, sine quibus iusta cum ratione Rempublicam necessario ad ordinationem & confusionem deuenire debere omnes Philosophi magniq; sapientes testãtur. Itaque Cicer. lib. 3. de natu. Deor. in hęc inquit verba. Nec domus, nec Respublica stare potest, si in ea nec recte factis præmia extent vlla, nec supplitia peccatis. Cui sententiæ adstipulatur Demosthenes in oratio. cõtra Leptinem dicens, leges quibus Ciuitas ornatur, custoditur, ac florere solet, eas maxime esse, quæ bonos præmiari, malos vero punire iubent. Nam si omnes male agere formidine pœnarum odissent, & omnes spe præmij & beneficij bene agerent, quid Ciuitati deesset, ne omnium florẽtissima existeret: bonorum enim præmiũ honos publicus est, qui eos alijs præfert, ex mortalibus immortales reddens. Ideoq; non desunt viri sapientes qui sentiunt, debere Principẽ semper secum habere index quoddã seu repertorium rerum inditionibus suis gestarum, & præcipue virorum eximiorum, qui sibi seruitia exhibuerunt, vt hac cura & vigilantia, intelligant omnes posse se pro seruitijs remunerationem & præmiũ sperare; & hac spe, multi ad seruiendum insitentur, qui aliàs seruire minime curarent.

6. Multum in se continet vtilitatis, vt præmia & beneficia Regijs consiliarijs, ministrisq; fidelibus, optimeq; ministrantibus conferãtur: quia ijs præmijs & beneficijs, nedum ipsi ministri, sed & magistratus ab ipso Principe maximo afficiũtur honore. Ipse senex sum, & experientia quæ omnium rerũ magistra est percepi, hoc ita esse censiendũ. Multis enim vice regibus in hac prouincia ministraui, quos cum viderim plurimi regios consiliarios, & alios iustitiæ ministros æstimasse, cognitum tunc sane fuit, ipsam iustitiam in suo proprio ac vero statu permãsisse, semperq; formidatam & veneratam fuisse. Et è contra, cum magni præsides eos deijcerunt ac cõtempserunt, eorum seruitijs minime compensando, publicèq; cum eis male segerendo, vt melius negocia sua peragerent, quod facilimè potentissimi Regis Assueri exemplo demõstratur; vt Esther cap. 6. qui cum quandam noctem in somnem duceret, iussit sibi afferri & legi annales rerum in suo Regno successarum, inter quas reperit Mardocheum iudæum sibi præstantissimum quoddam seruitium exhibuisse, nunciauerat enim ei, ac patefecerat quandam coniurationẽ, quam in se ipsum intendebant, qui cum petijsset, quid honoris & præmij Mardochæus ex illo seruitio consecutus esset, sibiq; esset responsum, quòd nihil omnino, iussit eum honorari, &

super

super omnes sui regni Principes extolli, vt hoc modo nobis aperte commostraret exhibentes Principi vel Reipublicæ seruitia præmio & remuneratione dignos esse. Romani etiam ciuibus qui primum magistratus nobiliores quales potissimũ erant Dictatoris, cõsulis, aut prætoris consecuti fuerant, eosq; laudabiliter administrauerant præmia præstantissima erogabant, amplissimos eis cõcedendo triumphos. Boni Principis enim est, seruitia à vassallis sibi exhibita ac præstita recognoscere. Nam licet vassalli naturali affectu, ad suo Principi seruiendum moueantur, in his tamen rebus propria vtilitas atque spes præmij suorum laborum maxime operantur. Quibus sublatis, & animo perturbatur, exanimatur cor, & vires prorsus debilitantur atq; deficiunt. Romani nulla re alia magis suam Rempublicam nobilitarunt, cunctisq; alijs excelsiorem & potentiorem reddiderunt, quàm præmijs honorificentissimis, ac maximis quæ illis qui eorum erant digni largiebantur. Ducibus enim ac Capitaneis qui inimicos suos fortissimè debellauerant triumphos amplissimos concedere solebant. Militibus vero senio confectis talia præmia erogabant, vt suam senectutem honorifice traducere, suamq; familiam commode sustentare poterant. Permittat Deus, quòd senes huius temporis qui multis ab hinc annis in seruitio suæ Regiæ Magestatis vacauibus, & ad huc in senectute totis viribus seruire, & regalias suas summo amore custodire curamus similibus præmijs gaudeamus.

Cap. 12. De Processu via ordinaria, & per inquisitionem coram Domino Rege, vel eius locumtenente generali, aut alio quocunque iudice ordinario.

1. *INquisitionis remedium quamuis de iure extra ordinarium sit, tamen de consuetudine effectum fuit ordinarium.*
2. *Inquisitio delicti est informatio officio & authoritate iudicis facta.*
3. *Inquisitio duplex est, alia generalis alia specialis.*
4. *Iudici ante omnia debet constare de delicto.*
5. *Delictum quando dicatur cõstare quoad effectum procedendi.*
6. *Inquisitio delicti debet esset certa, specifica, & clara, continens in se omnes delicti qualitates, & circumstantias.*
7. *Inquisitio facienda est cum temporis expressione.*
8. *In inquisitione non est necessaria diei expressio. Sed limita vt ibi.*
9. *Dies delicti in inquisitione apponi de-*

bet, quando ab inquisito illum apponi instaretur.

10 *In inquisitione non est necessum apponi locum, & tempus, quando delicta habẽt tractum successiuum, & in quibus locus, & tempus est incertus.*

VT facile sit iudicibus processum via ordinaria, & per inquisitionẽ absq; nullitatũ vicio instruere, & formare, atque quid in in ea compositione salua conscientia, & iuxta iuris ordinem obseruandum sit, existimaui huius processus tractationem quindecim sequentibus. §§. expedire.

In quorum primo de præuentione inquisitionis tanquam illius principiũ & fundamentũ agetur.

In Secũdo, de Testibus in offensam recipiendis.

In Tertio, de Prouidẽda captura reorum.

In Quarto, de Citatione ad fines banni.

In Quinto, de Exigenda à reo capto depositione.

In Sexto, de Publicatione inquisitionis, & termino dando reo ad se defendendum.

In Septimo, de Recipiendis & examinãdis testibus, qui in reorũ defensionem exhibentur.

In Octauo, de Quęstione an facta publicatione processus, & receptis testibus in defẽsam possint iterum recipi testes in offensam.

In Nono, de Tortura, & de his quæ iudex considerare debet ante quam deueniat ad illius condemnationem.

In Decimo, de Appellatione seu supplicatione interponenda à prouisione seu sententia tormentorũ.

In Vndecimo, de his quæ præuenienda atque animaduertenda sunt antequam ad excutionẽ torturæ deueniatur.

In Duodecimo, de Forma exequendi torturam.

In Decimo tertio, de danda dilatione reis in tortura confessis, & qui extra locũ torturæ confessionem suam ratificarunt ad se cõtra dictam confessionem defendendum, & de forma procedendi contra eos vsq; ad sentẽtiam diffinitiuam inclusiue.

In Decimo quarto, de Diuersis sententiarum formis, diuersas pœnas continentibus.

In Decimo quinto, de Varijs formis relaxandi reos à carceribus, in quibus detinẽtur, & de forma decernendi executionem contra principalem, & fide iussores qui non parẽdo promissis in pœnam inciderunt.

Et antequã ad explicationem primi. §. cõdecẽdamus præmitte-
1. re nos oportet, quòd quilibet prudẽs iudex ad ꝓcedẽdũ in crimina libus inhoc Principatu Cathaloniæ ante omnia scire debet, quòd quàm-

quãuis accusationis remediũ de iure cõmuni tam ciuili, quám canonico ordinarium esse reputetur, inquisitionis vero extraordinariũ. vt testãtur Alciat. in cap. 1. nu. 14. de officio ordinar. Hieroni. in Apostil. ad Angel. de Malefi. in verbo, hęc est quędam inquisitio post nu. 80. Bossi. in titu. de inquisi. nu. 17. Clar. in. §. fin. q. 3. versi. Debes autẽ scire. & Prosper. Farina. de inquisitio. q. 1. nu. 7. quia tamen hodie extat generalis consuetudo, quòd iudex inquocunq; delicto etiã nemine acusante potest ex officio procedere vtrũque remediũ ordinariũ censeri nos fateri oportet. Attestatur de hac consuetudine Alberi. in. l. ea quidem. col. 2. versi. de consuetudine tamẽ. C. de accusationib. vbi etiam Bald. nu. 44. Gandin. in tracta. maleficio. ĩ rubri. quomo. de malefi. cognos. per inquisitio. col. 1. num. 6. versi. Sed hoc. Faber in. § 1. col. 2. versi. Satis potest dici. insti. de publi. iudi. Ioann. Anna. in cap. fęlicis. col. 2. de pœnis-lib. 6. Boss. in titu. de inquisitio. nu. 8. Antoni. Gomez. varia. resolutio. tomo. 3. titu. de delictis. cap. 1. nu. 49. in fi. & nu. 10. Et testantur de cõmuni. Iuli. Cla. in pract. q. 3. versi. Sed certe quid quid sit de iure. vbi multos adducit concordantes. Decian. in cõsi. 18. nu. 195. & seqq. lib. 1. Quæ consuetudo etiã locũ obtinet in præsẽti Principatu Cathalonię in quo in delictis proceditur per inquisitionẽ, & in quo remediũ hoc adeò fuit de consuetudine effectum ordinarium, quôd in Cathalonia processus criminalis non dicitur processus partis, sed fisci; cuius nomine, vel eo instante fit in dicto processu præuentio super qua postea inquiritur. Et etiã fisci procuratore instante, petente, vel supplicante, inquisitio facta reo capto publicatur ad se defendendum, eiusq; defensiones postea publicãtur, & tandẽ ad ipsius fisci instantiam, & petitionẽ ipse reus ponitur ad relationẽ, eiq; ad sententiã assignatur.

2. Est autẽ inquisitio delicti informatio iudicis officio, & authorita te facta ita. Iodo. in practi. crimi. titu. de inquisitio. cap. 8. num. 1. & seqq. Idẽ videtur concludere Iul. Clar. in practi. q. 3. versi. Et aduerte. & q. 11. in princip. vbi dicit, inquirere nihil aliud esse, quã informationes super delicto sumere. & sentit idem Prosper. Farina. de inquisitio. q. 1. nu. 3. Ludoui. vero de Mirãda inquisitionẽ diffinit, quòd sit inuestigatio criminis, siue peccatoris occulti, congruo & debito ordine à iudice facta, hæc in ordine suo iudiciario. q. 5. arti. 1. conclusio. vnica.

3. Et omissa Doctorum varietate, ac multiplici distinctione dico, inquisitionẽ aliam esse generalẽ quæ scilicet in certo delinquente per iudicem fit ad generaliter inqui-

rendum quisnam delictum commisserit de super generales informationes assumendo. Aliam vero specialem quæ fit per iudicem contra particularem personã de cuius delicto iam curia notitiam habuit. Hijs enim duobus modis contra delinquentes per inquisitionem proceditur teste Innocẽt. in cap. 1. lo. 1. num. 5. de electio. vbi tenet quòd ita seruat totus mundus. Vide Doctores in cap. inquisitionis. vbi Ana. num. 4. & Felin. num. 5. extr. de accusationib. Tiraquel. de pœnis temperan. caus. 53. num. 3. sequitur Iul. Clar. in practi. q. 5. versi. Poterit igitur, & q. 20. in princip. & q. 50. versi. Item quia. vbi ex hoc infert, quòd generalis inquisitio fit ad inuestigandum delinquentem, specialis vero ad puniendum, & condemnandum, ita etiam dicit Bossi. in titu. de Inquisitio. num. 2. & eandem distinctionem appro bat Menochi. in tracta. de præsumptio. lib. 1. q. 88. num. 7. & 8. vbi alios adducit concordantes. De quibus etiam vide late Prosper. Farinace. de inquisitio. q. 1. & Ludouicum de Miranda nouissime in lucem proditũ in suo ordine iudiciario. q. 5. cum suis articulis, vbi in tertio articulo, in con clusio. vnica. determinat generalem inquisitionem etiam de certo delictorum genere, sed contra incertas personas, nulla in particulari nominata, aut expressa, licitam esse, & vtroq; iure fieri præceptam, & omnes iudices ad eam faciendam ex iniuncto sibi officio teneri. probatur, ex cap. 1. de officio. ordi. & cap. qualiter & quando. lo. 2. de accusatio. & in cap. Romana. de censib. lib. 6. Idem habetur in Concilio Triden. Sessio. 25. & specialiter pro religiosis. cap. 1. & 2. probatur etiam iure Cæsareo in. l. congruit. ff. de officio præsid. Et tenet hanc eandem conclusionem Soto in lib. quem inscripsit de secreto. membro. 2. q. 6. conclu. 2. Et hoc ita esse verum decreuit Regium cõlium tribus aulis congregatis me etiam præsente in facto in effrana tæ multitudinis in Regno cudentium monetam falsam, & optimã atque probam tondentium, qui cum incerti sint, & difficiliter inueniri possint, ob tam graue facinus totam regni pacem & contra ctationem perturbant. Fuit ideo resolutum quòd recepta prius informatione tanti, & tam extensi per totam prouinciam criminis procederetur generaliter ad inquirendum & inuestigandum delinquentes. Nam quamuis hæc generalis inquisitio aliquid prodesse non videatur, cum per ipsam iudex neminem punire possit, nec specialiter aduersus quempiam procedere absq; reclamante infamia, nihilominus tamen, huiusmodi

di generalis inquisitio vtilissima est, & valde proficua, cum ex ea quandoque contra certas & determinatas personas infamia resultet, aut aliqua exoriantur peculiaria indicia, quibus habitis, statim iudex potest atque debet, specialiter inquirere, & ad particularem & specialem inquisitionem procedere, & ad delinquentis debitam punitionem.

4. Secũdo ipse prudens iudex scire ac animaduertere debet, quòd antequam iudex procedat ad aliquem actum debet ei constare de delicto ad effectum procedendi. Dicit enim Iul. Clar in practi. q. 4. in princi. esse vulgarem & tritam conclusionem, quòd ante omnia debet constare iudici de delicto, quod probatur ex tex. in. l. 1. §. item illud ff. ad Sylleni. l. necessario §. 1. eod. titu. l. Neratius. §. fi. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. siquis vltro. ff. de quæstionib. l. Diuus Traianus. ff. de mili. testamen. l. si is qui rem pignori. la. 2. §. si tu Titium. ff. de fur. l. siquis legatum §. ceterum. ff. ad leg. Cornel. de fal. l. eius qui delatorem. versic. Nec enim. ff. de iure fisci. Et adeò hoc verum est, quòd etiam si reus confiteretur delictum aliquod cõ misisse non potest condemnari, ni si de ipso delicto aliter quàm ex eius cõfessione appareat. ita Marsil. in practi. crimi. §. postquam num. 48. Grammati. consil. 6. post num 5. Iulius Clar. in practi. q. 55. versi. Potest etiam. vbi dicit, aliquando fuisse repertum, reum qui confessus fuerat delictum nõ deliquisse.

Et vt sciatur, quomodo dica-
5. tur constare de delicto quoad effectum inquirendi, seu procedendi existimo, fore & esse distinguẽdum, quòd quædam sunt delicta facti permanentis quorum scilicet certa remanent vestigia, puta, homicidij, ipsum cadauer, vulneris in facie alicuius, ipsa cicatrix, Incendij, locus combustus, & similia. In huiusmodi enim delictis, prius quam iudex inquirat cõtra delinquentem tenetur inquirere de veritate delicti. Statim enim quòd ad iudicis notitiam peruenit delictum fuisse commissum, puta hominem fuisse interfectum, debet iudex ipse accedere ad eius cadauer visendum, & inspiciendum, vel mittere algutzirium cum notario, qui cadauer ipsum inspiciat, & vulnera describat, & ita sæpius practicari vidi in Regio concilio. Hancq; dicit esse communem practicam Blan. in practi. crimi. fol. 3. num. 6. Iodo. in practi. cap. 75. num. 3. & ita obseruari tenet Bosi. in titu. de delict. num. 2. Ioan. de Amicis. consil. 131. num. 7. qui fatetur, hanc esse totius orbis communem practicam. De quibus, & de forma inquirendi de delicto vide late Iul.

Cla.

Clar. in practi. crimi. q. 4. versi. Quando vero. Alia vero sunt delicta in quibus non requiritur alia inuestigatio super veritate delicti, sed immediate potest procedi contra delinquentem, & sunt illa quæ animo committuntur: vt est hæresis, vel illa quæ licet facto committantur, eius tamen facti nulla solent remanere vestigia, vt est adulterium, & alij coitus, qui sine fractura committuntur, furtũ pariter sine fractura, percussiones quæ fiunt alapa, vel baculo sine liuore, iniuriæ verbales, vel similia. In istis criminibus non requiritur ad procedendum alia inuestigatio delicti, sed statim porrecta querela potest, & debet iudex inquirere contra delinquentem, assumẽdo contra eum informationes, & alia facere prout negocij qualitas requiret. vide de his etiam Prosp. Farinac. in titu. de inquisitio. q. 1. num. 6.

6. Tertio curare debet iudex, vt inquisitio delicti, quam facit sit certa, specifica, & clara continens in se omnes delicti qualitates, & circunstantias taliter, vt reo defensio non tollatur. tex. est in. l. libellorum. ff. de accusationib. per quem tex. not. Doctores quòd actio criminalis proponi debet certa & clara, vt reus possit se melius iniudicio defendere. Non debet inquisitio esse obscura, generalis, & incerta, vt puta inquirere quód Titius sit solitus committere furta, homicidia, blasphemias, & simi lia delicta. Hæc enim inquisitio nullius est momenti; quia hoc mo do facta, propter delictorum incertitudinem reus suas defensio-
7. nes præparare non potest. Atque ita in ipsa inquisitione dici debet, quód Titius commisit tale furtũ in tanta quantitate contra talem, tali loco, & tali mense, vel anno, commissi delicti; aliàs erit nulla, & inepta tex. est in dicta. l. libellorum. ff. de accusationib. & in cap. fi. §. libellorum. 2. q. 8. quæ iura licet loquantur in libello accusationis, tamen idem erit in libello inquisitionis: cum vt dixi hodie inquisitio successerit loco accusationis. l. pen. ff. de publi. iudi. l. congruit. ff. de officio præsid. Et quód in inquisitione requiratur expressio temporis tenet Bar. in. l. 2. §. si publico. num. 12. ff. ad leg. Iul. de adulter. & esse communem opinionem dixit Bossi. in titu. de inquisitio. nu. 90. 91. Et seruari hanc opinionem per totum mundum de consuetudine, dixit Angel. in. l. ea quidem. num. 3. de accusationib. C. quos & alios refert Clar. in practi. q. 31. versi. Quod de anno præsenti. Tandem vide Farinace. de inquisitio. q. 1. num. 12. vbi plures concordantes tam veteres, quàm modernos allegat.

8. Et quamuis verum sit, non esse necessariam expressionẽ dici per

text.

tex.in dicta.l.libellorum.ibi.Nec autem diem nec horam inuitus cõ prehendet. & ibi glo. non tamen hoc esse verum,quando delictum esset solum punibile certa die, & certa hora,alia vero die,seu hora non, quia tunc talis dies tempus & hora debet inseri in libello inquisitionis; aliàs non potest sequi condemnatio.Ratio est,quia qualitas temporis et illius particularis diei est fundamentum inquisitionis inquirentis,ideo præcise de 10. bet probari Bart.in.l. non solum. §.sed vt probari.ff.de operis noui nunciatio.& in dicta l.libellorum num.12.ff. de accusationib.

9. Nec etiam procedit dispositio dictæ.l.libellorũ.ibi in dicto versi. Nec autem diem, nec horam quando ab inquisito peteretur, & instaretur apponi diem ex quo intendit se defendere,& probare tali die se alibi fuisse. *In* isto enim casu, in inquisitione particularis delicti, dies exprimẽdus est. Bar. in.l.is qui reus.col.6.num.10. versi.Sed quæro an in accusatione.ff. de publi.iudi.& in dicta.l.libellorum.num.13.ff.de accusatio.& in. l.2.§. siquis Ephesi. in fi. num. 6. vbi etiam *Ias.* num. 1. hanc dicit communẽ opinionem. ff. de eo ꝙ certo loco.Marian. Socin. in cap. qualiter & quando. lo. 2. in. q. 36. de accusationib. Boss. attestatur de communi in ti.de inquisi.num. 92.& per Clar.in practi.q.12. versi.Dixi etiam,& Farinace.de inquisitio.q.1. num. 20. vbi plures alios recenset. Quod tamen intelligo procedere nisi iudex ignoret diẽ commissi delicti, quia tunc non tenetur illum exprimere,& inquisitio sustinetur, etiam quòd reus illum exprimi petat per id quod in simili de accusatore tradunt Angel. Salicet. & alij relati per Clar.dicta.q.12. sub eodem versi. Dixi etiam in fi.

Scias tamẽ quòd prædicta procedunt in delictis quæ temporis momento committuntur,secus in his quæ habent tractum successiuum,& in quibus locus & tempus est incertũ, & indeterminatũ, & in his inquam delictis non est necesse in inquisitione apponere locum & tempus,vt per Bart. in dicta.l.libellorum.num.10.in fi.versi.Si vero illud, & nu.16.de accusationib.Purpura.in.l.edita. num. 54.versi.Quinto in delictis. C. de ædendo. Angel. de malefi. in verbo. hæc est quædam inquisitio. num. 65. Menoch. & alij per eum relati in consil.100.num.89.& seq. lib.1. vbi propterea infert ad crimen hæresis, & læsæ Magestatis, quòd in eius inquisitione minime exprimendus sit locus & tempus commissi criminis,vt in specie de crimine hæresis scripserunt Angel.de malefi.in dicto verbo. hæc est quædam inquisitio. num. 64. Purpur.in dicta.l.ædita. num. 54. versi.

versi. Quarto limitetis.C. de eden.& in crimine lęsę mageſtatis hoc idem ſcripſit Bar. per illum tex.in extrauagan. ad reprimendum.in verbo.ſuper dicto crimine.in prin.Et eam etiam pluribus comprobat Tiber.Decian.conſil. 18.num. 72.& ſeqq.lib.1. & Cephal.conſil.304.num.115.lib.3.

Et quia ſupra dictũ fuit,inquiſitiones criminũ fieri in hoc Principatu inſtante fiſci procuratore regię curię, nunc nos ſcire oportet,hunc fiſci procuratorẽ in Cathalonia plures habere modos & formas procedendi & inquirendi de delictis;quæ formæ variantur ſecundum varietatem factorum. Nam ſi delictum eſt ordinarium, & non compręhenſum ſub aliqua regalia,inquiritur ſuper illo per proceſſum via ordinaria,vt ſupra oſtenſum eſt.Si vero eſt de comprehenſis ſub aliqua regalia vt puta vſaticorũ authoritate & rogatu, Moneta,camini & ſtratæ,ſimili modo,iudicium in curia datũ,& aliorum eiſdem applicabiliũ, pro proceditur reſpectiue ſecundum formam dictorum vſaticorum. Quorum proceſſuum formam & praxim inferius inſerere decreui, vt cuncti iudices facile ad recte prouidendum, & practicandum inducantur.

Deuenionunc ad. §. 1. proceſſus via ordinaria.

§. 1. De præuentione inquiſitionis.

1. *Proceſſus criminalis in Cathalonia dicitur fiſci proceſſus,& non partis.*
2. *Præuentio inquiſitionis eſt illius principium & fundamentum, ſiue quo, inquiſitio eſſet nulla.*
3. *Præuentionis forma.*

ISte proceſſus inchoari debet per præuentionem factam à fiſci procuratore quę reſultare ſolet, vel ex diffamatione, vel
1. quęrela partis,vel denuntiatione, vel huiuſmodi:quia vt dixi in Cathalonia proceditur per inquiſitionem,in qua ideo proceſſus criminalis eſt fiſci proceſſus , qui principaliter agit ad vindictam publicam, & non propter hoc impeditur pars læſa,& priuata, quo minus veniat ad cauſam : immo eius quærela,deductiones,& ſupplicationes ad fiſcum ad iuuandũ admittuntur , & habetur ratio intereſſe illius. Nam quamuis iudices in grauibus criminibus puniendis non debeant ſine accuſatore procedere prout iure canonico & ciuili cautum eſt, vt patet.in c. ſi quis poteſtatem.22.q.4. & in .l.illicitas. ff. de officio præſid. & in. l. reſcripto. ff. de munerib. & honorib.tamen fallit hoc,quando infamia,aut clamoroſa inſinuatio

vel

vel indicia præcedunt: quia tunc non est opus accusatore, cum hæc vim etiã accusatoris habeãt, & facultatem præbeãt procedendi cõtra ipsum via inquisitionis. Et præcipue, cum hoc remedium procedendi per inquisitionem de generali consuetudine, & in hoc regno fuerit effectum ordinarium.

2. Et etiam fit ista præuentio, vt sit principium & fundamentum inquisitionis, sine quo ipsa inquisitio stare non potest: immo esset nulla. Quemadmodum enim ædificium sine fundamento sustineri non potest, ita nec ipsa inquisitio sine prẹuentione. Nam in quocũq; casu, in quo iudex, siue de iure cõmuni, siue statutario, siue ex consuetudine potest procedere ex officio, & sic per viam inquisitionis, prout regulariter in omnibus casibus procedit in Cathalonia nunquam debet, nec potest à se ipso procedere ad inquirendum, siue assumendas informationes, vel inditia specialiter contra aliquem, nisi aliquid præcedat, quod aperiat viam inquisitioni, scilicet, vel diffamatio, vel quẹrela partis, vel denuntiatio, vel huiusmodi: aliter processus esset ipso iure nullus; etiam si delictum fuisset deinde plene probatum. vt testatur Iul. Clar. in practi. q. 5. verficu. Scias etiam. circa medium. Quod quidẽ fuit à iure introductum, ad refrenandam malitiam, & proteruitatem iudicum; quia possent multos indebite vexare, si daretur eis facultas procedendi ex obrupto cõtra omnes ad sui libitum. Et ideo statutum est, vt prius aliquid præcedat, quod iudicem ad proceden dum inducat, & quodammodo ex necessitate officij sui impellat, puta fama, vel clamor, vel quærela partis, vel denunciatio officialis. Et hæc procedunt de plano in casibus in quibus prẹcedit diffamatio rei decrimine pro quo iudex contra eum procedere intendit, prout colligi videtur ex verbis cap. qualiter & quando de accusationib.

3. Sed pone, quòd sumus in casu delicti commissi, de quo non est contra aliquem porrecta quærela, vel denuntiatio, vel aliter aperta via iudici ad specialiter inquirendum, diç quòd tunc iudex statim ex officio inquirit, generaliter interrogando testes quos putat de negocio informatos in genere, an sciant quis delictum commiserit neminem nominando. Et si dicant se nescire, tunc interrogare debet eos super diffamatione etiam neminem nominãdo, sed in genere interrogando contra quem illius delicti fama laboret. Et si ex eorum dictis resultet probatio famæ contra aliquem, tunc specialiter contra eum inquirere debet, & ad vlteriora contra eum procedere. Tunc enim illa inquisitio

sitio generalis trãsit in specialem. Nam eo casu, nominatio criminosi aperit viam iudici ad inquirẽdum contra illum nominatum, id est, ad alias informationes contra eum assumendas. Et incohabit inquisitionem persequentem præuentionem, quam supra diximus tanquam fundamentum totius inquisitionis necessariam esse.

Forma præuentionis sequens est. *Ad auditum fisci procuratoris Regiæ curiæ, vel si est curia ordinarij debes dicere Vicarij, vel Baiuli fama publica referente, & aliás peruenit, quod. N. & . N. Deũ nõ timentes, nec regiã correctionẽ nõ dubitarũt, diebus elapsis, videlicet die Mercurij qua cõputabatur. 17. Februarij. anni præsentis. 1603. vna cum alijs ingredi domũ Ioãnis N. præsentis Ciuitatis sitam in vico. t. & à dicta domo furto substrahere plures vestes, & alia furta, crimina, & delicta vna cum alijs suis socijs commisserunt, & perpetrarunt, ideoq; instante fisci procuratore Regiæ curiæ, fuit processum ad inquirendũ de prædictis, in modũ sequentẽ.*

Vt. N.

Et facta hac præuentione, incohatoq; processu per viã inquisitionis, in modum præcedentem, sequitur, quòd testes superdicta præuentione recipiantur seruatis his quæ in sequẽti. §. proponũtur.

§, 2. De testibus in offensam recipiendis.

1. *TEstes in offensam recipiendi sunt in iudicis præsentia. Fallit in vno casu. vt ibi.*
2. *Iudex debet exigere à testibus iuramentum in initio depositionis, vide ibi formam.*
3. *Testium attestationes recipiendæ sunt per scribas mandati, vel eorum substitutos habiles & sufficientes, & in curijs ordinariorũ per notarios examinatos & approbatos.*
4. *Notarius in criminalibus debet esse ætatis. 25. annorum completorum.*
5. *Testes qui in offensam reorum recipiuntur debent esse cogniti per iudicem vel alium hominẽ bonæ famæ & opinionis.*
6. *Testes qui in reorum defensionem recipiuntur, debẽt eorum depositiones manu propria subscribere, & si scribere nesciunt manu alterius.*
7. *Testes in offensam siue masculi, siuæ fæminæ sint debent esse ætatis quatuordecim annorum.*
8. *Testium dicta siue ad offensam, siue ad defensam tendant debent sub pœna falsi, & priuationis officij per scribam continuari.*

Iudex

9. *Iudex inquirendo ex officio nõ debet recipere interrogatoria ab ipso reo inquisito ad interrogandos testes qui in offensam recipiuntur.*
10. *Frater in testem contra fratrem in criminalibus non est admittendus.*
11. *Personæ quæ inuitæ ad ferendum testimonium non coguntur, limita vt ibi.*
12. *Mulieres prægnãtes an cogi possint ad testificandum in criminalibus.*
13. *Testes interrogandi sunt secũdum iuris ordinẽ, & sic interrogati, veritatem dicere debent.*
14. *Iudex quando dicatur interrogare secũdum iuris ordinẽ. & quid in socio cõtra consotium.*
15. *Testis interrogatus non secundum iuris ordinem non tenetur iudici obedire.*
16. *Testes interrogari debent de omnibus totius negocij circumstantijs.*

POstea iudex procedere debet ad receptionem testium in quorum receptione duodecim potissimum obseruare debet, & sunt quæ sequuntur.

1. Primũ est, quòd ipsi testes coram eo examinentur. l. 3. §. diuus. ff. de testib. & in. l. solam. C. de testib. ibi in glo. alia quoque est glo. in. l. iubem⁹. 1. C. de libera. cau. & ꝓbatur in quãplurib⁹ alijs iurib⁹ de quibus videndus est Paz. in sua praxi. tom. 1. part. 1. in 8. temp. nu. 98. auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrumen. vbi patet, in criminalibus testes apud iudices representandos esse. Et ratio est, quia probatio eisdem iudicibus fieri debet, & non notarijs. vt habetur in. l. quinquaginta. ff. de pro ba. & in. l. si quando. C. de testib. De hac re vide Couarru. lib. 2. varia. cap. 13. num. 10. Dum enim fit sermo cum ipso iudice, nullus magis quàm ipse scire poterit quanta sit testibus fides adhibenda. Et ideo cum res hæc sit tanti momẽti, nullatenus debet à iudicibus prætermitti; immo oportet, iudices per se ipsos testes examinare, quod & pro generali regula tradit Bald. in cap. si quis testium. extra. de testib. & latissime prosequitur Couarr. vbi supra. Et ita nos in Regio concilio practicare solemus. Sed hoc fallit, quando aliqui testes recipiendi essent extra locum in quo Regium concilium residet in causis regaliæ., vel euocationis causæ ad Regium concilium: quia illi testes extra dictũ locum residentes possunt inquirẽdo recipi per aliquem Algutzirium, seu Commissarium Regiæ curiæ habentem memoriale regaliæ, seu litteras euocationis causę: & hoc iure vtimur. Et huius limitationis ratio esse potest, quòd regalia fit in personam Regis. Ergo potest Rex, & quilibet Princeps siue secularis, siue ecclesiasticus in causis criminalibus receptionem testium alteri committere,

re. Et hæc est communis opinio, vt testatur Nunius de los Corregidores. fol. 211. versi. Decimo fallit. & Iul. Clar. q. 26. versi. vnum scias. in practi. Verum quamuis testes in longinquis partibus essent, & eo casu eorum examina committi possent dictis Alguasirijs & Commissarijs vt dictum est, si tamen sub esset aliqua causa propter quam iudex velit testem videre & examinare, non attēditur distantia loci, neque committitur alteri eius examen, sed citatur vt veniat personaliter ad deponendum. Et ita apud nos seruatur, seruariq; ait Caraui. super ritu. 87. magnæ curię. nu. 5. Idem Iul. Clar. in practi. q. 26. in prin. circa fi.

2. Secundo, quòd in initio examinationis testium, iudex exigat ab ipsis testibus iuramētum sub hac forma, quod testis manu dextera cruci vel Dei Euangelijs super posita iurat coram iudice per Deū, & crucem ipsam, & per santa quatuor Dei Euāgelia, quòd dicet veritatem, de his quæ sciet, & fuerit interrogatus. Vide huius iuramēti formam in auth. sed iudex. iuncta glo. & in. l. præsbyteri. C. de episcopis & cleri. & apud Siman. de catholi. institutio. cap. 64. nu. 8. Et præstito iuramento in supra dicta forma, debent testes ab ipso iudice admoneri, quòd veritatem attestētur. Et pro hoc curabit ipse iudex illos secrete, & sigillatim, & ad inuicem separatos examinare, ita vt si fieri possit, neuter sciat quòd alter deponat; quòd maxime á Doctoribus commendatur, & præcipue quando aliqua suboriretur subornationis suspicio; quo quidem casu, maximopere curandum esset ne vnus alterius depositionem intelligeret, nec quód testis iam examinatus cum ceteris vllo modo loquatur.

3. Tertio, quòd dictorum testiū depositiones in Regia curia recipiantur, & continuentur per scribas mandati, vel eorum substitutos notarios habiles & sufficiētes iuxta dispositionem tex. in constitutio. 39. Regis Ferdi. 2. in secūda curia Barcinone anni. 1493. collocata sub titu. de notaris. cap. 6. In alijs vero curijs ordinariorū per notarios examinatos & approbatos iuxta tex. in constitu. 12. Regis Philippi in curia Barcinone anni. 1564. nunc collocata sub titu. de examen de Aduocats. cap. 10.

4. Quarto, quòd notarius qui illos recipit sit ætatis. 25. annorum completorum, iuxta dictam constitutionem. 12. dicti Regis Philippi.

5. Quinto, quòd dicti testes sint cogniti per iudicem, vel per aliquem alium hominem bonæ famę, & opinionis iuxta cap. curiæ. 13. curiarū Barcinonæ anni. 1599. & ita ex tunc solent iudices Regiæ curiæ in receptione testium

sic

sic facere scribere Ioānes. t. testis cognitus à Petro. t. vel à nobili. t.

6. Sexto, quòd postquã receptæ fuerint eorũ depositiones ipsimet testes illas manu propria si scribere sciunt firmẽt, & subscribant, & si scribere nesciũt manu alterius: & in vtroq; casu scilicet siue firmet ipse, vel alius dictã depositionẽ semper ipsa eidẽ testi legenda est. ita probatur in cod. cap. 13. in actis curiæ Barcinonæ anni. 1599.

7. Septimo, quòd minores quatuordecim annis tã masculi quàm fæminæ nõ recipiãtur in testes cũ iuramẽto; cũ illis prohibeatur, ne donec dictã ætatẽ cõpleuerint testimoniũ ferant, vt expresse in vsatico. Negun hom. sub titu. de testimonis. Bene verũ est, quòd iudex potest illos sine iuramẽto examinare ad informãdũ animũ suũ. Et ita debet cõtinuari p scribã causæ hoc est, quòd dicat. N. ætatis 12. annorũ testis deponẽs sine iuramẽto ad ĩformãdũ animũ iudicis &c.

8. Octauo, quòd p scribam causæ sub pœna falsi, & priuationis officij dictorũ testiũ attestationes scribãt, & cõtinuẽt siue tẽdant ad offẽsam, siue ad defensionẽ. vt in cap. 15. in actis curiæ anni. 1599.

9. Nono, animaduertere etiã debet iudex, ne inquirẽdo ex officio recipiat interrogatoria ab ipso reo inquisito ad interrogãdos testes qui ĩ offensã recipiunt. Nã interrogatoria ab ipso reo inquisito non sunt testibus danda qui ad informationẽ curiæ recipiunt parte absente, ideo quòd reus nõ est admittẽdus ad aliquid faciẽdum nisi psonaliter cõpareat. attestatẽ Iul. Clar. in practi. q. 23. versi. Itẽ quæro. Quod etiam obtinet locũ post litẽ cõtestatã; quamuis de iure cõmuni forte posset dici cõtrariũ p tex. in. l. si postulauerit. § quæstioni. ff. ad leg. Iul. de adul. Sed de cõsuetudine cõtrariũ seruat, & etiã in Regio cõcilio, scilicet, quòd nõ dant interrogatoria p inquisitum etiam post litẽ cõtestatam. Atque ita etiã seruari de stylo omniũ curiarum attestatur Foller. in pract. crimi. fol 252. num. 32.

10. Decimo, quòd caueat in causis criminalib⁹ ne admittat fratrẽ cõtra fratrẽ: quia is in causa criminali cõtra fratrẽ testificari non cogit; & hoc est apud omnes in dubitatũ. vt dicit Alberi. de testib. ĩ. 2. parte. in princi. nu. 1. vbi etiã post nu. 3. dicit, hanc esse cõmunem sententiam. Neque etiam cõpellendi sunt clerici. vide Iul. Clar. ĩ prac. q. 24. versi. Scias tamen.

11. Debes tamẽ scire, quòd alię sũt psonæ quæ inuitæ ad testimoniũ ferendũ nõ cogunt & enumerant, in. l. Iulia. ff. de testib. vt gener aduersus socrũ, & è cõtra priuign⁹ ad uersus vitricũ, & è cõuerso agnati aduersus agnatos, affines aduers⁹ affines, collaterales vsq; ad tertiũ gradum, liberi cõtra patronos & eorũ liberos, & é cõuerso vxor cõtra virũ. Iste enim personę nõ pos-

sunt per iudicē cogi, vt se examinari sinãt. Sed hæc existimo non obtinere verũ, quãdo aliter veritas haberi nõ potest: eo enim casu priuilegiati possunt cogi ad testimoniũ perhibendũ. secundũ Specul in tit. de testib. versi. Nũquid frater. Foller. in prac. crimi. part. 2. Rubr. capiat informationē. nu. 40. & Iul. Clar. in prac. cri. q. 24. versi. Scias tamē. Quod sine dubio procedit de iure canonico, vt in cap. 1. & in cap. peruenit. ext. de testib. cogen. secundũ Alberi. in. l. inuiti. de testi & est decisio capel. Tolosa. sub nu. 354. Debet tamen iudex iuxta Clari. sententiã. in dicto versi. Scias tamē. quantũ fieri potest abstinere, ab examinandis testibus qui de iure cõtra reũ non possunt cõpelli ad testificandũ. Et vbi occurreret casus, quòd veritas aliter haberi non posset, & delictum esset atrox posset cõsulere Principem: prout ita factũ fuisse attestatur in causa quorundã fratrũ imputatorũ de quodã incendio in qua inquit, senatũ Mediolani permisisse, quòd contra ipsos examinaretur eorũ mater, & quòd super eius dicto ambo fuerunt capti, & interrogati, & cũ fuissẽt cõfessi delictum fuerunt suspensi.

12. Et quia modernus iudex posset dubitare quomodo se habere debeat erga mulieres pregnãtes respõdentes se non teneri ad testificandũ in criminalibus, circa hæc sciat, quòd quãuis Bal. & Florian. in dict. l. inuiti. ff. de testib. attestẽtur, pregnantẽ mulierẽ nõ esse cogendã ad testificandũ. pro quibus facit tex. in. l. 2. § si vero propter. ff. si quis cautionib. illud tamen intelligendũ est, quoad mulieris prę gnantis cõparitionẽ: scilicet quòd nõ est cõpellenda mulier prẽgnãs personaliter in iudicio cõparere. iuxta Bar. in dicto. §. si vero propter. sed iudex dẽbet mittere actuariũ, vt iuret & deponat per. l. ad egregias. ff. de iure iurã. Et adhuc hoc sublimitatur in casu, in quo iter non sit longũ, & non sit periculũ: quia quãdo iter non est longũ, neque est periculũ tenentur mulieres prægnãtes venire ad testificãdũ. per Foller. in practi. par. 2. Rubri. capiat informationẽ. n. 40. ĩ fi.

13. Vndecimo curare debet iudex quôd quãdo testes interrogat, illos interroget secũdum iuris ordinẽ; vt sic interrogati palam veritatem dicere teneantur; quam dicere tenẽtur non solũ in foro fori, verũ etiã in foro cõscientiæ. ꝓbatur, ex D. Tho. 2. 2. q. 70. arti. 1. vbi expresse resoluit, quòd quãdo requiritur testimoniũ alicuius subditi authoritate superioris cui in ijs quę ad iustitiã pertinẽt obedire tenetur, nõ est dubiũ quin teneatur testimoniũ ferre in ijs in quibus secũdũ ordinẽ iuris testimonium ab eo exigitur puta in manifestis, & in ijs de quibus infamia præcessit. Et nedum ipse testis interrogatus legitime & iuridice tenetur

tur dicere veritatẽ, sed etiam reus accusatus interrogatus secundũ iuris ordinẽ eandẽ iudici exponere debet, & nolẽtes illã confiteri, vel eã mẽdaciter negãt mortaliter peccant, tanquã contra debitũ iustitiæ venientes. c. quisquis. 11. q. 3. vbi habetur, quòd qui veritatẽ occultat, & qui mendaciũ prodit vterq; reus est. Vnusquisque enim tenetur obedire maioribus iusta præcipiẽtib⁹. quia vt inquit Paul. ad Romanos. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nec enim est potestas nisi a Deo, quæ autẽ à Deo sunt, ordinata sunt, & qui potestati resistit Dei ordinationi resistit. Vnde palã fit, iudicẽ interrogando secundũ iuris ordinẽ iusta præcipere, & consequenter testẽ teneri veritatem dicere. Vide Tho. in loco citato. & in. q. 69. arti. 1. in eod. volu.

14 Et dicitur iudex interrogare legitime, & iuridice, ac secundũ iuris ordinem, quãdo interrogat de manifestis, vel de his quorũ præcessit infamia. vt per Tho. vbi supra. In quibus certum est, quòd cũ tã reus, quàm testis teneãtur dicere veritatẽ, vt dictũ est, bene sequitur, quòd eã negando peccãt mortaliter, non solũ contra charitatẽ, verũ etiã & cõtra iustitiã ita, quòd tenẽtur ad restitutionẽ cuiuslibet dãni, inde sub secuti. ita Ludo. de Miran. in ordi. iudici. q. 22. arti. 1. cõclu. 1. Quod eadẽ ratione locũ obtinet in eo qui sciẽs aliquã rem dolo vel fraude se subducit, ne intestẽ vocetur à iudice: quia si eius testimoniũ necessariũ est ꝓximo ita vt in eo tota ipsius iustitia cõsistat, præterquã quòd mortaliter peccat, contra charitatẽ peccat, & facit etiã contra iustitiã, & tenetur ad restitutionẽ de dãnis inde subsecutis; quia nẽpe in hoc proximo suo cõtra iustitiã dãnũ infert, quæ iustitia si læsa est restitutionẽ postulat. Et secus esset, si neque vocatus, neque interrogat⁹ taceat quis ea quæ necessaria sunt proximo, etiã ad liberandũ ipsum ab iniusta morte, seu ab aliqua pœna infamiæ, vel quouis aliquo nocumẽto, tunc enim quamuis delinquat & grauiter, non tamẽ obnoxius erit restitutioni: quia in eo nõ facit cõtra iustitiã, sed tantũ contra charitatẽ. Vide de his Sot. lib. 5. de iustitia & iure. q. 7. arti. 1. & de secre. mẽbro. 2. q. 7. dubio. 3. & Ludo. de Miran dict. q. 22. arti. 1. conclu. 1.

Et nõ solũ prædicta vera sunt in quocũq; teste à iudice iuridice interrogato, verũ etiã in socio criminis, qui contra consocium intestem recipitur, qui etiam interrogatus secundum iuris ordinem & testimonium ferre, ac in eo veritatem dicere tenetur. Dicuntur autẽ socij criminis interrogari secũdũ iuris ordinẽ duobus præcipue cõcurrentibus. Primum est, quòd interrogentur in casibus à iure

expreſsis, ideſt, in criminibus exceptis, vt ſunt crimina hæreſis, læſę Mageſtatis, latrocinij, falſę monetæ, & alia per quæ Reipublicæ pax perturbatur, & bonum publicum læditur. de quibus fit mẽtio in. l. fi. in glo. fi. C. de accuſatio. de quibus dixi in meis deciſionibus criminalibus cap. 5. & dicã infra latius in. § 5. Secundũ eſt, quòd dicta interrogatio in dictis caſibus fiat generatim, & non nominatim an ſit illi, aut illi, cũ cõtra aliquos in indiuiduo non extet aliqua infamia, ſed an ſint aliqui. Et ſi reſpondeat, quòd fuerũt aliqui, tunc iudex poteſt & debet illũ interrogare quòd manifeſtet, & nominet illos. Et tũc ita iuridice interrogatus tenetur deponere & veritatẽ dicere.

Et adeò teſtes interrogati ſecũdũ iuris ordinem tenẽtur teſtimonium ferre & veritatẽ dicere, quòd licet velint ſe excuſare dicendo, ipſos verbo & iuramento promiſiſſe non reuelare, & ſecretũ obſeruaturos, nihilominus ſi à iudice legitime & iuridice interrogantur, non obſtante promiſsione & iuramento tenendi ſecretum, debent ac tenentur deponere & veritatẽ dicere. Nam cum iudex iuſte & legitime interrogat teſtem cum ius habeat illum interrogandi, iure etiam tenetur & compellitur ipſe teſtis teſtimonium ferre, & veritatem propalare. Neque illud facere erit contra fidelitatem, vel cõtra iuramentum: quia nullum actum infidelitatis committit; etiã ſi tradita ſibi fuerint ſub iuramento: ex tali enim ſecreti commiſſo, & ex tali iuramento, nulla naſcitur ſeu naſci poteſt obligatio tenendi illa ſecreto: quia eſſet contra aliud ius, & contra aliud debitum, & ius iuri præiudicare non debet. Non enim fides ſecreti & iuramentum vim habent obligandi contra ius, aut præiudicium poſſunt parare iudici, quo minus poſsit compellere ſibi ſubditos ad ferendum & præſtandum tale teſtimonium, cum id fuerit neceſſarium, & ſecundum ius & via atque ratione à iure præſcripta petitum. Sed cum quis reuelat illud, quod reuelare non tenetur cum promiſſerit verbo, vel iuramento ſe obſeruaturum ſecreto, & à iudice non compellitur, peccat mortaliter contra virtutem fidelitatis, & committit actum vitij fraudulentiæ, ſiue infidelitatis, quod eſt contrá ius naturale. Vide Thom. 2. 2. q. 70. arti. 1. per totum.

E cõtrario nũc dicamus, quòd ſi iudex interrogat teſtẽ non iuridice, neque ſeruato iuris ordine, puta quia interrogat de occultis abſq; eo quòd præcedat infamia, vel non præcedentibus indicijs cõtra Petrum, vel Ioãnem, vel in criminibus exceptis non interrogando generatim ſocios contra cõſocios

cios, non tenetur testis in his casibus iudici obedire, aut super ea re testimonium ferre. probat hoc S. Thom. in dicta. 2. 2. q. 70. arti. 1. Sequitur idem. Ludoui. de Mirã. in ordine iudiciario. q. 22. articu. 1. conclusione. 2. vbi ad hoc probandum vtitur hac ratione, quia vnusquisque tenetur consulere bono, & famæ sui proximi eius crimina celando, quando iure non compellitur ad faciendum cõtrarium; sed quandiu crimina sunt occulta, & nulla de eis præcesit infamia, nullo iure quis à iudice cõpellitur, nec compelli potest, vt super ea re testimoniũ ferat. Atq, ita in tali casu, null⁹ tenetur veritatẽ dicere, nec iudici obedire.

Sed quęro hic, quomodo se habebit testis si ignorat an ipse iuridice per iudicẽ interrrogetur, an stante in dicta ignorãtia teneatur illi obedire? Respõdeo distinguẽdo, ꝙ aut testis est in dubio an ipse interrogetur secũdũ iuris ordinẽ, aut sub est illi iusta & legitima causa dubitandi iuste ne interroget iudex, et primo casu, quando est in dubio, dico testẽ teneri iudici obedire ferẽdo testimoniũ, & veritatẽ dicẽdo: quia pro iudice & illius iustitia in dubio præsumendũ est. In secũdo vero casu, quãdo adest aliqua iusta causa dubitandi dico, quòd testis hoc modo dubitãs nõ tenetur testimoniũ ferre aduersus reũ, immo celare tenetur eius crimẽ quãuis sit eiusdẽ conscius. Et est ratio, quia quando iudex requirit à subdito medio iuramẽto aliquod secretũ, & dubitat subditus ex tante illi iusta & probabili causa dubitandi iuste ne an iniuste interrogetur, inclinare debet subditus in eã partẽ, vbi minus est periculi. Si quidẽ in non obediẽdo minus est periculi, cũ maius periculũ sit, quòd reus puniatur iniuste, & cõtra ius, quàm quòd in tali casu iudici non obediatur. His facit tex. in. l. semper in dubijs. & in l. semper in obscuris. ff. de regul. iu. quib⁹ cauetur, in dubijs benignio ra & quæ minima sunt esse præferenda. In dubijs enim semper tutior pars eligẽda est, & dicitur tutior pars illa in qua minus est periculi. Vide hæc omnia erudite tradita ac doctè explicata per Ludo. de Miran. in ordine iudici. q. 22. arti. 3 cõclu. 2. & ante eũ per Domini. de Soto. de secreto. mẽbro. 3. q. 2. vbi plura ad hoc propositum dicit notatu dignissima. Nec ideo existimes necessum esse quòd iudices manifestent testibus quo iure eos interrogent, ad hoc vt ipsi teneantur illis obedire: quia hoc vergeret in graue damnum totius gubernationis & Reipublicæ. Sed poterit testis quando adest aliqua iusta dubitandi causa (an scilicet iudex procedat secundum iuris ordinem, & periculum graue immineret alicuius tertiæ

perſonæ)exigere à iudicè ſui præcepti rationem, humiliter rationes illi proponendo, quas habet dubitãdi. vide de his late Sotum. dicto membro.3.de ſecreto.q.2.

A prædictis tamen excipiẽdus eſt caſus,quando crimina de quibus fit inquiſitio ſunt eius conditionis quòd vergunt in perniciem publicam,vt hęreſis,crimen læſæ mageſtatis, proditio Ciuitatis & alia his ſimilia &eius generis:quia in his, quamuis teſtis dubitet an ipſe à iudice interrogetur ſecundum iuris ordinem & habeat probabiles cauſas dubitandi, tenetur iudici parere,& teſtimonium ferre.Et ratio eſt eadem quam ſupra adduxi nempe, quòd in re dubia illa pars eligenda eſt, vbi minus eſt periculi. Et quidem minus periculi eſt, quód priuata perſona forſan iniuſte occidatur, quàm quòd tota Reſpublica graue aliquod patiatur damnum.

16. Duo decimo expeditiſsimũ iudico, quòd cum iudex(vt tenetur per ſe ipſum)teſtes examinauerit, eoſdem interroget de omnibus totius negocij circunſtantijs, & qualitatibus,nempe quo loco tale delictum fuerit commiſſum, quibus aſtantibus,quo tempore,mane,an ſero,die,an nocte, quòd ſi nocte, an fuerit luna eo tempore,vel forſan fuerit lucerna, qua teſtis hoc, aut illud videre atque diſcernere potuerit. Præterea nimium oportet, iudices inquirere & experiri, an teſtes concordent in perſona, loco, & tempore, & reliquis circunſtantijs, & an rationem reddant eorum quæ dicuntur ab ipſis, aliter enim non concludunt. vt teſtatur glo. in.l. ſi cum exceptione.ff.quod met.cau. Nam ſpeciale eſt in cauſis criminalibus, vt teneantur teſtes etiam non interrogati reddere cauſam ſcientiæ aliàs non probant neque faciunt indicium. ita dixit Innocẽ. in cap. cum cauſam. de teſtib. quem omnes Doctores ſequũtur teſte Marſil. conſil. 50. num. 10. Et hæc eſt communis opinio, vt ait Bald. in conſil. 182. num. 2. lib. 4. Tandem oportet etiam teſtes interrogari qua veſte erat induta perſona contra quam vel pro qua teſtificatur. Et ſi aliquod eſt patratum homicidium inquirere oportet,quibus armis, quibus auxilijs, & cetera his ſimilia,quod tunc vel maxime conuenit, quando teſtis qui ſuper re aliqua teſtificatur nõ fuerit multum fide dignus ; aut multum probatæ opinionis,vt inde experiri poſsit iudex an teſtes vacillent,ſint leues,aut diſcordes, atque vt ex ipſorum verbis eos ipſe iudex capere poſsit. vt feciſſe legitur Daniel. cap. 13. contra iniquos ſenes falſum contra Suſannam teſtificantes. Ex quibus aperte deducitur, iudices in examinatione teſtium debere eſſe dili-

diligẽtiſsimos. vt habetur etiam. Deuteronom. cap. 19. vbi dicitur. iudices teneri diligentiſsime præ ſcrutari, an teſtes falſum dicant. His facit quod Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias ſcripſit, oportere iudicantem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere. habetur in. c. iudicã tem. 3. q. 5.

§. 3. De prouidenda captura reorum.

1. *Captura reorũ, indicijs & præſumptionibus, quantum cũque leuibus prouideri poteſt.*
2. *Captura an contra aliquem prouidenda ſit, relinquitur iudicis arbitrio. Et qualiter ſit dictum arbitrium regulãdum vide ibi.*
3. *Indicia & ſuſpitiones quæ præcedere debeant ad capturam ſunt inſcriptis redigenda, exceptis tribus caſibus vt ibi.*
4. *Captura ex ſola partis quærela non eſt contra aliquem etiam quòd ſit vilis perſona decernenda, fallit in vno caſu. vt ibi.*
5. *Capturæ prouidendæ forma.*
6. *Captura an prouideri poſsit contra mulieres, doctores, & clericos. Reſponde cum Iulio Claro in. q. 28. verſi. Quæro igitur. in practi.*
7. *Clerici an à iudice ſeculari capi poſſint.*
8. *Delinquentes capi poſſunt de mandato.*
9. *Alguazirij & alij officiales capere poſſunt in fragranti crimine.*
10. *Priuata perſona capere poteſt delinquẽtem, quãdo delictum vergit in perniciem Reipublicæ, & reperitur in fragranti crimine.*
11. *Reus captus non eſt in carcere obſcuro conſtituendus.*
2. *Iudex non debet iudicare ad capturam eum qui non ſit ſibi ſubditus.*
13. *Confugiens ad Eccleſiam non eſt ibi interim quòd cauſa deciditur inter iudicem eccleſiaſticum, & ſecularem, an immunitate gaudere debeat vinculis conſtringendus.*
14. *Reus qui ſe occultat, & capi non poteſt inſtante fiſci procuratore poteſt ad fines banni citari.*

Receptis teſtibus in reorum offẽſionẽ, ſi ex eorum depoſitionibus reſultant merita ſuficientia ad capturam, debet eam iudex in continenti prouidere.

Et intelligo merita ſufficien-
1. tia, quando præcedunt indicia, quantumcunque leuia ſint: quia ad capturam quodlibet leue indicium, & quælibet leuis præſumptio ſufficiens eſt. ita Ioan. Marc. Monticel. in practi. crimi. regu. 12. num. 3. vbi inquit, quòd antequam ad capturam deueniatur, requiritur, vt ſubſint aliqua indicia; licet leuia, ibique alios adducit concordantes, vbi etiam teſtatur hanc eſſe communem opinionem, de qua per bona Coſa.

in commu.opinionib.par. 2. pag. 8.atergo.col.1. versi.2.incipienti captura. Bossi.in titu. de captura nu. 1. &. 2. vbi dixit,ex leui causa iudicem posse aliquem detinere.

2. Sunt & alij qui tenuerunt solã suspicionem & solam diffamationem sufficere ad capturam;quos latè refert Prosper. Farinace. de carcerib. & carcera. q. 27. num. 118. & 119. vsque ad num. 123. ad quem breuitatis causa te remitto. Sed quid quid sit, credo verius, quòd an deueniendum sit ad capturam, & quãdo,& quibus indicijs,aut informationibus : præcedentibus,esse iudicis arbitrio relinquendum, vt est expressus tex. & capitalis in. l. 1. C. de custo. & exhibitio. reor. cuius text verba hæc sunt. *De custodia reorum pro consulem existimare debere vtrum in carcerẽ recipienda sit persona, an militi tradenda,vel fideiussoribus cõmittenda,vel etiã sibi.Hoc autem vel pro criminis quod ob ijcitur qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocẽtia personæ,vel pro dignitate eius qui accusatur facere solet.* Hanc regulam plures sentiunt,quam sequitur Clar.in practi. §.fi. q. 28. versi.Scias autem. vbi pariter varijs opinionibus relatis cõcludit, quòd hæc materia capturæ est quasi iudici arbitraria, qui propterea poterit inspecta qualitate personæ, & delicti,decernere capturam reorum,& eandem sequitur Farinace.de carceribus & carcerat.dicta.q.27.num.126. Bonacos.in communib.opinionib. par. 1.pag.6. versi. Captura ad hoc vt committatur.& ante fuit de mente Parid.de Put.in tracta.sindicat. in verbo captura.cap.1.incipiente an iudex.num.12.

Sed ne tibi persuadeas hoc arbitriũ debere esse ita liberum, vt non debeat iudex illum regulare secundum leges, vel Doctorum considerationes.Non enim debet esse ita liberum,vt cogites iudicẽ posse aliquem facere de facto, & ex abrupto, atque ex propria seruice capere:quia curare debet, vt antequam deueniat ad capturam, vel præcedant indicia,vel saltem qualis qualis informatio. vt ita sẽtit Farinace. in loco citato. num. 123.& hanc dicit esse communem opinionem Blan.de indicijs.num. 6. & eam putat esse veriorem Iul. Clar. in practi. dicta. q. 28. versi. Scias autem. circa mediũ. & Bossi.in tit. de captura.num.3. & hãc fatetur esse communem practicã & iuridicam Xuarez in suo volumine allegatio.fol.685.nu.5.Quare habita ea informatione quæ iudici sufficiens videbitur, poterit tunc iudex arbitrari inspecta qualitate personæ,& delicti,an sit decernenda contra reum captura. Nam aliter procedendum est contra nobilẽ, & contra diuitẽ qui nõ præsumitur velle aufegere, quàm

contra

contra pauperem,& vilem personam: & ideo fortiora indicia debent haberi ad carcerandum personam nobilem & insignẽ, quàm pauperem, & aliter etiam procedendum est, in delictis occultis, quàm in publicis: quia minora indicia sufficiunt ad decernendum capturã in crimine occulto, quàm in publico. De his omnibus videndus est Paz in sua practica. tom.1. part.5.cap.3 §.2.per totum.& Antonius Gomez.tomo.3. vari. cap. 9.num.8.

3. Tamen scire nos oportet, quòd hæc informatio quæ præcedere debet, vt iudex capturam arbitretur non debet esse extraiudicialis inscriptis non redacta, siue simus inquocunq; delicto, siue graui, siue enormi, & contra qualcunque personas, siue nobiles, siue etiam viles,& pauperes, sed semper indicia præcedentia præsumptiones, seu suspitiones, aut leues, aut graues debent inscriptis redigi,& esse in actis, & apud acta, exceptis tamẽ tribus casibus, in quibus ex sola informatione extra iudiciali solent sæpius iudices concedere mandata de capiendo. Primus est, quando delictũ est graue & enorme, secundus est, quando imputatus suspectus est de fuga, & sic sit periculum quòd fugiat, eo interim quòd recipiuntur in actis informationes. Tertio, quando iudex est securus quòd post capturam factam venient testes ad se examinandum, hoc enim casu, nõ erit inconueniens dicere, quòd bene poterit iudex capi facere reum suspectum de fuga ex sola extra iudiciali informatione. prout recte aduertit Clar.in practi. dicta. q.28.versi.Scias autẽ. per Salice. in.l.2.num.2.C.de custod.reor. dicentẽ, quòd ex informatione habita à iudice à pluribus personis nõ in figura iudicij poterit idem iudex deuenire ad capturam. Vide de his late Prosper. Farinac. de carcerib.& carcerat. q. 27. num. 125.& num.130.&.131.

4. Animaduertere tamen debent iudices ne ex sola quærela partis decernant contra quærelatum capturam, etiam quòd sit vilis persona: quia porrecta accusatione, & quærela, statim absque alia informatione iudex deberet capi facere reum accusatum, esset in facultate cuiuscunq; vilis personæ carcerari facere quemlibet probum,& insignem virum. ita probat Foller. in practi. crimi. versi. Studeat se ornare.num.58. vbi monet iudices, vt non sint faciles ad capturam eorum qui per accusatores deferuntur, sed conẽtur summatim inuestigare an vera sint ea quæ delata fuerunt, & an factum ita se habeat prout in accusatione & quærela dictum est,& an crimẽ sit cõmissum ab accusato, vel saltem sit suspitio. Verum hanc do-

ctrinam vno tantum casu limitari posse arbitratus sũ; scilicet, quòd posit quis ex sola quærela partis carcerari, quando ipse accusans seu quærelans probat summariè quærelatum esse suspectum de fuga, præstetq; cautionem, seu si dues sit se obligauerit de reficiendo expensas, damna, & interesse in casu non verificatæ quærelæ. At non præstita tali cautione seu obligatione, reoq; non existente suspecto de fuga, capturas concedere ex sola partis quærela, & periculosum est, & cõtra omnem iuris æquitatem.

Ex quibus omnibus deducitur, quòd regulariter præcedentibus indicijs vel aliquali informatione, iudex arbitrari debet, an deuenie dum sit ad capturam, & quando, & si per depositiones testium vel aliqua alia præcedente informatione resultant indicia vel merita sufficientia ad decernendum capturam, iudex tunc eam prouidere debet sub forma sequenti.

12. *Februa.* 1603. *Visa inquisitione & illius meritis attenttis prouidet, quòd. N. capiatur & carceribus regijs mancipetur.*

Attamen, quando hæc prouisio facienda est contra Regium officialem, obseruat Regium concilium, ne fiat nisi prius lecto processu, & facto verbo in eodem Regio concilio. Atque ita iudex in dicto casu sic prouisionem faciet.

5. 12. *Februa.* 1603. *Facto verbo in Regio concilio ac lecto processu prouidet, quòd. N. baiulus loci. t. capiatur & regijs carceribus mancipetur.*

6. Sed solet dubitari per cap. mulieres. de iudicijs in. 6. an hæc prouisio de capiatur fieri, & exequi posit contra mulieres: cum in eo tex. expresse caueatur eas nõ posse personaliter detineri. & dicit Iul. Clar. in practi. cap. 28. versic. Quæro igitur. esse communẽ opinionem per Boer. in repetitione. l. cõsentaneum. num. 144. C. quomodo & quan. iudex. Sed intellige hoc procedere in mulieribus honestis, secus autem in meritricibus, & vilibus. Hodie tamen, quid quid sit de iure, de consuetudine contrarium seruatur: quia indistincte mulieres capiũtur pro delictis & carcerantur, sed ponũtur in carceribus separatis à carceribus virorum. Et ita seruatur apud nos, attestaturq; de communi consuetudine Imo. in cap. 2. num. 16. de pignorib. quem refert Maria. de citationib. arti. 5. q. 17. versi. 16: & Gram. decisio. 33. num. 11. Idem attestatur Blan. in practi. crimi. fol. 4. num. 27. Aduerte tamen, iudicẽ in hoc debere esse valde circunspectum, quia si mulier sit nobilis vel honestæ conditionis non debet illam cum de decore ad se cõduci facere, neque statim in carcerem conijcere, sed poterit ei

dare

dare domum alicuius nobilis, & honestæ matronæ sub idonea fide iussione: & vidi, cum quadam mu liere nobili fuisse ita in Regio cõcilio practicatum: quia delictum illius non erat atrox. Atque ita ve ra est hæc doctrina, nisi delictum sit atrox, nam eo casu mulier in carcerem detrudenda est, vel in monasterium, vel in prætorio in aliquo cubiculo sub honesta custodia, & fideiussione retinenda ar bitrio iudicis, inspecta qualitate delicti & personæ. In hoc tamen Principatu, si delictum est tale, propter quod reus non solet relaxari fideiussori, mulieres carcerãtur, sicut viri carcerari solent: & ita semper obseruari vidi.

7. Eadem etiam dubitatio fieri potest, quando clericus pro delictis venit capiendus, an scilicet, à iudice seculari capi & detineri possit. Not. pro hoc regulam, quòd clerici non possunt à iudicibus laicis detineri, nisi in casibus quibus ab eis puniri possunt quorum plures recensẽt Aufrer. in tracta. de potesta. sęcul. super eccles. pers. Bouadilla. in sua politi. cap. 18. lib. 2. tomo. 1. Ludoui. Roma. in sing. 419. Bene verum est, quod si clericus inueniatur infragranti crimine poterit à familia iudicis sæcularis, non quidem vt puniatur, sed vt tradatur iudici ecclesiastico. Felin. in cap. si vero. num. 4. de senten. excommu. qui dicit esse communem opinionem quem etiã refert Villalob. in sua collectanea communi. opinio. in littera. C. num. 77. & Viuius. commu opinio. in verbo. Iudex laicus. In hoc tamen regno statutum est, quòd in casibus in quibus procedẽdum sit per processum regaliæ contra ecclesiasticas personas in sacris ordinibus constitutas, vel religiosas, aut beneficia ecclesiastica obtinẽtes, officiales regij requirere debẽt ecclesiasticos iudices quòd tales processatos capiant, & casu quo in illorum renitentiam vel in fragantia criminis ab officialibus regijs capiantur, nõ debent in cõmunibus carceribus manciparĩ, sed honestè in aliqua domo deferri, aqua infra spacium viginti quatuor horarum tradendi sunt iudicibus ecclesiasticis ad quos spectet. extat hoc in capitulis concessis per Regem Ferdinandum secundum. in curijs Montissoni. anni. 1510. brachio ecclesiastico. quæ capitula postea confirmata fuerunt à Carolo Imperatore in curijs. 1534. in cap. 1. & per eundẽ. in cap. curiæ. 11. curiarum anni. 1542. Et hæc de plano procedunt, quando verè scitur, delinquẽtem esse ecclesiasticum. At quando dubitatur an captus sit persona ecclesiastica vel non, tunc, cum nemo nascatur clericus, & allegatio clericatus sit facti, vidi pluries obseruari in Regio concilio, quod in

conti-

continẽti quo titulus ſui clericatus allegatur & oſtenditur, ac per ſuum ordinarium petitur, fit concluſio, quod ille talis tradatur ſuo ordinario eum petẽti. Pariter etiã vt inquit Clar. in prac. cap. 28. verſi. Si vero. capi poteſt clericus delinquens a familia iudicis laici, vel a quocunque laico vbi veriſimiliter eſſet ſuſpectus de fuga; vt Epiſcopo ſuo cõſignetur. Nam & in hoc caſu publice intereſt vt talis delinquens capiatur, ne crimẽ impunitum remaneat.

8. Alia quoque forma poſſunt capi rei & regijs carceribus mancipari in hoc regno, ſcilicet de mandato: Quod mandatum iuxta conſtitutio. Reg. Ferdi. 2. in 3. curia Barcinone anni. 1503. cap. 33. tantum tribuitur perſonis ſequẽtibus, Domino Regi, locum tenẽti generali, Vicecãcellario, & ſuo caſu Regenti regiam cancellariã, & alteri ex iudicibus regię curię, & denique Gubernatori Catalonie, ac etiam vicegerenti generalis gubernatoris. Et ipſe vidi pluries iſta mãdata de capiẽdis reis verbotenus facta & abſq; alia prouiſione à prædictis fuiſſe practicata.

9. In dubitationem quoque iudicis practicantis venire poteſt, quòd cũ omnis in carceratio fieri nõ debeat niſi authoritate publica, & de expreſſo mandato iudicis publicam authoritatem habentis & præmiſſa ſummaria informatione vt late ex ſuperioribus probatũ extitit, an alguazirij, baſtonerij, regij portarij, & alij officiales poſsint quem piam fugientem vel in fragranti delicto repertum apprehendere, & in carcerem detrudere abſque expreſſo iuditijs mandato? Reſpondeo, hoc facere licitum eſſe dictis regijs officialibus, & in hoc omnes concordant ac communi praxi receptum eſt. Quod fit ex tacito iudicis conſenſu & publicam authoritatem habentis pro meliori & faciliori executione iuſtitiæ, ne delinquentes & criminoſi fugiant, & iudicium euadant, quod in magnum vergeret damnum atque detrimentum totius Reipublicæ. Poſſunt igitur in dictis caſibus capere ad hoc, vt captum ſuo proprio iudici repreſentent & tradant. Hæc concluſio ſecundum aliquorum ſententiam extẽditur ad ipſas perſonas priuatas & offenſas, hoc eſt ad illos quorum intereſt, quòd reos ipſi capere poſsint ne effugiant. Et Ludoui. de Miran. in. q. 16. articu. 6. concluſio. 2. conſtanter tenet, id eſſe intelligendum in caſu, quo talis captura eſſet neceſſaria ad propriam ipſorum defenſionem, vel bonorum ſuorum recuperationem. Nam in tali caſu inquit, vnumquemque poſſe ſe defendere, atque bona ſua recupera re, eum detinendo, etiã cum dãno

& periculo eius, qui ea sibi vi, & iniuste auferre voluit. Et secus esse, si huiusmodi captura non esset necessaria ad propriam defensionem, seu bonorum recuperationem, sed tantummodo tenderet ad vindictam & punitionem, quia tunc talis captura fieri non posset à persona priuata: aliàs enim esset iniusta, iniuriosa, & illicita. Videte Antoni. Gomez. tomo. 3. varia. cap. 9. num. 6.

10. Intellige tamen hæc de persona priuata obtinere verum, nisi delictum esset publicum, & quòd vergeret in perniciem publicam, & delinquens fugeret vel reperiretur infraganti delicto: quia quilibet de populo potest illum capere, tenere, & apprehendere, & ad id, ipsum in carcerare, vt iudici suo tradat. Et ratio est, nã sicut in præfato delicto publico, & quòd vergit in perniciem publicam quilibet de populo tenetur reum accusare, vel ipsum iudici denuntiare, ita eundem fugientem, seu infragranti delicto compertum licite potest capere; vt iudici suo tradat, & adhunc effectum ipsum in carcerare. Paria enim esse videntur, & vtrumq; videtur ad idẽ tendere, & reum accusare propter bonum Reipublicæ, & eundem propter idem Reipublicę bonum tenere atque carceribus mãcipare. Quod & præterea fieri posse videtur ex præsumpta iudicum voluntate.

11. Curare etiam debet iudex practicãdo, quòd quando rei capiuntur, & ad manus & posse illius perueniunt, ne illi antequam damnentur, in carcere obscuro & tenebricoso cõstituantur. Ratio est, quia carcer nõ ad pœnam, sed ad custodiam constitutus est. Atque ità interim dum reorum causæ deciduntur hoc solum debet attendi, & nihil amplius desiderãdum, habetur expresse in. l. 1. C. de custo. reor. vbi habentur hęc verba.

Interea dum causa deciditur custodia talis sit, vt excruciatio desit, & tamen reus maneat subside custodia.

Ex quo tex. plures inferunt Doctores quòd iudex constituens reum non dum damnatum in obscuro & tenebricoso carcere, & qui eum sine causa ibi manicis, & cathenis affligit, seu inedia afficit, ita, vt pœnæ intereat, præterquam quòd mortaliter peccat, si tamẽ de facto reus moriatur, ipse iudex manebit irregularis. ita tenet Nauarro. in. c. statuimus. 15. q. 3. num. 39. & Couar. in clemen. si furiosus. 2. par. §. 5. num. 7. Nam quamuis carceres, & cathenas, & vincula, & manicas opus sit habere, ne criminosi fugiant, & iudicium euadant, vbi tamen simile nõ adest periculum, omnino contra rationem est tali pœna plecti, & mulctari reos causa non dũ examinata, & expedita, atq; discussa.

Intelli-

12. Animaduertere quoque debet iudex ne ad capturam iudicet eũ qui non sit sibi subditus & suæ iurisdictionis: quia defectus iurisdictionis semper facit iudicium ex genere suo peccatum mortale. Iudex enim qui sine authoritate, & potestate iudicat, veluti quod alienum est vsurpat. Ex quibus sequitur vera & firma conclusio, quòd iudex qui nullam habens authoritatem, seu alienam vsurpans iudicat eũ qui nõ est sibi subiectus regulariter mortaliter peccat. Probatur hæc conclusio, quia in eo casu duplex simul irrogatur iniuria vna ei quem sine authoritate cum non sit suus iudex ad capturam iudicat. Altera vero ei, cuius iurisdictionem eo iudicio aufert, ac veluti furto surripit, & vsurpat. Cui ideo possemus dicere cum Paulo ad Roma. 14. Tu qui es, qui alienũ seruum iudicas? in qua potestate hoc facis? quare in alienam messem mitis falsem? Quare expræ dictis infertur, iudices tam seculares, quàm ecclesiastici suam iurisdictionem contra ius vsque adeò protrahentes & extendere & dilatare conantes vt seculares in spirituales causas, & ecclesiastici in temporales sine authoritate & potestate falsem mittant, præterquã quod mortaliter peccãt, postquã alienam iurisdictionem in reorũ præiudicium vsurpant, ipsorum etiam iudicium est ipso iure nullum: cum id facere, sit sibi omni iure prohibitum.

13. Caueat etiam iudex ne delinquentem qui ad ecclesiam confugit, ibi detinere, aut vinculis constringere faciat interim quòd causa deciditur inter iudices ecclesiasticum, & secularem, an ille confugiens debeat gaudere ecclesiastica immunitate: quia iudex contrarium faciens procul dubio peccat mortaliter. Quod apud omnes receptissimum est. probatur hæc decisio in. l. præsenti. in versi. Nec in ipsis ecclesijs. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. & in. c. definiuit. 17. q. 4.

14 Tandem quæro, quid si facta prouisione de capiatur reus se occultat taliter, quòd non possit capi? Respondeo, quòd tunc erit in facultate fisci procuratoris petere illũ ad fines banni citari vt cõpareat ad dandum rationẽ de his super quibus impetitur. Quę videas, & Formam in dicta citatione seruandam in. §. sequenti.

§. 4. De citatione ad fines banni, & illius forma.

1. *PRinceps non potest procedere contra aliquem non citatum, ad illum condemnandum in aliqua pœna, etiam quòd essemus in notorijs.*
2. *Citationis omissio reddit iudicium omnino nullum.*
3. *Citantur rei, vt per citationem vocentur*

ad

ad dandum rationem de his de quibus impetuntur.

4. *Citatio in criminalibus debet fieri de speciali iudicis commissione, aliàs esset nulla.*

5. *Causa non est inserẽda in citatione quæ fit reis, vt compareant reddituri rationem de his de quibus impetuntur.*

6. *Citationes reorum in criminalibus fieri solent cum pœna; & adijcitur pœna perpetui exilij.*

7. *Citatio in criminalibus vbi, & quomodo fieri debeat præsertim in Cathalonia.*

8. *Supplicationis offerendæ per fisci procuratorem forma, qua petitur, reum latitantem citari ad fines banni.*

9. *Præconitzacio qua quis citatur, quòd intra decem compareat redditurus rationem de his de quibus impetitur ad fines banni.*

10. *Supplicationis offerendæ per fisci procuratorem forma, qua accusatur contumacia aduersus legitimè citatum voce præconia, & non comparentem.*

11. *Prouisionis faciendæ forma, quando prouidetur, quòd quis banniatur, à Principatu Cathaloniæ, & Comitatuũ Rossilionis & Ceritaniæ, imperpetuum.*

12. *Præconitzationis forma, quãdo quis propter contumaciam, innoncomparendo bannitur.*

13. *Vice gerens generalis gubernatoris Cathaloniæ tantum potest bannire à Principatu Cathaloniæ, & nõ à Comitatibus Rossilionis & Ceritaniæ.*

VBI reus in vim supra dictæ prouisionis de capiatur per iustitiæ familiã capi non possit, quia se latitando occultat, iudex instante fisci procuratore potest ad vlteriora contra illum procedere. Et si iudex æstimauerit iuxta delicti grauitatem, & delinquentis qualitatem esse contra dictum reum absentem procedendum, imprimis & ante omnia curabit de rei seu delinquentis occultatione informationem recipere, in qua conclu datur, quòd ipse delinquens non reperitur, vel quòd incedit latitãdo per ecclesias & varia loca secreta, sic quòd difficile est eũ capere, & recepta dicta informatione, iudex petẽte fisci procuratore faciet illum citare, quia nedum or-
1. dinarius, & inferior, sed & ipse Princeps de ordinaria potestate non possunt procedere contra aliquem non citatum, ad illum in aliqua pœna condemnandum. prout fatetur esse communem opinionẽ Corcet. in reportorio Abbatis in verbo. Princeps vel Papa: Socin. inter concilia Curtij senioris consil. 20. num. 4. & sequen. Quod adeo verum est, quãuis delictum sit notorium: quia etiam in notorijs quoad sententiam ferendam necessaria est citatio. vt dicit communiter teneri Areti. in cõsil. 163. num. 7. quem refert Bossius in

titul.

titu.de denuntiatio. num. 9. in fi. & in titu. quomodo proceda. in crimi.noto.poſt nu.6. Et hæc ideo obtinent locum, ne poſtea ſententia ferenda & alia procedimenta ſint ipſo iure nulla iuxta glo.in.l. ſi accuſatoribus in glo.fi.C.de accuſationib. Et hæc eſt communis theorica.vt teſtatur Rolland. cõſil.68.num.14.lib.2.

2. Omiſsio enim huius citationis vtroque iure ſcilicet canonico & ciuili iudicium redderet omnino nullum. Et ea eſt ratio, quia hæc citatio eſt de iure naturali, & de eſſentia & ſubſtantia iudicij, ideo quòd omnis proceſſuum inſtitutio ab ipſa citatione exordium ſumit: quæ ſecundum Doctores omnes eſt fundamentum principium & caput totius ordinis iudiciarij. Et adeò exiſtimat Ludo. de Miran.in ordine iudiciario. q.14.arti.4. in ſecunda concluſione hoc eſſe verum, quòd aſſerit, quód quando in aliquo iure diſponitur, quòd in aliqua certa cauſa ꝓcedi debeat & poſsit, & proceſſus valeat non ſeruato iuris ordine, & quòd procedatur in ea ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, intelligi debet de alio iudicij ordine, non autem de citatione: cum hæc ſit de iure naturali, & adeò neceſſaria, & de eſſentia & ſubſtantia iudicij: vt nulla ratione nulla lege, aut diſpenſatione tolli, aut prætermitti poſsit.

3. Fit autem dicta citatio, vt per eam reus vocetur ad dandum rationem de his de quibus impetitur: & ad ſe defendendum: cum citare diuino, naturali canonico, atque ciuili iure iam olim à multis ſeculis introductum eſſe conſtet: vt Geneſ.3. vbi legimus, Dominum Deum priuſquam de peccato in obedientiæ Adam puniret, ipſum ad ſe ſe vocaſſe, Adam vbi es. Atque ipſius audiuiſſe admiſsi criminis ex purgationem. Huic ſeruit cap. Deus omnipotẽs. 2. q. 1. vbi inquit, Deum noluiſſe prius punire ſodomorum enormia mala quàm inueſtigatione, ac fidelibus teſtibus factus certior ipſorum opera aperto iudicio cõꝓbaſſet. clemen. paſtoralis. cum ibidem nota.de ſenten. & re iudi. in extrauagan. rem non nouam aggredimur. iuncta ibi glo. de dolo, & contuma. probatur etiam in.l.de vno quoque. ff. de re iudi. l.nam ita diuus. ff. de adoptionib. l.tres denuntiationes. C. quomo. & quan. iudex. l. ſi quando. C. de teſtib.

4. Et quamuis in cauſis ciuilibus valeat citatio ſine ſpeciali iudicis commiſsione, ſecus tamen eſt in criminalibus, in quibus debet fieri de ſpeciali cõmiſsione iudicis: aliás enim eſſet nulla. vt dicit Rip. in cap.1-num.86.de iudi. quem refert Practi. Conrradi. fol.267. nu. 5. Blanc. de indicijs. num. 334. &

ita

ita seruari de consuetudine dicit Bal. in l. fi. num. 4. C. de exhiben. reis. Quæ consuetudo etiam viget in hoc Regno Cathaloniæ, vt infra hoc eodem. §. in ipsa citationis forma clarius ostendetur.

5. Et scire debes, quòd in hac citatione non est exprimenda causa propter quam reus citatur, nec in ferẽdus totus inquisitionis tenor: quia sufficit dicere, quòd compareat responsurus cuidam accusationi cõtra eum instante fisci procuratore formatæ. Vide Iul. Clar. in practi. quæst. 31. versicu. Quæro nunc, & versi. Quæro nunquid.

6. Præterea scias, quòd istæ citationes solent fieri cum pœna, & adijcitur in ipsa citatione pœna secundum consuetudinem vel leges seu statutũ Prouinciæ ad personaliter comparẽdum coram iudice infra terminum præfixum ad se excusandum à delictis quibus impetitur. Nam in quibusdam prouincijs rei absentes in ipsa citatione monentur, quòd compareant coram iudice infra tot dies ad se excusandum à non nullis delictis, sub pœna confiscationis bonorum, in alijs sub pœna confessatorum criminum, & in alijs perpetui exilij, triremium, vel vltimi supplicij, si delicti qualitas id expostulet. testatur de his Prosper. Farina. de inquisitio. quæst. 11. num. 44. Apud nos tamen, pœna quæ reis citatis non comparentibus infra tempus præfixũ imponitur, est pœna perpetui exilij à toto Principatu & Comitatibus Rusilionis & Ceritanię. Et imponitur hęc pœna iuxta constitutiones Regis Petri. 3. curiæ Perpiniani anni. 1351. cap. 28. quæ collocata est sub titu. de bãdejaments quo tex. expresse disponitur, quòd quoties contigerit aliquẽ pro crimine citari debere, debet fieri dicta citatio cũ cõminatione exilij, id est quòd si infra terminũ prefixum reus impetitus nõ cõparuerit, ille talis bãniatur. Et si dicto termino elapso, dictus reus non cõparuerit, & ab imputatis delictis se defendere & expurgare neglexerit, tunc proceditur ad declarationem incursus pœnarum in monitorio seu citatione contentarum, præcedentibus prius tribus denuntiationibus, seu intimis accusationis contumaciæ. iuxta. tex. in. l. tres denuntiationes. C. quomo & quan. iudex. de quibus infra informa huius processus latius videre poteris atque intelligere.

7. Et si dubitetur circa huius citationis formã, hoc est, an ipsa citatio debeat psonaliter intimari, an autẽ sufficiat citatio ad domũ vel fieri debeat per publicum præconium tubæ sonitu? Respondeo, loquendo de iure cõmuni, quòd aliqui dixerunt, quôd ad hoc vt quis possit tanquam contumax banniri

niri non sufficit citatio ad domũ: quia ex ea solum modo inducitur ficta contumacia, sed requiritur, quòd sit verus contumax, & sic quód fuerit personaliter citatus. Et hanc opinionẽ dicit esse cõmunẽ Maran. in suo Specu. fol. mihi. 106. nu. 9 prout illũ refert Rolan. consil. 47. num. 18. lib. 2. Alij vero dixerũt sufficere in criminalibus dictã citationẽ intimari ad domũ. vt Alex. in. l 4. §. prætor ait. nu. 3. in fi. ff. de dam. infec. qui ibi dicit, hanc esse communem opinionem, & eum refert Boer. in repetitio. l. consentaneum. num. 104. C. quomodo. & quan. iudex. Et hoc etiam de generali consuetudine obseruari dicit Gandin. de maleficijs in rubri. de citationib. nu. 4. Ita etiã obseruari in practi. attestatur Blan. in practi. crimi. fol. 11. nu. 24. Et quòd talis citatio ad domum sufficiat ad hoc, vt quis possit bãniri dicit seruari de cõsuetudine Alberi. in. l. 1. nu. 22. C. de hæredib. instituẽd. & in. 4. par. statuto. quæs. 51. intelligẽdo de domo in qua habitat, & in qua sedem cõstituit. sed quidquid sit de iure communi Romanorum, in hoc tamen Principatu Cathaloniæ aliã habemus formã secundũ quã rei absentes citandi sunt traditã per supra citatã constitutionẽ Regis Petri. 3. curiæ Perpiniani anni. 1351. cap. 28. qua constitutione disponitur, quòd dicta citatio fiat edicto, siue proclamatione publica, voce præconaria tubæ sonitu, & etiã, quòd dicti rei non comparentes, & propter eorũ cõtumaciã alio publico præconio bãniantur. Et hæc forma in dicto hoc Principatu omnino seruãda est, ac practicari solet.

Et vt iuxta supra scriptã theoricã, & cõstitutionẽ, ac huius Principatus Cathaloniæ practicam & consuetudinẽ scias ordinare processum contra reũ absentẽ citatũ ad fines banni, & nõ cõparentem, vtere formis infra scriptis, quib⁹ totus iste processus ordinatur.

Recepta vt dixi informatione de delinquentis occultatione, fisci procurator debet in continenti petere dictũ reum ad fines banni voce præconia citari, & pro his offerre sequentem supplicationem.

Excellentissime Domine locumtenens generalis.

8. *QVia. N. prouisus de capiatur pro criminibus & delictis per eum commissis, & perpetratis, (vt in præsenti processu est videre) latitat, & capi non potest per regios officiales, vt constat informatione inde recepta qua exhibetur, ita circo, & aliás, fisci procu-*

procurator Regiæ curiæ supplicat Excellentiæ vestræ quatenus dignetur, eundem. N. citari ad fines banni: & pro his de solitis, & stillatis præconiis prouideri: iuribus fisci semper saluis, ò officio vestræ Excellentiæ implorato. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. fisci aduocatus.

Cui supplicationi fit decretatio sequens:
Remittatur relatori causæ qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per Regentem Cancellariam die. 20. Februarij. 1602.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis —— *Recepta dictis die & anno, facto verbo in Regio concilio, prouidet, quòd dictus. N. citetur ad fines banni, vt supplicatur, quòd infra dies decem compareat ad dandum rationem de his de quibus impetitur, & pro his fiant & expediantur præconia, & aliæ prouisiones necessariæ & oportunæ iuxta Regiæ curiæ stylum.*

N.

Postea in vim supra dictæ prouisionis expeditur preconium publicandum per loca solita quod est tenoris sequentis.

9. *ARA hojats tothom generalment, queus notifican y fan a saber de part del Excellentissim Señor Don Iuan Teres per la gracia de Deu, y de la santa Sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Conseller, Llochtinent y Capita general de la S. C. y Real Magestat en lo Principat de Cathaluña y Comtats de Rossello y Cerdanya, que com. N. sia estat deuant sa Excellentia per lo procurador fiscal de la Regia cort impetit y accusat de alguns crims y delictes per ell comesos y perpetrats, y perço se sia occultat, y absentat, per tant sa Excellentia volent procehir contra aquell conforme es disposat per constitu-*

tions de Cathaluña, y vsatges de Barcelona, inseguint la prouisio feta paraula en lo Sacre Real consell per lo magnifich y y amat conceller de dita Real Magestat misser. N. Doctor del Real concell iutge de la Regia cort, instant y humilment supplicant lo dit procurador fiscal de la Regia cort. Ab tenor y veu de la present publica crida, cita y amonesta al dit. N. que dins deu dias primer vinents del dia de la present publica crida en auant immediadament comptadors, comparega y haja comparegut personalment deuant aesa Excellentia y Real concell en la present Ciutat de Barcelona per a respondre y dar raho, a les coses de les quals per lo dit procurador fiscal es estat impetit, y accusat; ab comminatio, que sino comparexera dins lo dit termini com es dit, sera bandejat, y procehit contra ell, segons que per dites constitutions y vsatges esta disposat, y de justitia sera trobat esser fahedor: sa absentia en res no obstant, mas contumacia exigint. E per que les dites coses sien à tothom manifestes, y delles nos puga ignorantia allegar, mana sa Excellencia esser feta y publicada la present publica crida per los llochs acostamats de la present Ciutat de Barcelona, y altres Ciutats, viles y llochs de dits Principat y Comptats ahont menester sia.

Lo Archebisbe.

Vt. N. Regens. *Vt. N. fisci aduocat°.*

Vt. N. Regens Thesaurar. *Vt. N. Iudex.*

N. mandati Scriba.

Infirmarum & obligationum xiiij. fol. CCX.

Publicato

Publicato modo prædicto præconio proceneta facit relationem sequentem quæ etiam in processu inserenda est.

A. 10. de Agost. 1602. fonch publicada la present crida per tots los llochs acostumats de la present ciutat de Barcelona ab veu de dues trompetas per mi Pere Jnigo corredor y trompeta de sa Magestat.

Postea lapsis decem diebus, terminus dicti præconij pro parte fisci procuratoris fieri debet sequens supplicatio.

Excellentissime Domine
locumtenens generalis.

10 *ACcusat contumaciam fisci procurator Regia curia aduersus & contra: N. legitimè voce præconia citatum, & non comparentem, & ideo exhibendo dictum præconium, & illius publicationem quæ inserantur supplicat ad ulteriora procedi, & in omnibus iustitiæ complementum fieri & ministrari. Quæ licet, &c.*

Altissimus.
N. fisci aduocat⁹.

Per scribam mandati fit decretatio sequens.
Remittatur relatori causæ qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisio iudicis ____ *Recepta dicto die, admissa contumacia si & inquantũ, inserantur seu cõsuantur exhibita & intimetur.*

N.

Forma intimę ___ *Quæ fuerunt intimata, & notificata dicto eodem die dicto. N. dimitendo scedulam intimationis, in eius domo, eius vxori inter primam, & secũdam horas post meridiem per. N. regium portarium sic referentem,*

Scire tamen debes, quód quando reus non habet domum in

ciuitate, neque habet certam sedem, fieri tunc debent intimæ in valuis curiæ. Et hoc iure vtimur.

Postmodum facienda est alia supplicatio elapsis tribus diebus supradictæ intimæ tenoris sequentis.

Excellentissime Domine locumtenens generalis.

ITerum fisci procurator Regiæ curiæ accusat contumaciam aduersus, & contra. N. legitimè voce præconia citatum, & non comparentem; supplicat ideo ad vlteriora in causa procedi, & in omnibus iustitiam administrari iuribus fisci semper saluis. officio &c. Quæ licet &c.

Altissimus, &c.

N. fisci aduocatus.

Decretatio ——— Remittatur vt supra.

Quæ fuerunt intimata. &c. dic, vt supra.

Demum pro parte eiusdem fisci procuratoris est alia supplicatio facienda tenoris sequentis.

Excellentissime Dñe locumtenens generalis.

ITerum & tertio, fisci procurator Regiæ curiæ accusat contumaciam aduersus, & contra. N. legitimè voce præconia citatum & non comparentem, supplicat ipsum banniri, attento quòd infra tempus præfixum comparere non curauit, & de præconiis solitis & stillatis prouideri, iuribus fisci semper saluis Regio officio humiliter implorato. Quæ licet. &c.

Altissimus, &c.

N. fisci aduocatus.

Decretatio ——— Remittatur relatori causæ dic vt supra.

Prouisio iudicis ——— *Recepta dicto die facto verbo in Regio consilio, prouidet, quòd. N. banniatur à præsenti Principatu Cathaloniæ,*

lonia, & Comitatibus Russilionis & Ceritaniæ imperpetuum, & pro his fiant & expediantur præconia necessaria, & oportuna iuxta Regiæ curiæ stylum.

N. Iudex.

Et vigore dictæ prouisionis fit & publicatur per loca solita præconium sequens.

11. *ARA hojats tothom generalment, queus notifican y fan a saber de part del Excellentissim Señor Don Iuan Teres per la gracia de Deu y de la sancta Sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Conseller, Lloctinent y Capita general de la S. C. y Real Magestat en lo Principat de Cathaluña y Comtats de Rossello y Cerdanya, que com. N. instant lo procurador fiscal de la Regia cort sia estat ab veu de publica crida citat, y amonestat, que dins deu dies les hores inmediadament seguents, los quals son ja passats, comparegues, y hagues comparegut personalment deuant sa Excellentia y Real concell, per a respondre, y dar raho, a les coses de les quals per lo dit procurador fiscal es estat deuant sa Excellentia accusat, è impetit, com mes llargament en dita crida se conte: E com dins lo dit termini a ell prefigit no haja curat de comparer y perço li sien stades legitimament accusades les contumacies, per tant, sa Excellentia volent degudament procehir contra dit. N. conforme constitutions de Cathaluña, y vsatges de Barcelona, inseguint la prouisio per lo magnifich y amat conceller de dita real Magestat misser. N. jutge de la Regia cort a. 2. de Febrer. 1603. fera paraula en lo Sacre Real cõcell feta al peu de vna supplicatio a sa Excellentia per lo dit procurador fiscal de la Regia cort presentada, ab tenor y veu de la present publica crida, instant y suplicant ho lo dit procurador fiscal, bandeja per imperpetuament, y per bandejat vol hauer y tenir lo dit. N. de tots los dits Principat de Cathalunya, y Comtats de Rossello y Cerdanya, manant à tots y qualseuol persones de qualseuol stament, grau, o condition sien,*

que aquell tinguen per bandejat de dits Principat y Comtats, y que nol acullan, nil sostengan, ni li donen consell, fauor, y ajuda, amagadament, ni manifesta. E si lo contrari sera fet, sera procehit contra dells y bens llurs, segons que per altes constitutions, y vsatges esta disposat, y altrament de justitia sera trobat fahedor. E per que les dites coses sian a tothom manifestas, y ningu puga dellas ignorantia allegar, mana sa Excellentia la present publica crida esser feta y publicada per los llochs acostumats de la present Ciutat de Barcelona y de altres ciutats, viles y llochs de dits Principat y Comtats ahont menester sia.

Lo Archebisbe.

Vt. N. Regens.
V. N. Regens Thesaurar.
Vt. N. fisci aduocat⁹.
Vt. N. Iudex.

N. Scriba mandati.

Relatio curritoris seu procenetę. *A. 3. de Iuliol. 1602. fonch publicada la present crida per tots los llochs acostumats de la present ciutat de Barcelona ab veu de dues trompetes per mi Pere. t. corredor y trompeta de sa Magestat.*

12. Et pro complemento materiæ huius. §. adhuc te oportet scire, quòd si iste processus fit coram vice gerente generalis gubernatoris procedente vice regia, dictus vice gerens tantum potest bannire à toto Principatu Cathaloniæ, & non à Comitatibus Rusilionis & Ceritaniæ: quia dicti Comitatus non sunt de illius districtu, & extra territorium suum ius dicenti impune nõ paretur. Idemq, ius statutum est in ordinarijs Regijs, & in Baronibus, qui solum extra suum territorium & districtum bannire possunt.

§. 5. De exigenda à reo capto depositione.

1. *Vdex curare debet, ne rei cum alijs conuersentur ante exactam ab eis depositionem.*
2. *Depositio recipienda à reis non debet soli tabellioni per iudicem committi.*
3. *Minori. 25. annis in iudicio criminali dan-*

dandus est curator, ne alias processus contra eum formatus esset ipso iure nullus.

4. *Depositio recepta à minore. 25. annis est ei in præsentia sui curatoris legenda.*

5. *Intimæ quæ fiunt minoribus. 25. annis præsentari etiam debent eorum curatoribus.*

6. *Iuramentum de veritate dicenda non est deferendum reo in facto suo proprio, sed tantum in alieno vt testis.*

7. *Reus interrogari debet tantum de eo delicto de quo infamatus existit, vel indicia, aut semiplena probatio præcedunt.*

8. *Reus non tenetur respondere iudici interroganti illum non præcedente alia diffamatione.*

9. *Lex non est obligatoria nisi quatenus deriuatur à lege diuina.*

10. *Reus qui per iudicem compellitur respõdere interrogationi factæ non secundum iuris ordinem potest appellare, vel alio quo potuerit modo se defendere.*

11. *Reus quomodo intelliget, an per iudicem legitime, & iuridice interrogetur.*

12. *Reus quando de iusticia iudicis ad ipsum interrogandum dubitat, non tenetur ei in conscientia respondere, neque veritatem dicere.*

13. *Reus ad hoc vt veritatem dicere teneatur, debet iudex ei statum processus, & quòd ipse iuridice procedit notificare.*

14 *Reus iuridice à iudice interrogatus, an teneatur ei respondere, & veritatem confiteri sub pœna peccati mortalis? magna est hic controuersia. vbi videas per totum numerum, & in fine resolutionem.*

15. *Iudex curare debet ne suis interrogationibus auferat reo defensiones.*

16. *Iudex cauere debet, ne de socijs interroget reum.*

17 *Dictum socij in culpantis aliquem interrogati in casu in quo interrogari non poterat non facit indicium ad torturam. Quod verum est, etiam quòd interrogetur vt testis.*

18. *Socius criminis in criminalibus regulariter non recipitur inteſtem, nec ei recepto creditur, etiam quòd perseueraret vsque ad mortem.*

19 *Mentiri licet morti proximus non præsumatur, tamen nec morti proximus præsumitur esse sanctus Ioannes Baptista, & sic non semper præsumitur dicere verum.*

20 *Dictum socij criminis non probat, neque facit indicium ad torturã: etiã quòd plures essent socij crimînis contra eandem personam deponentes.*

21. *Socius criminis in criminibus exceptis potest de consocijs interrogari, & quid prebet, & quæ dicantur crimina excepta. vide late ibi.*

22. *Socius criminis, quando interrogatur de consocijs in criminibus exceptis est interrogandus in genere, non in specie, & quomodo hæc practicentur vide ibi.*

23. *Socius criminis potest interrogari de consocijs specialiter quando in individuo præcedunt indicia seu infamia*

contra Petrum, vel Ioannem.

24 *Socius criminis debet deponere contra consocium cum iuramento.*

25 *Socius criminis recusans propalare consocios in casibus in quibus potest de illis interrogari potest ad illud compelli per torturam. Et quid obseruetur in Regio concilio. vide ibi.*

26 *Reus dum ab eo exigitur depositio recusans respondere iudici affirmãdo vel negando, qualiter compellatur. vide ibi.*

27 *Reus interrogatus per iudicem, si petit dilationem ad respondendum, an sit ei dilatio concedenda. vide ibi.*

HVC vsque diximus de reo absente citato ad fines banni, & non comparente, super est nunc, vt de reo capto & de exigenda ab eo depositione dicamus.

Capto itaq; reo, aut illo comparente, si iudici appareat contra illum esse ad vlteriora procedendum, curabit ab eo exigere depositionem, & in isto actu obseruabit sequentia.

1. Et imprimis curabit iudex vt melius ab ipso reo veritatem indagare possit, ne ipse reus inquantum fieri possit ante receptam ab eo confessionem cum alijs conuersetur, ne instructus ab alijs, ad veritatem negãdam inducatur. Posset enim hoc in magnum iustitiæ damnum & detrimẽtum vergere.

2. Animaduertere quoque debet iudex, ne confessionem seu depositionem à reis recipiendam soli tabellioni committat: cum de iure dicta confessio & depositio coram ipso iudice vna cum tabellione fieri debeat. iuxta glo. in. l. iubemus. in verbo aliud iudicium. C. de liberali. cau. vbi Doctores hoc ita concludunt, & pro generali regula tradunt. Et quidquid rei coram ipsis iudice & tabellione dixerint circa delicta de quibus interrogantur, in scriptis redigi debet. vt habetur in. l. 1. ff. de custodia reor. in prin. & vide Paz. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 4. num. 1.

3. Præmissis igitur supradictis, volens ipse iudex iam à reo in carceribus detento confessionem seu depositionem exigere, faciet dictum reum coram se & suo tabellione intus eosdem carceres comparere. Et reo præsentato, suscipiet interrogare illum, primo de eius ætate ad effectũ quòd si ipse dixerit se minorem esse. 25. annis, vel aliàs ex aspectu talem esse constiterit, assignetur ei curator, qui illum minorẽ defendat: aliàs processus contradictum minorẽ, nullo prius ei dato curatore formatus esset ipso iure nullus. l. clarũ. C. de authori. præstan. vbi dicitur, minorem. 25. annis legitimam personam standi in iudicio nõ habere, & proinde confessio minoris absque curatore quãuis spõte facta,

facta ipso iure nulla est. l. cum & minores. C. si aduers. rem iudi. & est communis opinio, vt dicit Bos si. in titu. si aduer. rem iudi. num. 22 Roland. consil. 31. num. 2. lib. 1. Idem Plaça. lib. 1 delictor. cap. 32. & Iul. Clar. in practi. q. 50. in prin. & ita apud nos receptum est, & praxis obseruat.

Et nominato per iudicem aliquo in curatorem, incontinẽti cõtinuabitur assignatio hoc modo, quòd in principio depositionis, & antequam procedatur ad interrogandum reum minorem de delicto vel delictis per ipsum iudicẽ, detur curatori iuramentum, & inferantur per notarium seu scribã causæ hæc verba: *Et quia. N. interrogatus, asserit se esse minorem. 25. annis fuit illi per magnificum. N. iudicem prouisum de curatore de persona. N. qui iurauit de bene & legaliter se in defensione illius rei minoris habendo, & alia quæ in similibus fieri solita sunt faciendo.*

4. Quo facto, & in continenti, atque in præsentia curatoris assignati, exacto etiam prius à reo iuramento, quòd dicet veritatem omnimodam quam sciet super curiæ præuentis, & denuntiatis, &c. adhibito notario, procedet iudex ad illum interrogandum & examinandum. Et completa illius depositione faciet illam eidem in præsentia eiusdem curatoris legere; vt sic in fine depositionis per scribam causæ scribi & cõtinuari valeant, hæc verba. *Fuit sibi lectum, & perseuerauit presente. N. iudice, & N. eius curatore.*

5. Curabit deinde iudex vna cũ scriba causæ, quòd omnes intimæ quæ postea in discursu causæ fiũt, ne dum dicto reo minori, sed etiã eius curatori præsententur, & ita obseruat Regia audientia, ne aliàs forsan ex hac omissione nullitas committeretur in tali processu.

6. In maioribus vero non opus est hac curatoris solemnitate, sed aduertere debet iudex ne à reo, siue maior, siue minor sit, exigat iuramentum de veritate dicenda in facto suo proprio, sed in alieno tantum vt testis: quia nemo cogitur ad detegendam propriam turpitudinem. l. aliàs. ff. de iure iuran. prout est communis regula teste Decio in. l. fin. post num. 6. C. de eden. Et sic satis esse dicitur simplex interpositio fidei prout est de consuetudine in hoc regno. Et dicit Marc. in decisio. 674. idem obseruari in Regno Franciæ. Est & alia ratio scilicet vt vitetur occasio periurij: quia videmus reos quamuis iurent nunquam solere fateri delicta. vt quotidie experiẽtia docet, & tamen communis est conclusio, quòd vbi subest probabilis suspitio periurij, nũquam est deferendum iuramentum. Et hãc praxim ipse magis laudo & approbo, per rationes suppra adductas, quamuis de iure communi in

con-

contrarium sit magis communis opinio, quòd scilicet sit reo deferendum iuramentum de veritate dicenda, vt tenuit Bar. in. l. inter omnes. §. recte. in fi. ff. de fur. qui in hoc communiter ab omnibus approbatur. vt dicit Augusti. ad Angel. de malefi. in verbo. comparuerunt, & confitentur totum. post num. 13. Bertrand. consil. 321. num. 3. in fi. lib. 3. in prima parte. Marsil. in. l. quæstionis habendæ. num. 72. ff. de quæstionib. practi. Cõrra. fol. 280. in prin. & Gomez. in cap. 1. delictor. num. 65.

7. Præterea aduertere debet iudex, quòd reum interroget tãtum de eo delicto de quo est infamatus, vel indicia, aut semiplena probatio præcedunt. Et non de alijs de quibus contra reum aliqua nõ
8. esset diffamatio. Quinimo secundum aliquos non precedente diffamatione, vel aliquo quod sit loco diffamationis reus non tenetur respondere, & veritatem dicere. ita don Antoni. de Padilla in. l. trã sigere. num. 5. C. de transactionib. Areti. in cap. qualiter & quando. lo. 2. §. debet. col. 4. versi. in foro autẽ. de accusationib. & Iul. Clar. in practi. q. 45. versi. Sed pone in fin. Et probatur ex Diuo Thom. 2. 2. q. 69. arti 1. Nam cum in tali casu iudex ius non habeat interrogandi, nec reus sibi subditus iure tenebitur eidem respondere: quia vnus quisque ius habet se, & sua omnia tuendi, nisi ad contrarium à iure compellatur. At quando iudex interrogat præter iuris ordinem, nullo iure reus cogitur siue compellitur interroganti respõdere. Igirur ex his constat, licitum esse reo in tali casu, se, & sua omnia tueri, vel appellando, vel celando veritatem: mẽtiri autem
9. non licet. Nulla enim lex est obligatoria nisi quatenus deriuatur à lege diuina, quæ iuxta Thom. 2. 2. q. 93. articu. 3. est prima omnium agendorum regula à qua omnia diriguntur, & gubernantur, sicuti, & à primo mobili mouentur omnia naturaliter mobilia, at iudex testante Aristotele. 5. Ethicorum cap. 3. est veluti quædam lex viua, quę per legẽ æternam, atque rationem & per ius debet dirigi & gubernari. Ergo, quando ipse præcipit aliquid, quod est contra ius, non erit ei parendum, neque eius præceptum erit obligatoriũ; cum non reguletur per primam regulam, nec fit secundum legem diuinam, sed contra ipsam. Atque ita ex his constat, reum in isto casu non teneri iudici parere, aut illi veritatem dicere.

Vnde in prædicto casu, si iudex
10 opprimit reum quód ei veritatẽ dicat, poterit reus postquam non legitimè interrogatur, vel quia forte iudex qui interrogat nõ est iudex competens tacere, & nolle loqui: & si cogatur, debet appella

re

re & allegare, quòd per iniuriam interrogatur, seu alio quouis modo quo potuerit, debet se defendere absque eo quòd de patrato à se crimine vehementer suspicionem generet probatur hoc ex Diuo Tho. 2. 2. q. 66. arti. 1. vbi hac vtitur ratione, quòd quilibet habet vitæ suæ, famæ, & honoris, & bonorum exteriorum possessionem, quare si iniustè, siue per iniuriam hoc iure priuetur, appellare optime potest, allegãdo iniuriam quæ sibi irrogatur, pro eo quòd in iustè, & præter ius interrogatur.

11. Sed merito dubitari potest, quomodo, & quando intelliget reus an iustè, legitimè, & iuridicè per iudicem interrogetur? Huius difficultatis ratione dubitarunt Doctores an necessarium sit, quòd iudex reo notificet infamiam indicia, aut semiplenam probationẽ esse contra ipsum, vt ita intelligat se legitimè interrogari, an vero teneatur ipse reus statim iudici fidem adhibere, & credere quòd 12. iuridicè interrogatur. Circa hanc difficultatem duæ fuerunt opiniones. Nam quidam existimarunt, non esse necessum, vt iudex notificet reo statum processus, & se procedere, & interrogare eum iuridicè, atque legitimè, nempe, præcedente infamia, semiplena probatione, & manifestis indicijs: quia præsumptio stat pro iudicibus, semperq; debet pro ipsis præsumi, quòd legitimè & iuridicè interrogant, quandiu contrarium non constiterit. Et huius opinionis fundamentum est communis practica. Alij vero sunt, qui censierunt, reum non teneri respondere & veritatem dicere antequam aliqualiter sibi constent processus, acta, & iudicem iustè & legitimè interrogare. Et huius opinionis sunt. Caieta. 2. 2. q. 69. arti. 2. quã etiam tenet Soto. de iusti. & iure. lib. 5. q. 6. arti. 2. & de secreto. mẽbro. 2. q. 7. conclusio. 3. & Nauar. in sua summa cap. 25. num. 33. quos etiam sequitur Bernard. Diaz in sua praxi crimi. cap. 126. vbi Salzedo qui pro hac parte plures allegat Doctores; & nouissimè tenent eandem opinionem Aragon. 2. 2. q. 69. artic. 2. & D. Segura de Aualos in suo directo. 2. par. cap. 14. num. 30. & Ludo. de Miran. in ordine iudiciar. q. 18. artic. 7. in prin. & in conclusio. 1. Et hanc vltimam opinionem existimo tutiorem. Nam certum est, quòd quando reus de iustitia iudicis ad ipsũ interrogandum dubitat, non tenetur in conscientia ei respondere, aut veritatẽ dicere, neque in foro, & iudicio exteriori ad id potest aut debet compelli. Quare dico, quòd licet in dicto casu non sit mentiendum, poterit tamen reus sic iniustè à iudice interrogatus verborum subterfugio vti, nec pro iudice in tali casu præsumendum

dum est quandiu non constat rationabiliter quòd iudex ipse legi
13. timè procedit. Vnde fit, quòd in foro exteriori ad hoc vt reus teneatur veritatẽ dicere, debet iudex ei statum processus, & quòd ipse procedit iuridicé notificare. Quod probatur, nã qui bona sua, famam, honorem atque vitam, iure possidet, nullo astringitur iure illa dimittere quoad vsque alienũ ius sibi innotescat. Sed in proposito casu, reus iure omnia ista possidet, ergo quousque per statum processus sibi constet, atque innotescat ius quo iudex potest illum interrogare, non tenetur se ipsum reus prodere, aut veritatem dicere. Confirmatur hoc alia ratione, quia quemadmodum nemo tenetur legi ante eius promulgationem obedire, ita neque iudici parere antequam sibi constet ipsum in tali casu esse sibi iudicem, & in eum lege ac iuridicé agere. Quare, vt vitetur maximus iudicum abusus qui sine delectu, & nullo circa hoc respectu adhibito, miseros quandoque excruciant homines, & iniuria eos compellunt veritatem dicere & confiteri, digna 14
res est, quòd rei siue subditi cum modestia, atque verborum temperantia iure à iudicibus exigere possint, vt ostendant sibi huiusmodi ius quod contra ipsos habent. Sicq; iudicibus cõsulerem, quòd in isto casu, iubeant suis tabellionibus, quòd legant reo duo testimonia summariæ informationis suppressis testiũ nominibus, quibus lectis, poterit tunc iudex reo dicere. vide infamiam quæ cõtra te præcedit, & quid de te testes loquũtur, dic ergo veritatem in his de quibus circa hæc interrogaberis. Vide Paz. in practi. tomo. 5. parte. 5. cap. 3. num. 14. & Salzedo in sua praxi criminali. cap. 126 in fi.

A prædictis excipienda sunt crimina quæ in publicam perniciem vergunt, vt sunt hæresis, crimen læsæ Magestatis, & proditio Ciuitatis: in quibus necessum non est, vt reis à iudicib⁹ ius suũ quod habent ipsos interrogandi reuelet tur. Non enim tanta infamia, aut tanta solẽnitas in his criminibus, quanta in priuatis ad reos, vel testes interrogandum requiritur. Nam in horum criminum inquisitione procedi potest simpliciter, & de plano, & absque strepitu & figura iudicij. vt habetur in cap. fi. de hæreti. lib. 6. & in extrauagan. ad reprimendum: quæ de læsæ Magestatis crimine meminit.

Ex prædictis à contrario infero notabilem & singularem conclusionem, quòd quotiescunque reus iuridicé interrogatur à iudice, tenetur ipse reus eidem veritatem dicere atque fateri. Hæc conclusio probatur ex Diuo Tho. 2. 2. quæst. 69. arti. 1. vbi dicit, quòd

ex

ex debito iustitiæ tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam abeo secundum formam iuris exigit; quia ad debitum iustitiæ pertinet, quòd aliquis obediat suo superiori in his ad quę ius prælationis se extendit, & tamen iudex respectu eius qui iudicatur superior est. Vnde resoluit, quòd qui confiteri veritatẽ nolit, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negat mortaliter peccat; tanquam contra debitum iustitiæ faciens. Hæc tamen conclusio sic á Diuo Thoma cõfirmata, maximopere à multis alijs Doctoribus & sane non infimi nominis controuertur. Nam ex Panormitano in cap. 2. de confessi. habetur, quòd quamuis iudex iustè, atque legitimé reum interroget, quia nempe præcesserit infamia, indicia, aut semiplena probatio, ipse reus interrogatus de patrato à se crimine, si ex sua confessione pœnam aliquã temporalem timet, & maxime si est pœna capitis non tenetur veritatem dicere, immo vero potest ipsam licite negare. Hanc eãdem Panormitani sententiam sequitur Sylvest. in sua summa. in verbo. confessio delicti. quæst. 1. & religiosissimus pater frater Franciscus de Alcocer Franciscanæ familiæ. in sua summa. in prima editione cap. 26. vbi pro hac sententia citat Nauarr. in cap. inter verba. Corolario. 64. nu. 734. & nu. 746. quibus etiam adhærit Petrus de Nauarra in sua summa de restitutio. cap. 4. Et credo quòd prædicti Doctores ad id mouentur sequentibus fundamentis. Primo quia quando timetur pœna temporalis & maxime, si ipsa sit pœna capitis, nemo tenetur se ipsum damnare, & contra se ipsum arma ministrare, & multo minus se ipsũ occidere: quia nemo est Dominus membrorum suorum. l. liber homo. vbi Bart. & alij. ff. ad legem. Aquil. in specie concludit Roma. in singula. 129. incipien. tu scis, quòd in causa criminali in princi. Marsil. in practi. §. attingam. nu. 2. & latius in rubri. de fideiussorib. num. 140. & sequen. in. 29. quæst. Iodo. in practi. crimi. cap. 20. num. 4. & 6. vbi etiam de principali carcerato, qui licet possit se obligare sub pœna confessi criminis, amissionis beneficij, seu gratiæ exilij subeũdi, aut similiũ, non potest tamen se ad pœnam capitis, aut alicuius membri abscissionem obligare. Antoni. Gomez. variar. resolu. tom. 3. cap. 9. rubri. de captura reorũ. num. 8. ad med. versi. Confirmatur. & est glo. in cap. cum homo. in verbo supplicium. 23. quæst. 5. quam glo. frequentissimé omnium consensu receptã esse testatur Couar. variar. resolutio. cap. 8. num. 8. Clar. in practi. §. fi. quæst. 46. versicu. Sed nunquid poterit. Vide Farinace. de

de carcerib. & carcera. q. 33. num. 49. vbi infinitos allegat concordantes. Sed qui interrogatus a iudice quamuis iuridicè de crimine cui coresp̃odet pœna capitis veritatem diceret, se ipsum veluti dãnaret, cõtra seipsũ arma ministraret, & quodammodo se ipsum occideret, & actiué ad suum homicidium concurreret, & sic esset dominus membrorum suorum; cum sine sua confessione talis reus nequiret occidi. Ergo null⁹ reus, obeuitandum dictum periculũ amissionis suæ vitæ non tenetur confiteri veritatem, licet à iudice iuridicé interrogetur.

Secundo probatur ex Chrysostomo Homil. 31. ad Hebr. & habetur. in. c. quis aliquando. distinctio 1. vbi Chrysost. cum alloqueretur peccatorem, inquit; Non tibi dico vt te prodas, neque vt apud alios te accuses, sed reuela Domino viamtuam, &c. Quibus verbis insinuare visus est. D. Chrysostomus non teneri quempiam ad reuelandum crimen suum; & semetipsum accusandum, nisi in confessionis sacramento. Sed qui à iudice etiam iuridicè interrogatus de veritate dicenda eandem confiteretur semetipsum prodereret, & accusaret, idq; extra sacramentum confessionis. Ergo nullus tenetur id facere. Et sic licitũ est in tali casu veritatem negare.

Tertio idem probatur ex his quæ supra in. §. 2. atullimus, vbi dixi, in causis criminalibus fratrẽ contra fratrem, in testem non esse admittendum, neque tandem consanguineum cõtra consanguineũ, vt ibi aperte satis comprobatum extat, præcipue ex. l. 4. ff. de testib. Ergo multo minus in proposito casu tenebitur reus contra se ipsum testificari: maximè quando timet pœnam tẽporalem, & quòd illa esset capitalis. Nemo enim magis consanguineus est, quam ipse sibi.

Quarto probat intẽtum, quòd natura dedit hominibus inclinationem se ipsos conseruandi, & consequenter semetipsos quoquo modo tuendi & defendendi siue mentiendo, siue negando veritatẽ: maxime quando sciretur, quòd veritatem confitendo mors in eũ secutura esset, quod quidem durissimum esset. Vnde fit, quòd in dicto casu nullus reus tenetur veritatem propalare: quia dicitur Mathæi. 10. Iugum Domini suaue est, & onus eius leue, & tamen si reus in dicto casu teneretur veritatem iudici confiteri non quidem iugũ suaue & leue esset, sed durissimũ atque grauissimum.

Quinto, ad idem facit, quòd omne peccatum mortale, est contra charitatem. vt ex Diuo Tho. vbi supra. At, quòd reus mentiatur excusando se á peccato sibi imposito non contrariatur charitati neque

neque quantum ad dilectionem Dei, neque quantũ ad proximi dilectionem, ergo videtur licitum esse absq; incursu peccati mortalis in dicto casu veritatẽ negare. Prædictis & alijs rationibus videtur quòd prædicti Doctores possunt suã sententiã & opinionẽ tueri, atque defendere. Salua tamẽ eorum pace, & dictorũ fundamẽtorũ in contrariũ est rei veritas: et quid in hac parte tenẽdũ sit modo ostẽdam. Scitote igitur, verisimã atque iuridicã esse conclusionem, quod quotiescunq; reus iuridicè interrogatur à iudice tenetur eidẽ veritatẽ dicere, atque fateri, nec ipsam potest negare, aut celare, etiã si sciat propter suam cõfessionem statim debere mori. iuxta Diuum Thom. 2. 2. q. 69. arti. 1. quem supra citauimus. Et fatetur hanc esse communem Ludoui. de Miran. in ordi. iudiciar. q. 18. artic. 1. conclusio. 1. Et probo hanc conclusionem ex multis & efficacissimis rationibus. Et primo ex ratione Diui Thomæ, quia iustitiæ virtus sub mortali obligat subditum obedire suo superiori in omnibus ad quæ ius prælationis suæ se extendit: quia iustitia est quædam virtus moralis cunctis ad salutem necessaria, ita, vt omnes obligat ad illius obseruationẽ sub reatu peccati mortalis: de qua & eius excellentia plura dixi. supra. in cap. 3. Sed ius prælationis aliquando se extendit ad hoc vt possit interrogare subditum de crimine quod commisit, scilicet quando interrogat secundum formam iuris: Ipsa enim obligat atque compellit subditum ad parendum, & obediendum suo superiori siue prælato in omnibus quæ non sunt contra iustitiam ipsam. Nam obedientia est inter partes iustitiæ potissima, cum iuxta doctrinam Diui Pauli ad Roman. 13. oporteat, quòd omnis anima potestatibus sublimioribꝰ subdita sit. Qua etiam ratione dicit idem Paulus, quòd qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: nã non est potestas nisi a Deo. Et cum iudex in aliquibus casibus ius habet interrogandi reum de patrato à se crimine, nempe, quando præcedit infamia, indicia, aut semiplena probatio, concluditur ergo, quòd nisi subditus in tali casu ei obediat, & veritatẽ fateatur mortaliter peccat, non solum dicendo mendacium, verum etiam & veritatem celando, et occultando.

Secundo prædicta corroborãtur, nã fieri nullatenꝰ potest, quòd iudex ius habeat ad præcipiendum, & subditus etiam ius habeat ad non obediendum sibi: cum hæc duo sint correlatiua, & mutuo se cõsequãtur. Nã certũ est, quòd ex iure quod habent superiores ad præcipiendum aliquid colligitur

obligatio quam habent inferiores & ſubditi ad parendum & obediẽ dũ illis. Ex hac enim ratione colligunt Doctores omnes neceſsitatẽ ſacramentalis confeſsionis ex illo Ioannis.2. Quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis.&c. Si quidẽ fieri non poſſet, quòd Apoſtoli, & alij ſacerdotes ius haberent abſoluendi peccata à fidelibus commiſſa, quin etiam tenerentur ijdem fideles ea ipſi ſacramentaliter confiteri, ſed in propoſito iudex vt ſupponitur ius habet ad interrogandum reum de veritate & de crimine à ſe cõmiſſo. Ergo & reus ipſe tenetur eodem iure veritatem eidem confiteri, quòd ſi non faciat, aut ſi celet peccabit mortaliter. Quod á Paulo inſinuatum reperitur ad Roma. 13. vbi poſtquam egit de iudicum poteſtate, & poſtquam dixit, quòd qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, ſtatim ſubdit, qui autem poteſtati reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem adquirunt: quod eſt dicere, quòd mortaliter peccant, quia ſolum propter peccatum mortale quiſpiam ſibi damnationem adquirit, qui ideo non eſt abſoluendus antequam de plano eam fatea tur. Et ratio eſt, quia perſeuerans actualiter in peccato, & nolẽs ab eo exire non debet abſolui. vide. Soto. de ſecret. mẽbro. 2. quęſt. 7. conclu. 3. Intellige tamen prædicta nõ procedere neque locũ obtinere in alijs præceptis quæ iudex iuridicè facere non poteſt, & ex quorum inobedientia nulla iudici & iuſtitiæ infamia irrogatur: vt puta, quando iudex præciperet ſubdito exiſtenti in carcere vt nõ fugiat, & quando iubet delinquentẽ, vt corã eo cõpareat: quia præceptis iſtis tanquã duris & riguroſis ſubditi obedire non tenentur. Nam quãuis citati per iudicẽ non cõpareant, & exiſtentes in carcere non obſtante præcepto de non fugiendo fugiant, nulli faciunt iniuriã: quia iudex ius non habet imponendi iuridice huiuſmodi præcepta de perſonaliter cõparendo, ſiue de nõ fugiẽdo. Eſſent enim huiuſmodi præcepta nimis rigida & dura, & nimium contra inclinationẽ naturæ, qua cuncti propriã vitã tueri deſiderãt. Atque ita dicta noſtra concluſio ſic explicata tenenda & obſeruanda eſt, quando reus in iudicio legitimè & iuridicè à iudice interrogatur: eo enim caſu, ſi reus veritatem negat, aut celat iudici & iuſtitiæ reſiſtit: & conſequenter mortaliter peccat, & ſic ſibi dãnationem adquirit. Vide de his late Sot. in relectio. de ſecreto. mẽbro. 2. quæſ. 2. & latius. q. 7. concluſi. 1. & lib. 5. de iuſti. & iur. q. 6. arti. 2. cõclu. 2. Et nõ obſtãt ſupra adducta in contrarium fundamenta. Primo enim fundamẽto ſic reſpõdeo, quòd reus in caſu propoſito veritatem dicendo non ſe ipſum

ipsum condemnat aut contra se ipsum arma administrat, & multo minus se ipsum occidit, immo ea quæ iudici ius tribuunt ad illũ interrogandum sunt illa quæ ipsum reum condemnant, & contra ipsum arma administrant, & quæ illum occidunt.

Ad secũdum quod Chrysostomi authoritatem continet Respõdeo, dictum argumentum procedere, quando iudex ius non habet percontandi reum: inquo casu, cũ reus non authoritate publica, & iure, ac legitime compellatur ad suũ manifestandũ crimen, nõ tenetur sua spõte semetipsum prodere. Sed sat est, quòd adeat confessariũ cui tanqnã Deo cuius vices gerit peccatũ suũ confiteatur. Attamen quando quis interrogatur iuridice, & iuris seruato ordine, tũc cõfitendo veritatẽ nõ ipse semetipsũ prodit, sed infamia, indicia, siue testes (quorum testimonio interrogatur) ipsum prodũt.

Nec officit tertium fundamentum desumptũ, ex. l. 4. ff. de testib. Nam non est idẽ ius compellendi testem, vt ferat testimonium aduersus consanguineũ, atque est cõpellendi reum, vt veritatem dicat & cõfiteatur: lex enim illa locum habet, quando sunt alij testes qui aduersus eos dicere possunt testimoniũ. Nos autem loquimur, quãdo reus à iudice post alias probationes interrogatur vt veritas plenius elucescat, vt hinc ipse reus ordinariã pœnam subire debeat. Quo quidẽ casu dicim⁹, quòd nisi veritatẽ fateat mortaliter peccat.

Minus etiã obstat quartũ fundamentũ, quia quãuis durũ & graue videatur nimis, quòd reus legitime interrogatus cõtra se veritatẽ dicat, cũ tamen id ad pacem & tranquilitatẽ totius Reipublicæ spectat, cõueniẽs est, immo necessarium vt ita fiat: ad quod natura ipsa magis quã ad aliud inclinamur. Periret prorsus Respublica, si in ea crimina impunita remanerẽt, quod fieret, si reus in casu nostro & similibus respondere non teneretur. Atq, hinc in magnã totius Reipublicæ pernicie innumerabilia mala resultarent & nascerentur. Quare expedit potius, quòd membra patiantur, quàm quòd totũ corpus intereat aut pereat.

Tandẽ neq; obstat Quintũ argumentũ, cui respondeo, illum facere contra charitatem Dei, & cõtra charitatẽ proximi, & cõtra iustitiam qui legitime interrogatus veritatẽ nõ cõfitetur, & ipsam negat. Facit contra charitatem Dei; quia eius est iudicium, & quia ipsũ nõ obediẽdo maiori qui illũ repręsentat quodãmodo spernit. iuxta illud Lucæ. cap. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Facit etiã cõtra charitatẽ proximi tum ex parte iudicis cui

debitum negat, tum ex parte accusatoris qui punitur si improbatione deficiat, aut saltē infamat.

15. Curabit etiam summopere iudex, ne interrogationibus quas facit auferat reo suas defēsiones, puta, si reus cōfiteatur aliquē ꝓcussisse, aut vulnerasse, nō debet eū interrogare, an ille ex tali ꝓcussione, aut vulnere decesserit, neque ab eo extorquere huiusmodi confessionē, quod reprobat Signoro. in consil. 163. nu. 5. dicens, hoc esse plusquā diabolicū. Nā fiscus satis habet intentionē fundatā, exquo ille vulneratus, seu percussus mortus est. Et hoc iudici sufficere debet absque eo quòd velit ꝑ huiusmodi cōfessionē tollere reo facultatē ꝓbādi, quód nō decesserit ex percussione, seu vulnere, quæ esset magna ipsius defensio.

16. Caueat præterea iudex ne interroget reū de socijs vt puta, quādo reus deponens cōfitetur dese delictū, nō debet ipse iudex interrogare illū de socijs: quia veteris iuris authoritas non finit dese cōfessos de aliorū cōscientia interrogari. Nemo enim de ꝓprio crimine cōfitentē super cōscientia aliena scrutādus est. l. fi. C. de accusationib. l. repeti. ff. de quæstionib. cap. 1. extr. de cōfessis. c. nemini. 15. q. 3. Et huiꝰ cōclusionis vera est ratio, quia tam ex lege naturali, quàm diuina vnusquisq; tenetur sui amici secretū celare: quā ratio nē scripsi in meis criminalib. decisionib. cap. 5. nu. 1. vol. 1 vbi pluribus Doctorū, & Sacræ scripturæ authoritatibꝰ hoc axioma cō ꝓbaui. Et ꝓpterea si iudex interrogat reū de cōsocijs in casu inquo interrogare nō tenetur peccat. vt late dixi in dicto cap. 5. nu. 23.

17 Et adeò hæc vera sunt, quòd licet interrogatus in casu, in quo de iure interrogari non debebat aliquē nominet, nō facit indicium ad torturā cōtra dictū inculpatū nominatū. ita Prosper. Farin. de indicijs & tortu. q. 43. nu. 4. vbi plusquā. 30. Doctores allegat idē sentientes. vide etiā Iul. Clar. in practi. q. 21. versi. Succesiuè quæro. Et ipse idē censui in dicta decisio. 5 nu. 2. & 3. & decisio. 37. nu. 2. versi. Quod ideo fit. Prædicta quoque ꝓcedunt etiā, quód socius criminis examinaretur vt testis: quia ad huc nō ꝓbat, nec facit indiciū. ita Grāma. in deci. 28. n. 23. ad fi. Ioan. Marc. Montissellan. regu. crimi. 4. nu. 5. Rolan. consil. 57. nu. 23. in volu. 4. Riminal. inter cōsil. matrimonialia diuersorū. cōsil. 81. num. 45. Mascar. de ꝓbatio. conclusio. 1311. nu 8. lib. 3. vbi post Iaso. Paris. & Fulgos. quos allegat inferendo dicit, quôd confessio illius, qui cū aliqua adulteriū cōmisit nō probat adulteriū etiā quòd sit facta ꝑ modū testificationis: quia reuera socius criminis est, cui fides nō adhibetur. In criminalibus autē ge-

18. nerale

nerale est, quòd socio criminis nō recipitur in testē, nec ei recepto creditur, prout bene probat tex. in. l. quoniam liberi. C. de testib. ibi, Si socij & participes criminis nō dicātur. vbi Salycet. nu. 3. & in cap. personas. extra de testib. ibi. morbo consimili laborantes, & in cap. veniēs. ext. eodē. ibi. eo quòd ille qui eodē erat infect° crimine inde cōtra eū testificari non posset, nulliq; desē confesso aduersus aliū in eodē crimine sit credendū. & in cap. 1. de confessis. ibi, de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersus quēlibet admittēda. & in. c. nemini. 15. q. 3. ibi. Nemini præterquā de crimine læsæ Magestatis desē cōfesso credi potest super crimen alienū quoniam eius, atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quēlibet nō debet. Et per ista verba plures Doctores idē firmarunt relati per Farinace. de indicijs, & tortu. q. 43. num. 8. vbi per eum duplex assignatur ratio. Prima est, quæ desumitur ex tex. in. l. fi. C. de accusationib. ne scilicet rei forte veniam sperātes à Principe fauore, seu priuilegio alterius illum nominent, & quandoque etiam fortasse odio, inimicitia, alioque respectu, vt eodem nominatus pereat supplicio. Secunda ratio est, quia eo ipso, quòd quis se sociū criminis dicit; infamis, & criminosus efficitur, & ideo à testimonio repellitur. l. 3. §. lex Iulia. ff. de testib. cap. præterea. ext. de testib. cogend. l. in famem. ff. de publi. iudi.

Ex quibus infero Salyceti opinionē in. l. fi. num. 6. C. de accusationib. & nouissime Ludouici de Miran. in ordine iudiciario. q. 13. arti. 7. conclusio. 2. asserentium, quando delicta sunt talia quæ verisimiliter nō possunt sine socijs committi, nec ita vt conuenit plene probari, posse socium vt testē de consocijs interrogari damnandam esse: quia hoc exceptis ijs de quibus infamia seu indicia præcesserunt, aut ijs quibus bono publico læditur, vt exemplis infra latius demonstrabitur iuri naturæ & diuino contrarium esset, quibus iuribus astringimur ad non detegendum præter iuris ordinem proprium vel alterius crimen, & secretum. Si enim illorum opinio vera esset, sequerē, quòd testis corruptus posset de corrūpente interrogari, & mandatarius de mandante de quibus constare non potest, nisi dictus testis corruptus de corrumpente & mā dararius de mandante interrogentur, & tamen hoc fieri non permittitur: quia iuri naturali repugnaret, quo præcipitur, ne alterius crimina detegantur nisi cum iuridice a iudice socij interrogantur, hoc est, quando infamia vel indicia contra aliquem

præcedunt: solum enim permittitur in criminibus exceptis ob pacis publicæ perturbationem vt supra dixi, & infra exemplis latius ostendam.

19. Nec ei crederetur etiam quòd innominatione socij perseueraret vsque ad mortem: quia licet morti proximus, vel moribundus mẽtiri non præsumatur, nec immemor salutis eternæ, tex. in. l. fi. C. ad leg. Iul. repetũdar. c. sancimus. 1.q.7. glo. in. l. 1. C. de fal. cauſ. adiec. lega. tamen nec morti proximus præsumitur esse sanctus Ioãnes Baptista, & Euangelista. Et sic non semper præsumitur dicere verum. Grammati. decisio. 42. sub num. 9. & decisio. 56. num. 12. Marsil. consil. 5. num. 5. Menochi. consil. 39. num. 70. lib. 1. & de arbitrar. lib. 2. casu. 89. num. 30. Quatenus enim quis præsumitur dicere verum in articulo mortis, id nõ procedit vbi agitur de tertij præiudicio. Bar. in. l. siquis. §. siquis moriẽs. ff. ad Sillania. Menochi. dicto cõsilio. 39. nu. 44. & 68. vol 1. Cæphal. consil. 276. nu. 34. lib. 2.

20 Et hæc regula, quòd dictũ socij criminis non probet neque faciat indiciũ ad torturã obtinet locũ, etiã quod plures essẽt socij criminis cõtra eandẽ personã deponentes secundũ Bald. in. l. quoniã liberi. nu. 2. C. d̃ testib. vbi expresse dixit, quòd si ex quatuor qui in rixa interuenerunt tres volũt deponere, quòd ille alter fuit culpabilis non creditur ipsis dese confessis in aliũ per. l. fi. C. de accusationib. & hanc Bal. doctrinã communiter sequuti sunt plures alij Doctores relati p̃ Prosper. Farin. de indicijs & tortu. q. 43. nu. 10. Et ratio est, quia vbi testes laborãt tali defectu, qui nõ diminuat de eorũ fide, sed ex toto reddat eos inhabiles ꝓut est socio criminis qui in testẽ à iure nõ admittitur, vt supra ostẽsum est, tunc numerus nõ supplet in habilitatẽ, nec supplet ꝓbationẽ: quia quod nihil est supplementũ non recipit. l. sed si manente. ff. de præcario. Quod etiam verũ esse existimamus; quãuis eorũ dictũ esset adminiculatũ. vt testãtur Menoch. de arbitrarijs lib. 2. casu. 474. nu. 25. & 26. quos pariter refert, & sequitur Mascard. de ꝓbationib. li. 3. cõclu. 1311. post nu. 13. versi. Secus autẽ in casibus nõ exceptis. Et est ratio quia vbi testis in totũ repellitur, & nõ admittitur à iure, adminicula nõ reddũt eũ habilẽ, & admittendũ p̃ ea quæ modo supra dixi. & scripserũt Bal. in. l. falsas. nu. 3. C. de fur. Angel. in. l. siquis ex argẽtarijs. §. cogẽtur. nu. 6. ff. de edẽdo Marsil. singula. 554. Aymon. consil. 9. nu. 12. Nata. cõsil. 298. nu. 10. lib. 2. Rolan. consil. 98. num. 34. vol. 4.

21 Prædicta omnia vt dixi ꝓcedũt in delictis communibus, & non exceptis: vt intelligas secus esse

in cri-

in criminibus à iure exceptis in quibus ius statuit, posse de se confessos, de alijs socijs & complicibus interrogari, vt probat notabilis glo. in. l. fi. in verbo. conscientia. Et ideo iudex quando exigit à reo depositionem animaduertet, an illud delictum de quo agit sit de criminibus exceptis, & si sit tale, tunc absque difficultate poterit reum de consocijs, & complicibus interrogare, & eorum dictũ in his casibus faciet contra socios per eum inculpatos indicium ad torturam. sicuti post Bart. & alios quos allegat affirmauit Paris de Put. in tracta. de sindica. in verbo. tortus. cap. 1. incipien. an stetur dicto torti. post nu. 23. Gandin. in titu. de quæstionib. & tormen. num. 17. Angel. de malefi. in verbo. quòd fama publica præceden. num. 106. versi. Decimo quæro, Boer. decisio. 319. versi. Sed in casibus, Antoni. Gomez. variar. resol. tom. 3. cap. 12. rubri. de proba. delictor. post num. 17. Iul. Clar. in practi. crimi. §. fi. q. 21. versi. Dictũ socij post princi. Et tandem vide Prosper. Farinace. de indicijs & tortu. q. 43. num. 56. vbi infinitos concordantes allegat.

Quæ autem dicantur crimina excepta in quibus de se confessus potest de socijs, & complicibus interrogari, mox infra intelliges. Sed in summa crimina excepta dicuntur illa quæ Reipublicæ pestifera sunt, multitudinemq; & bonum publicum lædunt, & in quibus non solum socius potest de consocijs interrogari, sed quicunq; etiã non vocatus proferre se in testẽ tenetur, vt bono publi prouideatur, & puincia malis hominibus purgetur. argu. tex. in. l. congruit. ff. de officio præsid. vide quæ circa hęc late dixi in decisio. crimi. cap. 5. num. 24. cum sequẽ. vbi pluribus probaui, quòd in casus à iure exceptis, & in quibus reus potest de consocijs interrogari, interrogatus etiam tenetur in foro conscientiæ reuelare socios, & complices, & non reuelando peccat. Atque ita in isto casu debent confessarij reum penitẽtẽ monere, vt eos reuelet: aliter dicuntur absoluere impenitentem contra ius diuinum, & humanum. c. penitentia. distin. 3. ca. peccati venia. de regul. iur. in. 6. c. legatur. 14. q. 2. cum alijs ibi per me allegatis.

Et vt intelligas in specie quæ sint ista crimina excepta, atque eis sic cognitis, scias in quibus casibus exigendo à reis depositiones, & confessiones possis illos interrogare de consocijs, & complicibus, dic, quòd crimina excepta, in specie dicuntur sequentia.

Primum est crimẽ læsæ Magestatis diuinæ, in quo de se confessus potest de consocijs interrogari, & interrogatus facit indicium

si aliquem nominat: cum in hoc crimine admittatur in testē tex. in cap. in fidei fauorem; de hæreti. in. 6. & in cap. litteras. de præsumptionib. Et per ista iura ita voluerunt plures Doctores relati per Farinace. de indicijs & tortu. quæst. 43. num. 58.

Secūdum est, crimen læsæ Magestatis humanæ. cap. 1. de confessis. vbi ad litteram dicitur, quòd de se confessi super aliorum conscientijs interrogari non debent excepto crimine læsę Magestatis, facit tex. in. l. quisquis. in fi. C. ad leg. Iul. mag. & tex. in. c. nemini. 15. quæst. 3. ibi quod nemini præterquam de crimine læsæ Magestatis de se confesso credi potest super crimē alienum. vide Angel. de malefi. in verbo, quòd fama publica præcedente num. 31. versic. Idem in crimine læsæ Magestatis. Vbi reddit rationem, quia tale crimen non potest vnus solus committere. Vide plenius quę ipse dixi in dicta decisio. 5. num. 16.

Tertium crimen est, crimen conspirationis, in quo socius coniurationis, & conspirationis pariter in testem admittitur. probat tex. in cap. fi. & ibi glos. extra. de testib. cogend. qui loquitur in cōiuratione facta cōtra Episcopum Rauenanten. item facit tex. in. c. siquis cū militibus. in fi. 5. quæst. 1. vbi loquitur de factione, & coniuratione inita, vel contra principem, vel contra eius consiliarios, vide quoque Alexan. in consil. 13. num. 14. volu. 6. vbi generaliter dicit, quòd ad probandam conspirationem contra aliquem possunt admitti testes, & participes criminis, etiam quòd præcium pro hoc recepissent & iurassent non reuelare, per tex. in dicto cap. fi. de testib, cogend. & quòd conspiratio dici potest omnis conuenticula, vel coniuratio multorum ad actū illicitum per tex. in cap. coniurationum, cum quatuor sequētibus capitulis. 11. quæst. 1. Vnde apparet Alex. loqui generaliter in omni conspiratione facta etiam contra alium, quam contra Principē. Vide etiam Ioan. Mar. Monticel. regu. crimi. 4. num. 18. in prin. iuncto. versicu. 10. vbi alios adducit concordantes, & loquitur in crimine coniurationis, conspirationis, rebellionis, & subuersionis status. Vide etiam late Farinace. de indicijs & tortu. q. 43. num. 61. & 62. Tiber. Decian. in consil. 18. nu. 61. & seq. lib. 1. & tenent idem plures ab eis relati. Et ipse posui hūc casum in dicta decisio. 5. num. 20.

Quartum crimen est, crimen falsæ monetæ, quod cum sub læsæ Magestatis crimine claudatur, vt in. l. siquis nummos. C. de fal. mone. & regulariter non soleat nisi cum pluribus fabricari, ideo de se confessus poterit etiam de alijs interrogari, & torqueri. tex. in. l.

1. C. de falsa mone. ibi facti conscios per tormenta illico proditu ri Salycet.in.l. fi. post num. 7. C. de accusationib. & in. l. quoniam liberi.post num.5. C. de testib. & vide me ipsum in dicta decisio. 5. num.18.Bossi.in titu.de indicijs, & considera.ante tortur.num.145 versi. In falsificatorib⁹ monetam. Grammati.consil.21. num.3. in fi. & decisio.28. post nu. 10. Anton. Gomez varia.resolu.tomo.3. cap. 12.rubri.de probatio.delict.num. 16.Menoch.de arbitra.lib.2.casu. 474.num.35.Mascard.de probationi.lib.1. conclusio. 466.num. 8.& lib.3. conclu. 1311. num. 32. & Tiber.Decian.in tracta.crimi.lib. 7.cap.24.num.9.par.2.

Quintum crimen est, latrocinij crimen.Latrones enim, & publicarum viarum grassatores de consocijs interrogari possunt, & torqueri,cum crimẽ tale sit,quod non soleat nisi à pluribus cõmitti. probat expresse tex.in.l.prouinciarum.C.de ferijs. ibi nec differatur sceleratorum proditio consiliorum,quæ per latronum tormẽta quęrenda est,& tex.in.l.si diuus ff.de custo.reor.ibi.vt irrenarchę, cum appræhenderint latrones interrogent eos de socijs,& receptatoribus. Et per ista iura hoc idem affirmarunt plures Doctores relati per Farinace.de indicijs & tortu.quæst.43.num.64. & ipse latè in dicta decisio.5.nu. 14.hunc cõprobaui casum.

Sextum crimen est, assassinij crimen,in quo assassinus propter immanitatem criminis potest de mandatoribus interrogari. Bald. in.l.non ideo minus, & ibi glo. C. de accusatio.Paris. de Put. de sindica.in verbo.tortus cap.1.an stetur dicto torti post num. 25. versi. Et dicit Bald. Angel. de malefi. in verbo. Et Sempronium mandatorem,& num.3.versi. Et bene nota. Boer. in decisio. 319. num. 2. versi. Item etiam in crimine assassinamenti. Marsill.in. l. is qui cum telo.num.74.C.de siccar.Menochi. de arbitr.lib.2.casu.474.num.32. Gabriel.lib.6.conclusio.1.num.25. Mascar.de probatio.lib.3. conclusio.1311.num.3. Farinace. de indicijs & tortu.quæst.43.num.65.vbi plures adfert concordantes. Et dicit ita communiter à Doctoribus fuisse receptum.

Septimum crimen est, de maleficis, & Mathematicis, quod cum sit delictum cuius extirpatio spectat ad omnium salutem possunt de consocijs interrogari, & torqueri per tex.in.l.fi.in fi.C.de malefi.& mathe.Salicet.in.l. fi. nu. 8. C.de accusationib.vide quæ circa hæc dixi in dicta decisio. 5. num. 15. vide etiam plures concordantes citatos per Farinace. de indicijs & tortu.quæst.43.num.67.

Alia etiam sunt crimina quæ iuxta multorum sententiam ex-

ceptuata quoque dicuntur, & in quibus ſocius poteſt de con.ſo-- cijs interrogari, quæ cumulauit Proſper. Farinace. de indicijs & tortu. quæſt. 43. num. 56. vſque in finem quæſtionis, vbi de hac re lõ gam iuſtituit diſputationem, vide ibi per eum.

Permittitur etiã interrogatio ſocij criminis adducti in teſtem, quãdo proceditur in iudicio per accuſationem: quia ille ſocius criminis etiam quòd ſolus viderit tenetur adductus in teſtem contra conſocium teſtimonium ferre. ita Soto de iuſti. & iure. quæſt. 7. arti. 1. lib. 5. Ratio eſt, quia cum proceditur per accuſationem, accuſator tenetur pœna talionis: hoc eſt tenetur ſubire eandem pœnam ſi nõ probauerit, quàm reus debuit pati, ſi ipſe accuſator probaſſet. Quæ res ad id inuenta eſt, ne facile quis profiliat ad accuſationem cum ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram. ita probatur in l. ſi cui crimen. ff. de accuſatio. & in. l. fi. C. eod. titu. cap. ſuper his. extra. de accuſatio. & in. c. quis quis. & in. c. qui crimen. 2. q. 8. Igitur cum ſocius ab accuſatore producitur ſeu ducitur in teſtẽ, tenetur ipſe etiam quòd ſolus viderit dicere veritatẽ quam ſciet, ne tacendo inferat dãnum accuſatori, qui ad probandum ſub dicta talionis pœna lege conſtringitur. Ex ſeptem enim præceptis ſecundæ tabulæ decalogi colligitur lex generalis, & naturalis de non nocendo proximo aliquo modo, vt Exodi. 20.

22. Et ne iudex dubitet qualiter facienda ſit interrogatio de ſocijs, fautoribus vel receptatoribus in dictis criminibus exceptis, illum ſcire oportet, quòd dicta interrogatio fieri debet in genere, interrogando an fuerint aliqui ſocij in illo delicto, non autem in ſpecie ſeu indiuiduo de Cayo, vel Sempronio, ita Salicet. in. l. fi. col. penul. verſi. Quarto nunc de modo. C. de accuſationib. Ruin. in conſi. 7. num. 14. verſi. Nec etiam frater vol. 5. & Blan. in tracta. de indicijs num. 381. aliter enim eſſet potius ſugerere, quam interrogare contra tex. in. l. 1. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtionib. & ibi communiter Doctores. Idem quoque ſentit Martinus ab Spil. in manuali, cap. 18. de octauo præcepto. num. 58. Et ſi reus interrogatus generatim, an habuerit ſocios in illo delicto reſpondet quòd ſic, tunc iudex poteſt & debet illum reinterrogare, quòd manifeſtet & nominet illos, & in dicto caſu reus, tanquam ſecundum iuris ordinem interrogatus tenetur illos propalare, & manifeſtare. Nam ſi ſocius criminis exſe tantum etiam non interrogatus tenetur prodere conſocios in criminibus exceptis, maximé quando videt, aut credit

credit illos præteritorum non penitere, immo esse paratos ad noua cum magno damno publico, aut priuato committenda, multo maiori ratione in dictis criminibus poterit iudex reinterrogare, quòd consocios quos respondendo interrogationi generaliter factæ dicit in delicto interuenisse nominet & propalet.

23. Poterit etiam iudex interrogare reum de consocijs specialiter, quando ex processu apparet delictum fuisse commissum cum socijs contra quos in individuo præcedũt indicia, seu infamia, hoc est contra Petrum vel Ioannem: quia in hoc casu dictus criminis socius 24 potest per iudicem interrogari de Petro vel Ioanne cõsocijs suis, ita sentiunt Salycet. in. l. fi. col. penul. versi. Quarto nunc de modo. C. de accusationib. Ruyn. in consil. 7. num. 14. vol. 5. & Blan. in tracta. de indicijs. num. 381. Idq; obtinet locum nedum in delictis, verũ etiam in non exceptis, quando vt dixi contra aliquos specialiter indicia vel infamia præcedunt. ita Farinace. de indicijs & tortu. q. 43 nu. 132. & indicto casu dictus reus tenetur contra illos suum testimonium ferre. Nã cum testimonium 25. alicuius subditi requiritur authoritate superioris cui in his quæ ad iustitiam pertinent obedire tenetur, non est dubium quin teneatur testimonium ferre in ijs in quibus secundum iuris ordinem testimonium ab eo exigitur; puta in manifestis, & in his de quibus infamia præcessit. ita sanct. Thom. 2. 2. q. 70. articu. 1. in versi. Respondeo. & resoluit idem Domini. de Soto. de iusti. & iur. q. 7. arti. 1. Et adeo hæc sunt vera secundum Thom. 2. 2. q. 69. artic. 1. quòd nisi fecerit, peccat mortaliter tanquam veniens contra debitum iustitiæ: immo & contra se secundum iuris ordinem interrogatus tenetur in foro conscientiæ sua grauia delicta secreta confiteri, ita Nauar. in manuali. cap. 18. de octauo præcepto. num. 57.

Præterea, quãdo iudex interrogat reũ de cõsocijs in casib⁹, ĩ quibus potest, debet obseruare quòd exigat ab eo iuramẽtũ: quia crimi nis socius debet contra cõsocium deponere cum iuramento. iuxta tradita ab Hippolit. in practi. §. diligenter. num. 62. cum multis sequẽtibus cuius opinionem appro bat Iul. Clar. in practi. q. 21. versi. Quæro nũquid: quia licet quo ad se ipsum sit reus, dum tamẽ depo nit contra alium fungitur vice testis: & ideo non adhiberetur ei fides, nisi cum iuramento.

Sed quæro, quid si reus interrogatus per iudicem de consocijs in casibus in quibus potest illum interrogare dictus reus non vult ei respondere, neque socios propalare, an ipse iudex poterit illum com-

compellere per torturam? Respõ deo, quod sic, dum tamen præcedat contra eum præsumptio, vel indicium, quôd interuenerunt cum eo socij quos bene cognouit. ita glo. in. l. fi. C. de accusatio. Salycet. in dict. l. fi. num. 9. &. 10. & Antoni. Gomez. de delict. cap. 11. num. 17. in fin. Sed aduerte quòd in Regio concilio non solet fieri hæc compulsio per torturam reis recusantibus manifestare & propalare consocios, nisi quando sunt testibus, vel propria confessione conuicti & morte condemnati: tunc enim post latam mortis sententiam ante illius executionem solent in caput aliorum sociorum, fautorum, vel receptatorum torqueri. Et hæc practica videtur mihi desumpta ex. l. qui vltimo. ff. de pœnis. ibi. Sæpe etiam ideo seruari solent post damnationem, vt ex his in alios quæstio habeatur. Cuius legis intellectus restringitur ad casus exceptos. iuxta Salyceti mentem in dicta. l. fi. num. 4. C. de accusa.

26 Vlterius quæro, quid si quando iudex examinat reum exigendo ab eo depositionem ipse reus nolit respondere interrogationibus sibi per eum factis præcise affirmando vel negando, sed vel omnino nihil respondeat, vel per verba dubia puta non scio, non recordor? Respondeo, quód hoc casu index potest & debet ponere illum ad torturam, & cogere vt respondeat affirmatiuè, vel negatiuè, ita dicit Bald. in. l. accusationem. post num. 11. versicul. Super hoc melius. C. qui accusare non possunt. Et vt dicit ibi Bald. talis tortura non datur reo ad eruendam veritatem: quia ad hoc necesse esset vt præcederent indicia ad torturam sufficientia, vt infra suo congruo loco latius dicam, sed datur ad extorquendam responsionem. Quam Baldi opinionem incontingentia facti approbauit concilium Neapolitanum vt testatur Capici. in decisione. 145. Vide quoque Foller. in practi. criminal. foli. 308. numer. 4. Sed in hoc Regio concilio vidi hoc ita practicari, quòd quando reus respondendo iudici dicit, non scio, non recordor, tunc per notarium dicta verba dubia scribuntur & continuantur, & valent pro depositione.

At quando reus nihil omnino respondet, solent tunc iudices illos ligaminibus, ferris, & astrictioribus carceribus illos compellere, & fateor me non vidisse, aliquem fuisse per torturam compulsum ad respondendum: quamuis mihi videatur illud posse fieri per supra dicta, & quod dicta praxis sit optima & laudabilis.

Sed

27 Sed pone, quòd reus vult respondere, petit tamen dilationem ad respondendum, an velit cedere, vel contendere, quæro, nunquid sit illi dilatio concedenda prout etiam conceditur in causis ciuilibus? Huic quæsito respondet Alex.in.l.1.in prin.num. 6. ff. de eden. dicẽs, dilationem esse cõcedendam, & hoc ita concludi à magis communiter Doctoribus. Sed Bal.in.l. cum falsum. num. 2. ff.de acquir. hæredi. contrariam tenuit sententiam, quòd immo super facto proprio non debeat dari reo terminus ad deliberandum. Et eandem opinionem dicit esse communem Augustt.ad Angel.de malefi.in verbo comparuerunt di cti inquisiti,& confitentur totum. num.6.prout illum refert practi. Conrradi.fol.280.num.2. Et hæc opinio est quæ seruatur de consuetudine: maxime apud nos. Nam reus statim cogitur respondere, qui vt attestatur Salycet.in auth. auferatur. num.6.C.de litis contesta.& ibidem Paul.de Castr.num. 5.& 11 secundum practicam mundi in criminalibus non est dandũ tempus reo ad deliberandum.

§.6. De publicatione inquisitionis, & termino dãdo reo ad se defendendum.

1. *INquisitio infra quod tempus sit reis publicanda.*
2. *Inquisitio reo publicatur vt se defendat: quia nemo non dato illi termino ad se defendendum debet condemnari.*
3. *Defensio reis confessis & conuictis non est deneganda, etiam quòd essemus in atrociss imis delictis.*
4. *Defensio neque excommunicato, neque etiam diabulo si esset in iudicio denegan da est.*
5. *Defensio á reo renuntiari non potest, & si renuntiatur, renuntiatio nulla est, etiam quòd iuramento esset vallata.*
6. *Iudex potest defendendi modum ex causa restringere, & terminum arbitrio suo reis ad se defendendum assignare.*
7. *Inquisitionis publicandæ forma.*
8. *Notarius satisfactus in suo condecenti salario copiam inquisitionis post illius publicationẽ tradere debet illam petenti. Fallit, quando reus petit illam sibi tantũ communicari solutis duobus regalijs, vt ibi.*
9. *Inquisitio reo admisso pro paupere communicari debet, nullo per notarium exacto salario.*
10. *Inquisitio pauperum aduocatis communicanda est eadem die, qua fit prouisio sub pœna ibi contenta.*

1 SCIAS primo, inquisitionẽ reis in carceribus detentis publicari debere intra quinque dies post elapsos viginti quinque dies computandos á die carcerationis ipsorum reorum datos ad fortificandum, & instruẽdum inquisi-

quísitionis processum. Et hoc plane procedit in causis ordinarijs ex tex. in cap. 5. Regis Ferdinandi. 2. in prima curia Barcinonę. Sed aduerte quód dicti quinq; dies quod est tẽpus publicandæ inquisitionis post elapsos dictos viginti quinq; dies non currunt nisi à die quo protestatur de lapsu tẽporis. ita Platea. in. l. iudices. nu. 4. de anno. & tribu. lib. 10. C. Mar sil. Monterd. in decisi. 35. num. 83. vbi multos citat. late Michael Ferrer. in. 3. par. obser. cap. 75. incipiẽ. cãcellarius. Sec⁹ vero in causis regaliarũ in quibus tẽpus publicãdi inquisitionẽ est iudici arbitrariũ qui in dictis causis, vel circa earũ publicationẽ debet se prudẽter habere, ne ꝓpter nimiã dilationem eius conscientia oneretur.

2. Et quia vt diximus exacta à reo depositione iudex debet deuenire ad inquisitionis publicationem, scias etiam, quòd dicta publicatio facienda est cum præfinitione termini & licentia aduocati, & procuratoris ad reum se defendendum, prout est communis practica quæ etiam apud nos seruatur, quòd eodem contextu per iudices publicatur reo processus offensiuus, & eius copia eidem decernitur vna cum termino ad faciendum suas defensiones. de qua practica attestatur Iuli. Clar. in practi. crimina. q. 48. in prin. & q. 49. etiam in prin. Ratio autem quare reo publicatur inquisitio cum termino ad se defendendum est, quia nemo debet condemnari nisi prius dato termino ad faciendum suas defensiones etiam si fuerit delictum sponte confessus. & ita practicari per totum mundum attestatur Salycet. in. l. 2. post num. 7. C. de custo. reo. & Marian. in cap. qualiter & quãdo. post numer. 232. de accusationib. Bosi. in titu. de senten. num. 1. Iul. Clar. & alij per eum relati in practic. q. 49. versic. Igitur. Quæ ratio fundata est in omni iure, diuino, naturali, canonico, & Ciuili. De iure diuino probatur Genes. cap. 3. vbi cũ primi patres peccassẽt Dei præceptũ transgrediẽdo vocauit Deus Adã, & dixit ei, vbi es, quis enim indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperã tibi ne comederes comedisti, vt sic ostenderet concedendam esse reis defensionem antequã ipsi condemnentur. Et pariter probatur in eodem cap. ibi in verbis. Et dixit Dominus Deus ad mulierem Quare hoc fecisti. De iure naturali probatur ex Prospero Farinaceo, & ex multis per eum ibi allegatis. de indicijs, & tortura. q. 39. num. 1. & num. 18. vsque ad numer. 23. vbi etiam infert Principem ea ratione dictam defensionem tollere non posse: quia repugnaret omni æquitati, iuri naturali,

rali, ac diuino. probat hoc etiam tex. in clemen. pastoralis. de senten. & re iudi. ibi cum illa Imperatori tollere non licuerit, probatur etiam in cap. 1. de causa possessio. & proprie. in fi. ibi. Nec nos cõtra inauditam partẽ aliquid possumus diffinire. Et etiam de iure canonico habetis tex. in cap. cum inter. extra de exceptionib. & in dicto cap. pastoralis, & in cap. qualiter & quando. lo. 2. ext. de accusationi. perque iura apparet exponenda esse reis capitula de quibus fuerit inquirendum; vt facultatẽ habeant defendendi se. De iure tãdem ciuili probatur per tex. in. l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re mili. ibi. Si ad diem commeatus, quis nõ veniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset, vel deseruisset pro numero tẽporis, facta prius copia docẽdi num forte casibus quibusdam detentus sit propter quos venia dignus esse videatur. Et sic ex hoc tex. bene probatur, quòd non potest miles tanquam desertor condemnari, nisi prius ipsi data copia, & commoditate suas defensiones & excusationes ad ducẽdi. probatur etiã per tex. in. l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæstionib. vbi statuit iuris consul. de criminibus præsidem oportere ante diem palam facere custodias se auditurum, ne hi qui defendendi sunt subitis accusatorũ criminibus opprimantur: quamuis defensionem quocunque tempore postulante reo negari non oportet, adeò vt propterea differãtur & proferantur. Et generaliter in omnibus causis fiscalibus habemus alium tex. in. l. defensionis facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinẽ fiscus infert. Et sic ex prædictis patet, defensionem non esse reis denegandam; quæ cum concedatur à iure, non debet à iudice denegari, qui si denegaret iniuriam faceret legibus, volẽs meliorem videri quàm ipse leges. vt interminis dixit Rolan. in consil. 12. num. 97. lib. 3.

Et prædicta vera sunt, & locũ
3. obtinẽt, quãuis rei confessi, & cõuicti essent, & nullatenꝰ petiissent defensiones sibi dari. vt testantur Pute. & Marsil. relati per Bossi. in titu. de confess. post num. 6. versic. Contrarium tenet. & alios refert Foller. in practi. crimi. in verbo. et si confitebuntur. prima part. tertiæ partis. num. 64. in discursu per totum, vbi præsertim ex Angelo de Malesi. in verbo qui iudex dictis inquisitis, &c. in prin. dixit, quòd practica omnium criminalistarum est, quòd detur terminus prædictus siue petatur, siue non. Idem testatur Clar. in practi. §. fi. q. 49. sub versi. Sed nunquid. vbi refert ita seruari in prouincia Mediolani. Idemq: seruari in hac prouincia Cathaloniæ, & in Regio concilio fateor me sem-

per

per vidisse non obstantibus Bossij rationibus per eum adductis in titu.de confess.num.6.7.&.8. quibus conatur deffendere absurdũ esse, reo confesso dilationem non petenti eam illi dare:cum eius cõfessio faciat notorie constare de maleficio. Quinnimo ipsemet Bossi. confunditur per ea quæ dixit in titu.de confess.num.14.vbi facit conclusionem,quòd etiam reo confesso non petenti dandus est terminus confessionis. Quare tu iudex prudenter te in hoc habeas, quòd siue reus conuictus,siue etiã confessus sit, nunquam illum condemnes nisi eidem ex oficio, & nõ petenti concesso termino ad se defendendum & allegandum quidquid velit.

Obtinentq; etiam eadem locum licet essemus in atrocissimis delictis in quibus minime est deneganda defensio,nec inditiorum copia cum termino competenti ad purgandum indicia.ita Carer. in practi. crimi.in secundo tracta tu. de indicijs & tortu. §. circa quintum.num.16. vbi allegat Grãmati. voto. 34. in fi. & Marsil.in practi. in. §. diligenter. sub num. 157.& præsertim num.175. dicentes, quòd in enormibus criminibus seruandæ sunt eadem iuris solemnitates quæ in alijs seruantur. Idem Grammati.voto.30.num.2. iuncto num.31.Vbi loquens in crimine veneni, & parricidij, & sic 4. in enormissimo crimine, ad huc concludit reum esse admittendũ ad suas defensiones faciẽdas cum termino. Ioan. Mar. Montis. reg. crimi.14. num. 3. vbi quòd nullibi in iure contrarium reperitur. Concordat Bossi.in titu. de indicijs & considerationib. ante tortu. num.77.vbi generaliter loquitur etiam quòd quis sit delatus maximi delicti. Quare licet crimina hæresis,læsæ Magestatis, assassini atrocissima sint, tamen in eis non denegatur defensio. vt de crimine hæresis testatur Bal. in consil. 95. volu.1.Bossi. in titu.de indicijs & consider.ante tortu.num.78.prope fi.& in titu.de hære. num. 9. de crimi.lęsæ Magest.scripsit Gigas. de crimi. læsæ Magest. lib.1. titu. qualiter in crimi. læsæ Magestatis. proced. q. 19. num.3.& de crimine assassinij probat Carer. in pract.in.2.tracta.de indicijs & tortur.dicto. §. circa quintum. num. 16.

4. Prædicta præterea adeò vera esse existimantur,quòd neque excommunicato,neque etiam diabulo si esset in iudicio denegandæ sunt defensiones. de excommunicato est tex. in cap. cum inter. & ibi glo.ext.de exceptionib.Menochi.de arbitra.lib.1.q.77.num.4. de diabulo loquitur Marsi. in.l. vnius.§. cogniturum. num.77.in fi.ff. de quæstionib. Vanti. in tracta.de nulli.in titu.de nulli.ex defectu

fectu citationis & vnde ac quib. mod. post num. 3.

5. Tandem in prædictorum confirmationem dicimus, reum dictis defensionibus renuntiare non posse, & si renuntiat, renuntiatio non valet. arg. tex. in. l. non tantum. & ibi glo. in versic. acquiescit. ff. de appella. & expresse hoc voluit glo. in. l. pactum inter hæredes. in verbo cum liceat. in versic. Item pactum nequis se defendat. post medium ipsius glo. ff. de pact. quæ glo. vt testantur Duenyas. in reg. 190. in. 4. limitatio. & Iul. Clar. in practi. §. fin. q. 49. versi. Quæro nunc. & Farinace. de indicijs & tortu. q. 39. num. 51. a Doctoribus communiter approbatur. Et eam etiam glo. sequuti sunt Bart. in. l. custodias num. 3. ff. de publi. iudi. & in. l. quidam sunt serui pœnæ. ff. de pœnis. & in dicta. l. non tantum. ff. de appellationib. Imo. in dicta. l. custodias. nnm. 3. ff. de publi. iudi. & in cap. cum veniſſet. nu. 7. extr. de testib. & in. l. vnica. nu. 61. C. de cõ fess. Ias. in. l. siquis in conscribẽdo. num. 18. C. de pact. Marsil. in practica §. examinata. nu. 1. in prin. & num. 11. in fi. & in. l. vnius. §. cogniturum. nu. 88. ff. de quæstionib. quibus in locis & rationẽ & alios adducit concordantes. & Menochi. de arbitrar. lib. 1. q. 7. num. 9. Et dicit Bal. in. l. vnica. nu. 24. C. de confess. in tãtum hoc esse verũ, quòd nec talis renuntiatio valeret etiã quòd iuramento esset vallata. Et probatur hac ratione, quoniã per eã tollitur defensio, quæ status est personæ, & est de iure naturali. vt in clemen. pastoralis de re iudi. & per consequẽs est publici iuris, ideo iuramẽto non confirmatur. arg. cap. si diligẽti. de foro cõpeten. Ex quo enim dictũ iuramẽtũ tollit defensionẽ dicitur esse cõtra bonos mores naturales, & ideo non est obligatoriũ. vt in regu. nõ est obligatorium. de reg. iur. in. 6. Probatur etiam alia ratione, quòd nemo est dominus membrorũ suorum, ac per consequens nõ potest sibi ipsi tollere defensiones legitimas sibi competentes: quia occideret se ipsũ, & sic peccaret. Sed iuramentũ quod venit in dispendiũ salutis æternæ non valet: nec est seruãdũ. vt in cap. quãuis pactum, cũ similib. de pact. in. 6. Ergo, &c.

Et quãuis Bal. in. l. raptores in. 4. notabili. num. 4. ff. de episco. & cleri. per glo. in. l. 1. ff. de furib. Balnear. quem sequutus est Angel. de malefi. in verbo. qui iudex dictis inquisitis & cuilibet eorũ. num. 5. scripserit originaliter prædicta nõ procedere, quãdo reus renũtiaret suis defẽsionib⁹ adiecta causa, quia scilicet certo sit nullã sibi cõpetere defensionẽ: existimans hoc modo renuntiationẽ. conceptam valere. Tamen contrarium est rei veritas: vt supra ostensum est. Im-

mo fatentur ſcribentes malefacere iudices inducendo reos ad renuntiandum ſuis defenſionibus ſub prætextu, quòd defenſione carent: & propterea conſulitur iudicibus, quòd caueant à tali inductione, ne ſuper eos, & eorum filios conuertatur ſi inique egerint. Vide de his Angel. in. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſiquis cautionib. Iul. Clar. in practi. §. fi. q. 49. verſi. Quæro nunc. in fin. & & Proſper. Farinace. de indicijs & tortu. q. 39. num. 56 vbi concordantes allegat. Quare tutius eſt, quòd iudices in omni caſu, ſiue rei confeſsi fuerint delicta, ſiue ſimus in atrociſsimis delictis, ſiue quauis clauſula adiecta fieret renuntiatio aſsignent dictis reis terminũ ad ſuas dandũ defenſiones.

6. Sed ſcias, quòd quamuis exprædictis appareat, iudicem non poſſe reo tollere ſuas defenſiones poteſt tamen defendendi modum ex cauſa reſtringere, & terminum arbitrio ſuo reis ad ſe defendendum aſsignare. & ita practicari ſolet in toto hoc Principatu Cathaloniæ.

7. Forma autem publicandi reo inquiſitionem, & dandi terminum ad ſe defendendum hæc eſt, quòd fiſci procurator offerat ſcedulam tenoris ſequentis.

Cum per merita præſentis inquiſitionis & aliás cõſtet de intẽtione fiſci procuratoris Regia curiæ aduerſus, et contra. N. id circo, petit dictus fiſci procurator prædictũ. N. debite puniri, et ſi opus fuerit de tormentis prouideri, & exhibet & producit regias præconizationes petẽs in ſeri ſeu conſui, & iuſtitiam fieri et miniſtrari & proteſtatur.

N. fiſci aduocatus.

Debes hic aduertere, quòd ſupra dicta petitio fit in cauſis ordinarijs, & eadem faciẽda eſt in cauſis regaliarum, & in cauſis quæ cum qualitate ad Regium concilium euocatæ fuerunt, niſi quòd in cauſis euocatis & regaliarũ dicta petitio eſt facienda in forma ſupplicationis. Et vtroq; ſeu quouis modo fiat, prouiſio iudicis debet fieri vt ſequitur.

Die 28. Auguſti. 1602. habita præſenti inquiſitione p̃ publicata concedit copiã de eadẽ & licentiã aduocati & p̃curatoris, & terminũ ad dandũ ſuas defenſiones hinc ad diẽ Jouis proximã, & inſerantur ſeu conſuãtur producta & intimetur.

N. Iudex.

8. Facta dicta prouiſione & ea reo intimata, ſi ipſe reus petit ſcribæ cauſæ copiã inquiſionis ſibi dari, ipſę ſcriba cauſę tenẽt ei dictã copiã tradere ſatisfact⁹ tamẽ in ſuo cõdecenti ſalario, & hoc ſiue reus pauper ſiue diues ſit iuxta text.

in

in cap. 5. Regis Philippi in curia Montissoni anni. 1553. quæ constitutio innoua compilatione est collocata sub titu. de communicatio de processos. cap. 5. At si dictus reus nolit dictam copiam, sed tantũ processum sibi communicari, debet in dicto casu scriba causæ dictum processum communicare receptis tantum per eum duobus regalijs prodicta communicatione, vt in dicto capit. 5. Idem probatur in capit. 46. curiæ anni. 1547. quod incipit declarant, & nunc est cap. 4. sub titu. de communicatio de processos. innoua compilatio. Intellige tamen dicta duo regalia exigenda esse à personis quæ pro pauperibus admissæ non sunt. vt in dicto. cap. 4. dicto titu. de communi. de processos. in dicta noua compilatione. & etiam probatur in constitutione. 56. curiæ anni. 1599. vbi notarijs contra facientibus imponitur pœna decem librarũ. 9. Secus vero à pauperibus scilicet ab his qui in eleemosyna carceris recepti fuerunt à quibus nõ licet notario processus quicquam prodicta cõmunicatione exigere sub pœna priuationis officij. vt in eo. cap. 4.

Extende etiam, quòd neque liceat dicto scribæ causæ ab alijs pauperibus non receptis in dicta eleemosyna prodicta communicatione dicta duo regalia exigere si & vbi prouisum sit eos esse pauperes. cap. 38. Regis Ferdinan. in 3. curia Barcinonæ anni. 1503. nunc sub titu. de communi. de processos cap. 1. & probantur prę dicta omnia per nouissimam constitutionem supra allegatam curiæ anni. 1599. cap. 56.

10. Præterea etiam prodictis pauperibus statutum est, quòd publicata illis inquisitione, & facta prouisione seu iussione scribæ causæ quòd dictam inquisitionem alteri ex pauperum aduocatis, seu alteri eorũ communicet, teneatur dictus scriba causæ illa eadẽ die dictæ iussioni parere, sub irremissibili pœna duodecim librarũ monetæ Barcinonæ ꝑ qualibetvice dictæ piæ pauperũ eleemosynę applicandarũ. probat tex. in cap. 18. curiæ anni. 1564. nunc in titu. de communicatio de processos. ca. 6.

§. 7. De recipiendis, & examinandis testibus qui in reorũ defensionem exhibẽtur.

1. *PRouisionis faciendæ in calce articulorum, qui in reorum defensionem offeruntur forma.*

2. *Testes qui in reorum defensionem producuntur recipiendi sunt in iudicis præsentia. Limita nisi testes essent aliquo iusto impedimento impediti.*

3. *Testes deponentes super negatiua in determinata & improbabilis sunt suspecti de falso. fallit. vt ibi.*

PEractis supradictis, scilicet publicata inquisitione, & habita copia illius, seu processu dictę inquisitionis communicato, rei vel eorũ procuratores & actores cõmuniter solent defensiones per articulos iudici offerre. Atq; ita scies, quòd quando iudici articuli defensionũ offeruntur, debet ipse iudex in calce dictorum articulorum sic prouidere.

1. *Die 29. Augusti 1602 ministratis testibus paratus est illos recipere, & intimetur.*

Et si in & cum dictis articulis fit exhibitio aliquorum instrumẽtorum debet sic prouidere.

29. Augusti. 1602. ministratis testibus paratus est illos recipere: & inserantur producta, seu cõsuantur exhibita. et intimẽt.

N. Iudex.

2. Oblatis ergo defensionum articulis, & facta dicta prouisione, ministrantur pro parte rei testes, in quorum receptione iudex obseruabit sequẽtia. Primo quòd illi testes recipiantur in sua præsentia: quia testes qui ad defensam deponunt vt plurimũ recipuntur ab ipsis iudicibus, ideo quòd eo casu, maior est fraudis suspicio, adeo, quòd nec notarius etiam iudice præsente potest interrogare illos. ita in constitutio. 4. Regis Philippi. Quæ etiam obtinent locum, quamuis testes essent in longinquis partibus: quia nõ attenditur distantia loci, neque committitur alteri eius examen, sed citatur, vt veniat personaliter ad deponẽdũ. & ita obseruat Regium cõcilium. Obseruariq; attestatur Caraui. super ritu. 87. magnæ curiæ num. 5. vide quoque Iul. Clar. in practi. q. 26. in prin.

Nec refert, quòd testis esset egregia persona quia dispositio. l. ad egregias. ff. de iure iuran. vt scilicet personæ egregiæ examinentur in earũ domibus non habet locũ in causis criminalibus: sed debent venire ad deponendũ coram iudice, si ita ei videatur. Et ita seruari attestatur Caraui. super ritu. 142. magnæ curiæ. num. 1. & Iul. Clar. in practi. dicta. q. 26. in versi. Et aduerte. A prædictis tamen excipiuntur testes qui aliquo iusto impedimento essent impediti puta honeste mulieres, infirmi, aut debilitati: nam eo casu, non cogũtur ad iudicẽ venire, sed ad eas accedit ipse iudex, vel mittit notariũ. Et ita obseruari vidi in Regio concilio. Atque ita obseruari attestatur Caraui. in ritu. 155. magnæ curiæ. num. 2. & alijs sequentib.

3. Secundo iudex in hac testium receptione debet esse valde cautus, quando ipsi testes deponunt super negatiua, maxime quando ipsa negatiua est indeterminata, & im-

& improbabilis: quia testes super ea deponentes sunt suspecti de falso: negatiua enim simplex, & inde terminata est improbabilis, vt dicit glo. in. c. bonæ. 1. in verbo per rerũ naturã. de electio. quã dicit cõmuniter approbatã Parisĩ cap. quoniã cõtra. nu. 8. de proba. & eã dẽ dicit cõmunẽ Hercul. de probã. nega. nu. 127. Quod fallit, quando ipsa cohartatã loco & tẽpore: quia tunc æque probatur vt affirmatiua, quãdo scilicet testes deponunt ipsam negatiuã, & reddunt rationẽ quòd non potuissent esse, vel fieri, quin ipsi testes vidissent, vel sciuissent. ita dixit glo. in. §. si vero absunt. in verbo. & vidisse. in auth. de hæred. & falcid. collatio. 1. Et hanc esse verã & receptã sentẽtiã attestatur Simãcas. de hæret. cap. 26. num. 4. & Iul. Clar. in practi. q. 52. versi. Scias autem.

Et quia testes deponentes sũper negatiua incontinenti sunt suspecti de falso, ideo iudices debẽt aperire occulos ne ob illorũ temerariam assertionem veritas obrũbetur. Atque ita multoties vidi plures testes super negatiua deponentes fuisse per iudices Regiæ curiæ vt suspectos de falso detentos, & Regijs carceribus mancipatos. Facile enim testes ignorantes in reorum defensionem ad peribendum falsum testimonium inducuntur hoc falso motiuo, quòd liberare reũ à supplicio est actus meritorius. Et propterea quando iudex vidit testes in offensam receptos loqui affirmatiuè de veritate facti, & testes qui in defensam producuntur deponendo super negatiua etiam cohartata loco & tempore impugnare & omnino destruere depositiones testiũ offẽsiui processus, debet in hoc conflictu, in hacq; perplexitate inspicere & cõsiderare rei naturam, qualitatem facti, & omnium testium vtriusque processus tam offensiui, quàm defensiui conditionem: vt sic dicernere possit quibus maior fides danda sit, & an illa negatiua sit falsa, vel non.

§. 8. In quo quæritur,

an facta publicatione processus criminalis, & etiã receptis iam testibus in defensam possint iterũ recipi testes in offensam, positq; iudex de nouo super eodem facto contra reum inquirere, & processum inquisitionis fortificare.

1. *IVdex publicata inquisitione, & sic publicatis attestationibus an possit itterũ in offensam contra eundẽ reum, & super eodem facto testes recipere.*

1. NON abs re dubitari posset an iudex publicata inquisitione reo ad se defendendum, & sic publicatis attestationibus possit iterum in offensam cõtra eundem

reum, & super eodē facto testes recipere. Nā nō nulli in hac sunt sentētia, quòd quādo proceditur parte instāte non possunt in criminalibus post publicatas attestationes neque in offensam, neque in defensam recipi testes. Et hāc dicit esse cōmunē opinionē Areti. in cap. cū clamor. col. 2. versi. Nunc autē maturius. de testib. prout illū refert Bosi. in titu. de publi. procu. nu. 3. Quod etiam existimāt procedere nō modo super eisdē capitulis, sed neque etiā super directo cōtrarijs prout attestatur Bosi. hanc esse communem Doctorum sententiā in loco præallegato num. 5.

Attamen sunt alij sentientes, iudicē posse ex officio testes ad rei offensam recipere etiā post publicatas attestationes, & hanc dicit esse communem opinionem Areti. in cap. fraternitatis. num. 36. de testib. quem refert Villalob. in sua collectanea communi. opinio. in littera. T. num. 86. Quinimo (secundum eum) potest ipse iudex ex officio examinare facere testes etiā ad offensam publicatis attestationibus ad inueniēdum maleficium. Verum accommodando prædicta ad practicam quæ vbique obseruatur, & præcipue in hoc Regno dico, quòd aut loquimur quando accusator comparet in iudicio, nam eo casu, si delictum est tale pro quo non potest procedi nisi ad quærelam partis nullo modo iudex debet pro accusatore probationes aliquas inducere, neque ante publicatas attestationes, neque post. Quod quidē in hoc Regno verificari potest in causis criminalibus ordinarijs contra milites, contra quos criminaliter absque partis instantia procedi non potest per speciale priuilegium brachio militari concessum. Si vero delictum est tale pro quo potest etiā procedi ex officio, vt sunt omnia delicta in Cathalonia, in quibus vt supra ostēsum est, proceditur per inquisitionem, tunc iudex instante fisco potest ad inueniēdū delictū, & delinquentem, etiam attestationibus publicatis de nouo inquirere. Et ita obseruat communis praxis in hoc Regno. Et postea hæc quæ de nouo inquiruntur, etiam reo publicātur; vt de illis se defendere possit. Et fit hæc publicatio sub forma sequenti.

Super nouiter actitatis datis defensionibus supplicat fisci procurator Regia curia iustitiam fieri & ministrari.

N. fisci aduocatus.

Prouisio iudicis.

Die. 17. Septembris. 1602. habitis nouiter actitatis pro publicatis concedit terminū ad dandū suas defensiones, vsq; ad diē Lunæ exclusiue, & intimetur.

N. Iudex.

Et

Et quando defensiones dãtur per reum ad nouiter actitatis satisfaciẽdum iudex in calce articulorum seu defensionum debet sequentem facere prouisionem.

Die.20.Septẽbr.1602.ministratis testibus paratus est illos recipere.

N. Iudex.

Deinde per scribam causæ defensiones sub hac formà, & in modum sequentem continuantur.

Die.26.Septembris.1602.Barcinone. Per magnificum. N.V.J.D. iudicem Regiæ curiæ *super articulis oblatis pro parte. N. fuerunt receptæ sequentes defensiones.*

Antonius.N.testis citatus productus qui iurauit, &c. Et primo fuit interrogatus super primo articulo, &c. Et eodem modo procedet per alios articulos.

Postea publicantur defensiones, & si sumus in Regio concilio fit publicatio in forma sequenti. Scilicet, quód ex parte fisci procuratoris fit sequens scedula.

Habitis defensionibus si quæ datæ sunt pro publicatis petit fisci procurator Regiæ curiæ ad relationem assignari, & iustitiam fieri.

N fisci aduocatus.

Aduerte quòd supra dicta scedula in causis regaliæ, seu euocationis causæ debet fieri cum supplicatione. Et vtroque modo fiat per iudicem est facienda prouisio sequens.

Die.16.Marcij.1603. habitis defensionibus pro publicatis assignat ad relationem in Regio concilio ad diem præsentem cum sequẽtium continuatione, & intimetur.

N. Iudex.

Scias tamen quòd apud ordinarios qui solum habent vnũ iudicẽ vel assessorẽ non assignatur ad relationẽ; sed statim quo petitur defẽsiones haberi p publicatis, simul etiã petit ad sẽtẽtiã assignari.

Præterea si pro parte rei prætẽditur, aduocatos audiendos esse in Regio cõcilio, vel extra, debes hoc petere cum supplicatione seu scedula & iudex in calce dictę supplicationis seu scedulæ diẽ ad illos audiendũ assignare debet, iuxta tex. in cõstitutio. 84. Regis Philippi. in curia Mõtisioni anni. 1585. & faciet prouisionẽ i forma sequẽti.

21.Marcij. 1603. facto verbo in Regio concilio assignat ad audiẽdũ aduocatos ad diẽ proximã, vel ad diẽ. N. hora cõcilij, & intimetur.

N. Iudex.

Peractis omnibus supra dictis, deueniendum est ad sententiam; vt sic liti criminali finis imponatur. In qua quidem re distinguendum est, quòd aut ex meritis processus non constat plene, nec semi plene, quòd ille reus de cuius causa agitur cõmisserit delictum de quo impetitus fuit, neque apparẽt indicia quibus contra eum possit deueniri ad torturam, & in isto casu ille talis reus meritis processus attentis est absoluendus. Et forma huius absolutionis iuxta consuetudinem, & practicam Regij concilij est quæ sequitur.

Die. 26. Februarij. 1603. *meritis processus attentis, & alias insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet, quòd. N. tradatur sub sacramẽto & homagio ad requisitionẽ dierum ad pœnam viginti quinque librarum.*

Nota, quod hæc forma traditionis sacramenti & homagij est in vsu ꝑ carceratis pauperibus qui à notorio manuleutam, seu fideiussionem idoneam pro aliqua quantitate præstare non possunt. Nam pro illis qui non sunt ita miserabiles fit multoties prouisio sub hac forma.

Die. 26. Februar. 1603. meritis processus attentis, & aliás insequendo conclusionem in Regio cõcilio factam prouidet, quòd. N. tradatur idonea manuleuta ad requisitionem dierum ad pœnam. 30, vel cẽtum librarum. Aduerte tamen quôd hæc forma hodie vix est in vsu.

Aut non constat plene, quòd ille reus commisserit delictum, bene tamen sunt contra illum indicia sufficientia ad torturam, & in hoc casu sententia ferenda debet esse tormentorum. Aut meritis processus cõstat plene de delicto, & delinquente, vel quia est conuictus testibus, vel propria eius confessione alijs probationibus admiculata, & eo casu sententia ferẽda debet esse diffinitiuè condemnatoria.

Sed posito quòd probationes non sufficiant ad condemnãdum, sed solum sint indicia ad torquendum, & quòd ideo tormentorum sententia ferenda sit, vt veritas ab ore reorum eruatur, ideo oportunum erit, vt de tortura, & de his quæ iudex antequam ad eam deueniat cõsiderare debet tractem⁹, de quibus plene videas in. §. sequẽti.

§. 9. De tortura, & de his quæ iudex considerare debet antequam deueniat ad illius condemnationem.

1. TOrqueri quis non debet, nisi prius constet de delicto.
2. Tormentis quis subijci nõ debet nisi pro de-

delictis pro quibus mereatur pœna corporalis ideſt vltra relegationem.

3. *Pœnæ vltra relegationem quæ dicantur.*

4. *Tortura infligi non debet niſi in ſubſidium, id eſt, quando aliæ probationes haberi non poſſunt.*

5. *Tormentorum pœna, quamuis arbitraria ſit, nihilominus tamen cauere debet iudex ne ad illam prætextu arbitrij procedat, ſine aliquo indicio. Quod non ſolum obtinet locum in minoribus delictis, verum etiam in maioribus, & in atrociſſimis.*

6. *Indicia ad hoc vt ſufficiant ad torquendum debent eſſe plene & perfecte in ſua ſpecie probata.*

7. *Dictum vnius teſtis de viſu ſufficiens eſt ad torturam, quando teſtis eſt omni exceptione maior.*

8. *Iudicis arbitrio relinquitur torquere reum ex vnico vel pluribus indicijs.*

9. *Torqueri regulariter poteſt omnis ille qui non reperitur probibitus. Ab hac regula excipiuntur Doctores, perſonæ conſtitutæ indignate, milites ideſt equites, nobiles, minores quatuordecim annis, ſenes decrepitæ ætatis, & mulieres prægnantes.*

10. *Sententiæ tormentorum forma.*

11. *Sententia tormentorum vicegerentis generalis gubernatoris ſiue procedat vice regia, ſiue via ordinaria, cum ſuo ſolum aſſeſſore eſt expedienda per modum ſententiæ, & non per modum prouiſionis abſque inſertione illius clauſulæ, ſeu illorum verborum ſacro ſanctis Euangelijs corã ſe poſitis. etc.*

1. IMprimis antequã iudex ponat aliquem ad torturã cõſiderare debet, quòd conſtet ei de delicto. iuxta ea quæ tradidit Iul. Clar. in pract. q. 4. &. 55. verſi. Poteſt etiam. Iuſti enim iudices & qui conſiderate procedunt, neminem ponunt ad torturam, niſi prius de delicto ipſo appareat. Et ideo miratur Iul. Clar. quòd ſenatus Mediolani iuſſerit torqueri quẽdam Symeonẽ Hæbreum qui delatus fuerat quòd puellam chriſtianã vitiaſſet, & deinde ad occultandũ ſcelus morti tradidiſſet licet de cadauere non conſtaret. Et qualiter conſtare debeat de delicto dixi ſupra in prin. præludij, num. 5.

2. Secundo iudex antequam deniat ad torturam conſiderabit an delictum tale ſit pro quo quis ſit tormentis ſubijciendus, ſcilicet, quòd pro eo ingeratur pœna corporalis. Nam vbi non ingeritur niſi pœna pecuniaria, vel alia corporis non afflictiua, non eſt ad torturam procedendum. Torturæ enim ratio ſolum in illis caſibus habenda eſt pro quibus venit imponẽda vltra relegationem, non infra. vt refert Grammati. conſil. & voto. 15. & vide Foller. in practi. in rubri. rei indurati torqueantur. num. 12. Et pœnæ vltra relegationem dicuntur illæ quæ ſunt de mero imperio, vt eſt pœna mor-

3. tis ciuilis quæ adimit libertatem: quia seruitus quoad actus ciuiles morti æquiparatur; vt est quando quis libertate priuatur, puta, quia damnatur in metallũ, vel in opus metalli, vel in opus publicum imperpetuum, vt est hodie condemnatio ad triremes, vel quando imponitur pœna abscisionis membri. vt dixi de his late in meis decisionib. criminalib. decisio. 16. numer. 2. &. 3. Et ideo cum tortura sit grauis afflictio, certe non debet maior pœna inferri reo non conuicto, nec condemnato, quàm esset inferenda ex ipsa condemnatione vbi esset de crimine conuictus, vel confessus. Vbi vero pœna corporalis imponitur solet in distincte ad torturam procedi. Et hoc est quod maximopere iudex animaduertere debet antequã ad torturam procedat.

4. Tertio curabit etiam videre an delictum probari possit aliter quàm per torturam: quia regulariter ad torturam deueniri non debet nisi in subsidium, quando scilicet aliæ probationes haberi non possunt. Et ita cõcludere Doctores attestatur Practi. Conrradi. fol 289. post num. 6. Atque etiã ita obseruari de consuetudine fatentur Angel. in l. fi. post num. 4. C. de quæstionib. Boer. decisio. 163. num. 1. Quare si aliter constet, de delicto, reus torqueri non debet. Et hanc dicit esse cõmunem opinionem Marsil. in l. 1. in prin. num. 7. ff. de quæstionib. & vide Iul. Clar. in practi. q. 64. versi. Debet etiam iudex. Fatuus enim esset iudex qui torqueret aliquem contra quem esset plene probatum, vt dicit Alberi. in rubri. C. de quę stionib. num. 9.

5. Quarto quamuis verum sit, arbitrio iudicis relinqui an quis sit tormentis subijciendus, vt est tex. capitalis & expressus. in l. de minore. versi. Plurimum. ff. de quæstionib. tex. in l. 3. §. eiusdem quoque. ff. de testib. tex. in l. 1. §. expilatores. ff. de effractorib. & expilatorib. & vtrobiq; communes Doctores, nihilominus tamen cauere debent iudices ne procedant ad torturam prætextu arbitrij sine aliquo indicio: quia licet iudex ex suo arbitrio possit ad tormenta pocedere intellige hoc verum, si aliquod habeat indiciũ per quod eius animus moueatur, quód ille qui in culpatur de crimine sit torquendus, sed non aliàs. Nam arbitrium non supplet defectum indicij vbi nullũ est indicium, & facti quæstio in arbitrio iudicantis est, non autem iuris authoritas. l. ordine. §. 1. ff. ad municipa. cum alijs per Gandin. allegatis. Vide late Prosper. Farinace. de indicijs & tortu. q. 37. num. 71. 72. &. 73. vbi infinitos allegat concordantes. Atque ita recte sentit Iul. Cla. in practi. q. 64. versi. Dixi etiam.

Iudi-

Iudicem saltem debere habere vnum indicium per quod moueatur animus ipsius quòd accusatus sit culpabilis maleficij de quo imputatur. Et aduerte, quòd hoc indicium non debet inferri à remotis, sed saltem à semiplena probatione. vt probat Farinace. de indicijs & tortu. q. 37. num. 232. Et probatio semiplena dicitur illa per quam rei gestæ fides aliqua fit iudici, non tamen tanta, vt iure eam debeat sequi in sententia dicenda: quæ quatuor modis inducitur. Primo per depositionem vnius testis de visu. Secundo, per comparationem litterarum. Tertio, per scripturã priuatam. Quarto, per præsumptionem non vrgentem, vt bene declarat Mascard. in q. 4. num. 11. 15. 16. 17. & quæstio. 11. num. 1.

Ex prædictis ergo habemus, quòd indicia debent præcedere torturam, quòd non solum obtinet verum in minoribus delictis, verum etiam in maioribus, & atrocissimis, immo etiam in crimine læsæ Magestatis. prout etiam eo casu attestatur esse communem opinionẽ Brun. de indicijs & tortu. fol. 93. num. 6. quem refert practi. Conrra. fol 300. in prin. & Iul. Clar. in practi. q. 64. versi. Dixi etiam.

6. Et aduerte etiam, quòd indicia ad hoc vt sufficiant ad torquendum debent esse legitimè probata. vt aperte probat Clar. in pract. q. 22. in princi. vbi ponit exemplũ in teste qui deponit de visu de ipso delicto, affirmans, quòd ex quo est de visu facit indicium ad torturam. Et ita dicit procedere glo. in. l. siquis. in verbo cõuictus. C. ad leg. Iul. Mag. quæ videtur velle, quòd per vnum testem reus dicatur conuictus saltem semiple-
7. ne: & sic, quòd dictum vnius testis sit sufficiẽs ad torturam. Quã glo. dicit communiter approbatã Boer. decisio. 163. num. 3. Intellige tamen hoc esse verũ, quando vnus testis de visu est integer, & omni exceptione maior: quia aliàs non faceret indicium ad torturã. vt dicit Bart. in. l. maritus. num. 1. ff. de quæstionib. & ita cõcludunt omnes. vt dicit Ioan. de Amicis. cõsil. 37. num. 6 Marsillis consil. 101. num 37. vide ad idem tradita per me in decisionib. criminalib. cap. 17. num. 1.

8. Nec opus est, quòd plura sint indicia: quia iudici arbitrarium est torquere reum ex vnico vel pluribus indicijs: quia si indicia erunt generalia & remota ad torturam, non deueniet nisi sint plura. vt plene probat Farinace. de indicijs & tortu. q. 37. num. 43. Secus erit si sint proxima, & delictũ maxime inferentia. Sic enim arbitrio iudicis hoc præcipue remitti censerunt Bart. in. l. fi. num. 6. ff. de quæstionib. & Angel. de maleficijs. in verbo. fama publica. nu.

13. &

13.& Marsil.in practi.§. diligẽter. num.177.

9. Quinto considerabit iudex an persona rei de qua tractatur sit persona talis, quòd tormẽtis subijci possit & debeat. Nam quamuis generalis sit conclusio, quòd regulariter omnis ille torqueri possit qui non reperitur prohibitus.vt dicit esse communem Antoni. Gomez. in cap. 13. delictor. nu.3.tamẽ ab hac regula excipiuntur plures personæ quæ ob earum qualitatem,& conditionem minime torqueri possunt. Quales primo sunt Doctores vt tenet Paris de Pu.de sindica. fol. 238. post nu. 9 Et ita communiter teneri attestatur Practi.Carer. fol. 145. post num. 180. versic. Excipiuntur.Et hoc de consuetudine obseruari fatetur Iacob.de Belui.in practi. crimina. in rubri. de quæstionib. nu. 17.Duenyas in regu.190.in.4. ampliatio. Bossi. in titu. de indicijs. num. 111. & hoc iure etiam in hoc Principatu vtimur. Secundo excipiuntur personæ constitutæ indignitate pro vt dicit esse communem opinionẽ Bossi.in tit. de tortu.testium. num. 7. & Iul. Clar. in practi.q. 64. versic. Item quæro. Tertio milites qui etiam de iure subijci tormentis non possunt. vt in. l. milites. C. de quæstionib. Quod intelligo in militibus qui hodierno tempore equites appellantur,& ita declarauit Iul. Clar. in dicta.q.64.versi.Quæro etiam. Et idem in capitaneis & ductoribus militum qui etiam torqueri non possunt,secus vero in militibus priuatis: quia illi quotidie torquentur. de quibus in loco citato idem Iul. Clar. testatur. Quarto, nobiles etiam de iure non torquẽtur.l.nullus. C. ad ad legem Iul. magesta. Et ita obseruatur in hoc Principatu Cathaloniæ: quamuis secus sit in multis alijs Regnis. Et propterea in hoc puto seruandam esse consuetudinem prouinciæ in qua processus agitatur. Quinto, excipiuntur etiam minores quatuordecim annorum qui etiã torqueri non possunt.prout dicit hãc esse receptam sententiam Plaça lib.1.delictor. cap.32. num.12. Et dicit tex.in. l.1. §. impubes. ff. ad Sylleni.quòd ita solet vsu obseruari.vt scilicet non torqueantur, sed terreantur tantum, & habena, aut ferula,seu virgis cedantur, refert Anani in cap.1.num.10.de delict.puer.& Antoni. Gomez. cap. 1.delictor.num.67.Quod dicit esse indubitatum Igne.in.l. excipiũtur.num. 49.ff. ad Syllani. In hoc vero Principatu cõmuniter tales impuberes solent duci ad Hospitale quod dicitur de la misericordia,vt ibi laborẽt,& virgis,atque flagellis corrigantur. Sexto, nec senes decrepitæ ætatis tormentis subijci debẽt.vt colligitur ex tex. in.l.3.§. ignoscitur. ff. ad Syllani.

& est

& est communis opinio. vt testatur Paul. Grilan. de diuers. criminib. lib. 3. in. 6. q. num. 5. prout illũ refert Viuius in lib. communi. opinio. in verbo. senex ætatis. Septimo, excipiuntur quoque mulieres pregnantes, vt dicit tex. in. l. prægnantis. ff. de pœnis. Et testatur Iul. Clar. quòd nec post partum æditum, nisi elapsis quadraginta diebus purgationis. Et etiam idẽ obseruari in mulieribus lactãtib⁹.

Et prædictis consideratis ac recte perpensis, si iudex videt esse ad torturam procedendum curabit, quòd fisci procurator petat ad sententiam assignari, quod faciet sub forma sequenti.

Ad sententiam assignari, et illam ferri, & exequi, & iustitiam fieri, & administrari petit & supplicat fisci procurator.

N. fisci aduocatus.

Prouisio iudicis.

Die. 30. Martij. 1603. *assignat ad sententiam ad diem præsentem & intimetur.*

N. Iudex.

Et facta dicta prouisione intimataq; reo, & eius curatori, si minor est, ac continuata in processu relatione portarij qui dictam prouisionem intimauit, deuenitur eadem die ad sententiam tormentorum proferendam: quę in modum sequentem ordinanda est.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, & eius Beatissimæ matris Mariæ nominibus humiliter inuocatis.

10. *Excellentissimus Dominus Don Ioannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ Consiliarius Locumtenens & Capitaneus generalis. S. C. & R. Magestatis in Principatu Cathalonia, & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ, visa fisci procuratoris præuentione contra. N. delatum & inculpatum, quòd die. 8. Augusti proxime defluxi noctu, & hora captata &c.* narrabis factum, et postea cõtinuabis. *Visa petitione dicti fisci procuratoris. Visa inquisitionis publicatione cum licentia aduocati, & procuratoris, & termino defensionum, visa defensionum publicatione, et assignatione ad relationem, ipsaq; assignatione facta per. N. Regis consilij Doctorem præsentis causæ relatorem, & conclusione inde secuta, visa assignatione ad sententiam ad præsentem diem, & horam facta ad quam ad cautelã cũ præsenti assignat, sacro sanctis Euãgelijs*

coram

coram sua Excellentia positis, & illis reuerenter inspectis sua Excellentia dictam insequendo conclusionem pronuntiat, sententiat, & declarat: & dictum. N. condemnat, quòd subijciatur quæstionibus & tormentis: vt veritas ab eius ore habeatur.

publicetur.
N. Regens.

Vt N. fisci aduocatus.
Vt N. Iudex.

Et publicata dicta sententia coram Regente cancellariam eius lata debet continuari subsequenti forma.

Lata per. N. Regentem Cancellariam, & lecta per. N. scribam mandati die. 30. Aprilis. 1603 in aula palatij sua Excellentia presente & instante fisci procuratore, & presentibus. N. et. N. et alijs.

Aduerte tamen circa prædictam sententiam quòd apud ordinarios & inferiores iudices præcipuè habentes tantum vnum assessorem, non est assignandum ad relationem, sed sufficit, quòd assignetur ad sententiam, vt supra dictum est. Et sic omnia illa verba, visa assignatione ad relationem, ipsaq; assignatione facta per. N. Regij concilij Doctorem præsentis causæ relatorem, & conclusione inde secuta, & illa verba quib⁹ dicitur, dictam insequendo conclusionem, non sunt in sententia dicti ordinarij habentis tantum vnum assessorem, ac de vnius voto, & concilio sententiam proferentis inserenda.

Præterea debes scire respectu Vicegerentis generalis gubernatoris qui in hac Ciuitate, & in quibusdam alijs locis præsentis Principatus iudicat in criminalibus per proceres quòd illius tormentorum declaratio siue procedat vice regia, siue via ordinaria, cum suo tantum assessore est expedienda per modum sententiæ, & non per modum prouisionis absque insertione illius clausulæ, seu illorũ verborũ sacro sanctis Euangelijs corã se positis &c. prout inueni ita à maioribus nostris fuisse obseruatum, & præcipuè præsidente Don Petro à Cardona vice regia, ĩ causa criminali quam tunc fisci procurator & pars ducebant contra coninges Thomasos qui fuerunt condemnati quòd torquerentur vt veritas ab illorum ore haberetur ad relationem Hieronymi Planes Doctoris Regij concilij criminalis die. 14. Iunij. 1579. in qua declaratione non interfuerunt proceres ciuitatis Barcinonæ, ea ratione; quia in causa diffinitiuè nõ fuit declaratum.

An autem à dicta tormentorũ sententia seu prouisione liceat reo con-

condemnato appellare. vide in. §. sequenti.

§. 10. De appellatione à prouisione seu sententia tormentorum.

1. *SVpplicare licet in forma à sententia seu prouisione tormentorum lata per Locumtenentem generalem de cõcilio Regij concilij nouæ tertiæ aulæ ad vnam aulam ex alijs Regiæ audiẽtiæ ciuilis.*
2. *Appellare licet à sententijs criminalibus diffinitiuis, & prouisionibus tormẽtorum latis per iudices ordinarios ad eosdem mutato assessore.*
3. *Appellare & supplicare à sententijs criminalibus diffinitiuis, & prouisionibus tormentorum qui non possunt.*
4. *Supplicatio vel appellatio à sententia criminali diffinitiua interponenda et introducenda est intra dies tres cõmunerandos à puncto publicationis sententiæ & illius intimæ reo factæ & præsentate.*
5. *Supplicationis faciendæ à sententia seu prouisione tormentorum forma.*
6. *Appellatione seu supplicatione interposita à sententia seu prouisione tortu ræ supercedendum est in eius executione, donec per iudicem ad quem, primittiua sententia confirmetur. Et idẽ est pendente termino ad appellandum vel supplicandum.*

LAtaiam supra dicta tormentorum sententia dubitari posset primo, si reus condemnatus & tormentis submissus vult ab ea sententia appellare vel supplicare an possit? & casu quo possit, infra quod tempus id facere ei licebit, & qua forma. Præterea an inter posita dicta appellatione seu supplicatione super cedendum sit ab executione torturæ?

1. Ad primum igitur dico, quòd in hoc Principatu vsque ad curias nouissimè editas, anni scilicet. 1599. non appellabatur in criminalibus, immo frustra appellationes interponebantur: quia eis non attentis iudices ad vlteriora procedebant. Sed aduenerunt dictæ curiæ, & in eis expresse negocia criminalia circa modum & formam supplicandi & appellandi à sententijs & declarationibus criminalibus redacta fuerunt ad instar causarum ciuilium, vt in cap. 15. in actis curiæ dictarum curiarum anni. 1599. quo cauet, licere quibuscunque condemnatis à sententijs diffinitiuis, & declarationibus tormentorum per Excellentissimum Locumtenentem generalem de consilio Regij concilij nouæ tertiæ aulæ latis, & factis supplicare in forma ad vnam aulam ex alijs Regiæ audientiæ ciuilis prout & quemadmodum à sententijs regijs causarum ciuilium supplicari solet.
2. Præterea etiam in cap. 16. in eisdem actis curiæ prædictarum curiarum disponitur licere quibuscunque

cunque condemnatis per regios officiales ordinarios, vel per Barones, ab illorum deffinitiuis sententijs criminalibus & prouisioni bus tormentorum appellare ad eosdē mutato tamen assessore qui iu primitiua sententia non interueniisset, nec consuluiisset. Ex quibus ergo patet, regulariter à sententijs diffinitiuis criminalibus, & à prouisione tormētorum, tam latis in Regio cōcilio, quàm apud ordinarios & barones licitū esse supplicare, & appellare; singula singulis referendo. Et antequam essent dicta nouissima iura, idem erat dispositum periura ciuilia vt patet in. l. 2. C. de appella. recipiē. cuius verba sunt hæc. Ante sentētiam appellari potest, si quæstionem in ciuili negocio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges iudex hæc faciet, & per istum tex. sic expresse affirmarunt Bart. Bald. Angel. Alberi. & communiter Doctores ibi. Facit glo. ordinaria in. l. pen. in verbo discussore. versi. Sed fallit in casu. C. quorum appellatio. non recipiuntur, & est alia glo. in. l. 2. in verbo causa, & ibi communiter Doctores. C. de episcopali audien. vide quoque Farinace. de indicijs & tortura. q. 38. num. 10. & alios plures per eum ibi relatos.

3. Verum aduerte, quòd à prędicta regula excipiuntur latrones, vel viarum publicarum grassatores, homicidę, insidiosi, & proditorij, crimen læsæ Magestatis committentes tam in primo quàm in secūdo capite, fabricatores falsæ monetæ, & committentes crimen sodomiæ, atque omnes alij qui crimina commisserunt propterque de iure appellationes non recipiū tur. probantur hęc omnia in dicto cap. 15. in actis curię, dictarum curiarum.

4. Ad secundum deueniendo, in quo dubitauimus infra quod tempus liceret appellare, vel supplicare, dico, quòd siue supplicetur à sententia ideo quòd lata fuit in Regio concilio, siue appelletur ideo quòd fuisset lata per ordinarium, vel baronem, semper interponēda & introducenda est intra dies tres connumerandos à puncto publicationis sententiæ, & illius intimæ reo factæ & præsentatæ. Et tūc causa supplicationis sic interposita committi debet per Regentem cancellariam vni ex Doctoribus aliarum regiarum aularum ciuilium, scilicet illius aulę sibi magis bene visæ. Et Doctor cui dicta causa committitur tenetur illam cum conclusione in illa aula facienda, & ex eisdem actis expedire: à cuius sententia postea siue reuocatoria sit siue confirmatoria nō licet amplius supplicare.

Forma autem supplicandi à dicta sententia, & à prouisione tormentorum est tenoris sequentis.

Excel-

Excellentißime Domine

Locum tenens generalis.

5. *SVpplicat hæc pars.N.sententiam seu prouisionem in eius odium latam in qua fuit condemnatus,quód torqueatur ad eruendam veritatem ab eius ore,ad relationem magnifici.N.iudicis Regiæ curiæ in melius commutari,& præsentem supplicationis causam committi mandare alicui ex magnificis Regijs cõciliarijs alterius aulæ Regiæ Audientiæ ciuilis,qui bene supplicatum declaret. officio, etc. quæ licet, etc.*

Altißimus &c.

.N.

Committatur magnifico.N. qui super supplicatis debite prouideat

Prouisa per Regentem Cancellariam die.18. Nouembris. 1602. Barcinonæ.

N.Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta dicta die inseratur in processu, & intimetur.*

N. Iudex.

Et dicta prouisio intimatur fisci Procuratori.

Tãdem iudex dictę causæ supplicationis iudicat illam causam ex eisdem actis, præcedẽte solum assignatione ad sententiam.

6. Ad tertium quo dubitauimus an interposita appellatione, seu supplicatione,super cedendum sit ab executione torturę? Respõdeo, super cedẽdũ esse. Et ita obseruat Regiũ conciliũ:in quo decreta executione ,puisionis seu sentẽtiæ torturæ à quibus fuit supplicatũ,non fit executio,quin prius per iudicẽ ad quẽ primittiua sentẽtia cõfirmetur.Et refert Guido Papæ decisi.74. ita fuisse decisum in curia Delphinali. Vbi dicit,quòd de stylo curiarũtã pàrlamẽti superioris, quàm inferioris, sup cedet ab executione torturę. Quẽ refert Marc. decisio.907.nu. 4. Et dicit Caraui.sup ritu.959.magnæ curiæ. nu. 14.in fi. quód ita seruatur & practicatur quotidie.Idem etiam sem per vidisse seruari in magna curia vicariæ attestatur Grãmati. super cap.Regni.fol.133. num. 4.in fi.

Et prædicta confirmantur, nã licet aliàs p appellationẽ ab interlocutoria non sint ligatæ manus iudicis quin possit ante inhibitionem suam exequi sentẽtiam, & in causa procedere,vt in cap. non solum.de appella.in. 6. Guido Papæ

decisio. 436. num. 9. Lãcelo. in tracta. de atẽtatis. cap. 12. limitatione. 1. num. 1. & sequen. vbi latè de materia. Quia tamẽ hæc cõclusio fallit vbi agitur de dãno irreparabili vt pluribus cõprobat idẽ Lãcelot. ibidẽ nu. 92. & sequen. ideo interposita appellatione à decreto torturæ cũ per eã irreparabile sine dubio inferatur damnum, iudicem debere super cedere etiam antequam sit inhibitus. in specie dixerunt Bald. in rubri. commina tio epistol. & in. l. generaliter. §. sed iuramento. col. 2. versi. Quid si est talis. C. de reb. credi. Angel. de malefi. in verbo. quòd fama publica. num. 100. versi. Aduertas tamen. Iaſ. in. l. 1. num. 73. versi. Secundo adde. ff. de officio eius cui mun. est iurisd.

Et non solum prædicta obtinent verum, vt post interpositam appellationem super cedendum sit ab executione torturæ, verum etiam licet non esset interposita appellatio, sed penderet adhuc tempus ad appellandum: quia pẽ dẽte termino ad appellandũ nihil innouari potest. ita Francisc. Mar. in decisio. 907. Lancelo. de attenta. penden. termi. ad appellan. cap. 11. num. 33. Et facit generalis regula, quòd sicut appellatione pendente nihil est innouandum, ita etiam pendente tempore ad appellandum de qua in dicto cap. non solum. de appella. in. 6. glo. in. l. ex iudiciorum. ff. de accusationi. item glo. in. l. 1. ff. nihil. innoua. appella. penden. Capici. decisio. 167. num. 2. Couarru. practicar. quæstion. cap. 23. num. 2. versi. Tertia interpretatio.

Sed demus, quòd non fuisset à decreto seu sententia tormentorũ appellatum, vel si fuisset appellatum, quòd sentẽtia iudicis primitiui sit confirmata, & quòd propterea dicta iudicis primitiui sententia sit exequenda, oportune hic quæritur, an aliqua sint præuenienda, & animaduertenda, antequam ad illius executionem deueniatur? Respondeo, plura ante dictam executionem per iudicem esse præuenienda & animaduertenda de quibus infra. §. sequen. videre est.

§. 11. De his quæ præuenienda atque animaduertenda sunt antequam deueniatur ad executionem torturæ.

1. *REus torquendus, venire debet in ipsa executione ieiunus, vel saltem quòd steterit per nouem vel decem horas ieiunus.*
2. *Personæ quæ requirantur in tortura.*
3. *Iudex curare debet, ne torqueri faciat reum modis exquisitis, immo seruare debet consuetudinem prouinciæ in qua ius dicit.*
4. *Iudex curare debet antequam reo torturam inferat, quòd in loco vbi exercitium*

tiũ fiet habeat omnes res quæ ad tortu rã necessariæ sunt prout sunt lumen, vinum, ignis, & instrumẽta torturæ.

5. *Tortura incohãda est â magis suspectis, & vbi omnes æqualiter suspecti sunt, tunc, si sunt masculus, & fœmina, â fœmina tanquã atimidiori, & si omnes sunt masculi â minori debiliori.*

1. IMprimis & antequam iudex deueniat ad torquendũ reum curabit prouidere & præparare quòd ipse reus sit in ipsa executione ieiunus si fieri potest. Et ita vt plurimũ in casibus occurrẽtibus obseruat regium concilium, vel saltẽ non debet illũ torquere quin prius steterit per nouem vel decẽ horas sine cibo, & potu, prout cõmuniter seruari testatẽ Marsil. in l. 1. in prin. ff. de quæstionib. nu. 81. & reddit rationẽ, ne scilicet vertatur torquendo sthomachus, & vomẽdo patiatur: & sic nõ possit examinari. refert & sequitur. Ioan. Marc. Mõtisel. regu. 10. in fi. nu. 42. & alios adducit concordãtes. Testatur idem Iul. Clar. in pract. q. 64. versic. Decreta tortura: vbi dicit, iudicem debere animad uertere priusquam reo tortura inferatur ne aliquid eo die comederit, aut biberit, & intelligit eodẽ die scilicet per decem horas ante quam torqueatur, Idem Paris de Put. in tracta. de sindicat. in verbo. tortura. lo. 3. cap. 4. incipiente de repetitione. num. 11. Sed Prosper. Farinace. de indicijs & tortura credit sufficere expectare ad plus per horas octo: quia eo tẽpore, est ꝑfecta digestio, & stomachꝰ requirit aliũ pastũ.

2. Secundo iudex antequã ad dictã executionẽ deueniat debet animaduertere & prꝛeparare, quòd in loco in quo tortura reo inferenda est ad sint personæ sequentes. Primo ipsemet iudex, Algutzirius regius, seu baiulus vel vicarius (apud ordinarios) fisci procurator, chirurgus, scriba causæ, & ministri torturæ. Dixi itaque, quòd iudex debet esse præsens torturæ, vel semper oculos habere ad reũ, & sic videre quomodo se habeat, & an deficiat nec ne, & si videt illum deficientẽ, debet statim mãdare illum deponi; aliàs, si hanc non adhibuerit diligentiam, positoq; reo in tortura illum relinquit solum in manibus custodum vt plurimũ crudeliũ, & ob id deficiẽs in tormẽtis reus tortus moriatur, credo hunc iudicẽ non esse immunem, à pœna saltẽ extraordinaria pro modo culpæ: ex eo quòd nõ assistit torturæ prout assistere debet. secundũ Meno. de arbitrar. lib. 2. casu. 340. nu. 13 versi. In dubio credo esse præsumendũ. Et circa idẽ Prosp. Fari. de indicijs & tortu. q. 37. nu. 145. circa med. admonet iudices quòd assistãt sẽꝑ torturæ, et si assistere nolũt timo-

re pœnæ legalis, aſsiſtant ſaltem ne adueniente morte rei ſubeant calúnias, & vociferationes popularium, & vulgarium, qui aliquando de facto propter huiuſmodi caſus armata manu contra officiales etiam innocentes inſurgunt.

3. Tertio curabit iudex, ne torqueri faciat reũ modis exquiſitis, & nõ cõſuetis: immo debet iudex in hac materia ſeruare cõſuetudinẽ prouinciæ in qua ius dicit. ita Iul. Clar. in prac. q. 64. verſi. Item debet iudex. & verſi. Iudex autẽ. Farinace. de indicijs & tortu. q. 38. nu. 55. 56. & 57. Atque ita, quãdo iudex torſit reũ iuxta modũ ſolitũ, in loco ſolito, & per miniſtros ſolitos; nõ eſt in eo præſumẽdus dol⁹ aut exceſſus. vt ꝑ Paris de Put. in tracta. ſindica. verbo tortura. lo. 1. cap. 12. nu. 1. & 2. prope fi. & nu. 6. verſi. Quod ſi non exceſsit modũ cõſuetũ. & verſi. Vbi torquente in loco ſolito. Sequitur Menochi. caſu. 340. nu. 13. de arbitra. Et cõtra quòd iudex non ſeruauit ſolitũ modũ tunc dolus præſumitur, vt per eundẽ Paridẽ de Pu. ibi nu. 3. in fi. verſi. Quòd ſi iudex exceſsit modũ conſuetũ. Facit quod dicit Bar. in. l. quæſtionis modũ. num. 1. ff. de quęſtionib. vbi inquit, quòd iudex excedẽs modũ intorquẽdo cõſuetũ, & qui adhiberi debet iuxta qualitatẽ ꝑſonę tenetur in ſindicatu. Cuius opinio in hoc communiter approbat. vt dicit Marſil. ĩ pract. crimi. §. expedita. num. 89. in fi. Et ꝓpterea iudex ſe caute habere debet, quantum fieri poſsit, ne caſus mortis in tortura cõtingat. Atq; vt ſẽper apparere poſsit, an interuenerit aliquis exceſſus ex parte iudicis eſt bonũ cõſiliũ, quòd notarius adhibitus ad torturã ponat in actis proceſſus qualitatẽ, & quãtitatẽ torturæ omnia particulariter deſcribẽdo, prout cõmuniter fit, & ſeruatur teſte Anto. Gomez. cap. 13. delictor. poſt num. 6. verſi. Si vero iudex.

4. Quarto, iudex antequã reo torturã inferat curabit, quòd in loco vbi exercitium fiet habeat omnes res quæ pro obſeruantia Regij cõcilij haberi ſolent, & neceſſariæ ad torturã ſũt, prout ſunt vinũ, lumẽ, ignis, & inſtrumenta torturæ.

5. Quinto, ſi plures ſunt torquendi animaduertere debet iudex, quòd torturã incipiat ab eis qui magis ſuſpecti ſunt. Et vbi omnes eſſent æqualiter ſuſpecti, tũc ſi eſt maſculus & fœmina, incipiendum eſt à fæmina tãquã atimidiori, ſed ſi ſunt omnes maſculi incipiendũ eſt à minori debiliori, & timidiori. ita colligitur ex tex. in. l. viuus. in prin. ff. de quæſtionib. Et hunc ordinem in tortura inferẽda. atteſtatur Maran. in ſuo Speculo fol. 2. num. 13. & Iul. Clar. in practi. q. 64. verſi. Quæro ſi plures.

Prędictis omnibus cõſideratis, præuẽtis & præparatis, volẽs iam

iudex

iudex exequi torturàm curabit vti forma in sequẽti. §. descripta.

§. 12. De forma exequendi torturam.

1. TOrquendi modi in Regio concilio Cathaloniæ communiter tres sunt. & qui vide ibi.
2. Torturam incohãdi et exequẽdi forma.
3. Iuramentum pro actu torturæ â reo exigendum non est; quamuis torquendus minor esset.
4. Curator pro actu torturæ minori assignãdus nõ est, immo assignatus repelli debet: ne in dicto actu assistat.
5. Reus vincens in tortura videtur purgasse indicia contra se existẽtia: & ideo venit relaxandus.
6. Probationes & indicia superueniẽtia cõtra eũ qui vicit ĩ tortura nihil operãt
7. Confessioni rei cõfitentis in tortura delictum incontinenti non est standum, sed opus est, quòd reus illam ratificet apud acta.
8. Ratificatio confessionis factæ in tortura, an incontinenti ducto reo extra locum torturæ facienda sit.
9. Reus confessus delictum, in tortura, & ductus extra locum torturæ ad ratificandum, si negat & reuocat illam cõfessionem, quæritur, quid faciendum sit? vide ibi late.

1. DIxi supra iudicem in hac materia torturæ debere seruare cõsuetudinẽ p uinciæ in qua ius dicit, ne erret in modo exequẽdi. Scias igit̃, quòd in hoc Principatu tres sũt modi torquẽdi reos, quib⁹ regiũ cõciliũ frequenter vtitur, à quo omnes alij inferiores iudices exẽplũ accipere debẽt. Prim⁹ modus dicitur del garrot. Secundus de la Roda, et Tertius de la touallola, qui tantum practicatur cum hominibus fractis siue potrosos: de quibus & de forma exequendi istos modos infra explicabitur.
2. Nunc ad executionẽ veniẽdo, iudex imprimis & ante omnia d̃bet. extrahere reũ à loco in quo eapt⁹ detinetur, & eo mutato in alio loco scriba causæ incipiet scribere, & continuare actum torturæ in modum sequentem.

Die. xvi. Aprilis. M. DCiij. Barcinonæ. Essent personalmẽt cõstituits los Magnifichs misser Iuan Magarola en dretts Doctor jutge de la Regia Cort, y relador de la present causa, mòssen Juan de Encõtra caualler. Alguatzir ordinari de sa Magestat en Barcelona populat, mossen Melchior Llargues procurador fiscal de la regia cort. Mossen Antoni Fort chirurgia juntament ab mi Phelip Soler scriua de la present causa, y notari publich ciuteda de Barcelona, y los misatges de la cort del Veguer en lo terrat dels carcers reals dela present Ciutat à fi y effecte de fer la tortura en la persona

de. N. lo qual de manament de dit magnifich jutge y relador fonch manat a les guardes de dits carcers aportar ab vna cadena al coll, lo qual aportat y assegut en vn banch, en lo qual terrat hauia pa, vi y llum, y altres coses necessaries a obs y pera dita tortura per lo dit magnifich alguatzir fonch exortat desta manera. —— Vos. N. sa Excellencia y Real consell vist vostron proces y merits de aquell, vos han condemnat en que siau atormentat.

Et hoc sic per notarium continuato, incõtinenti iudex monebit illũ, quòd dicat veritatẽ de his et de quibus impetitur, & quòd no-
3. lit personã suã macerare. Et debet esse cautº ne pro isto actu exigat à reo iuramentũ, neque ei assignet curatorẽ. vt dicit Angel. in verbo cõparent inquisiti & confi
4. tetur totũ: immo si dicto reo vt minori. 25. annis datus fuisset curator, permittere nõ debet quòd dictus curator in dicto actu assistat, quamuis reus minor sit. 25. annis.

Et facta iterũ dicta exortatione quæ bis fieri solet, & ipso reo negãte, ponendus tunc reus est in loco torturæ, & pannis seu raupis expoliatur, & proceditur ad quęstionẽ, siue tormẽtum del garrot, ad quod subeundũ ponitur reus & ligatur more solito. Et in continěti quo ligatus est exortat iterũ per iudicẽ antequã torquere incipiat, quòd velit dicere veritatem si nolit suas macerare carnes, & eo negante, mãdat ipse iudex ministris quod tẽdant funes, & ita incipit tortura semper relatore exortãte ne velit ipse reus personã suã macerare. Et tũc scriba omnia verba relatoris, ac rei torti scribat, quàm veloci possit calamo, suspiria etiã, voces, vociferationes, vlulatus, ac etiã interualla quibus tacẽt continuare in actis debet. Et postea mãdat iudex laxari funes. Et iterũ reus exortatur, quòd velit dicere veritatẽ, & eo negãte, iudex iubet ministros quòd iterum tendant funes, & postea laxantur & denuo reus per iudicem exortatur, & eo negante, iterum ministri cõstringunt illũ, & postea laxãtur funes, & datur volta al garrot: & tũc vltimo & eo perseuerãte in negatiua laxantur funes. Et hæc est prima species torturę. Et omnes istæ funicę laxationes, & iudicis interrogationes, & responsiones rei cõtinuari debẽt per scribam causæ.

Et incontinẽti fit transitus ad aliam speciem torturæ scilicet de la Roda in qua more solito reus ponitur ligatus, & eo ligato exortatur, quòd dicat veritatem, & eo negãte, eleuatur in altũ, & postea descenditur, & iterum exortatur, sed eo negante, iterum eleuatur. Et ad pedes imponitur pondus vnius quintalis, & postea descẽdi-

tur,& super additur mediũ quintale,& iterũ eleuatur. Et aduerte, quòd in dictis eleuationibus detinetur iuxta arbitriũ chirurgi, & iudicis,& reo perseuerãte in negatiua soluitur funibus, & est finita tortura.

Tertius vero modus torquendi quo vtimur dicitur del Potro: vt supra dictum est. Et iste modus exercet & practicatur in hominibus fractis siue potrosos. Atque ita reus qui hoc modo venit torquẽdus ligatur forma solita, & ligatus exortatur per iudicẽ ne velit suã personam macerare, & eo negante, ponitur la touallola subtus os & nares,& eo iterum negante, chirurgus infũdit paulatim aquam ab raig prim in eius os & nares. Et hoc fit ter per spacium bene visum, ita vt reus non pereclitetur de vita; quæ nisi attente & cum consideratione fierent, facile posset reus suffocari: nimirũ ergo, si videatur multum conueniens & necessaria chirurgi præsentia & assistentia.

5. Illata iam reo tortura. Aut reus negauit se delictum commisisse, aut confessus fuit delictum, quæro nunc in primo casu, id est si negauit se delictum commisisse, & nihil fateatur, quid faciendum sit? Respondeo, quòd tunc reus dicitur purgasse indicia contra se exi stentia; quasi puram veritatem dixisse videatur, & ita seruatur. vt dicit Alberi. in rubr. C. de quæstionib. num.9. Dicit etiam Alberi in.l. edictum.num.2.ff.de quæstionib. communiter per totum orbem ita seruari, quem refert Boer.decisio.163.num.12.& Grammati. decisio.8. post num.9.& decisio. 96.num.2.Debetq; hoc casu iudex facere scribi in actis qualiter tortura fuit modo consueto adhibita,& quòd reus persistit in negatiua. Et licet Marsil. in.l. repeti.num.24.ff. de quæstionib. & in pract. crimi. §. quoniam num. 49.dicat in dicto hoc casu esse cõmunem practicã,& obseruationẽ, quòd reus est fideiussori relaxandus,tamẽ Antoni.Gomez. cap.13. delictor.nu.18.tenet, quòd immo reus sit diffinitiuè absoluẽdus. Et est ratio,quia per torturã dicitur purgasse omnia indicia contra se existẽtia. Et ita etiã practicari atte statur Carrer.in pract.crimi. fol. 171.nu. 202. quẽ refert Siman. de hæreti.cap.63.nu. 36. Quod etiam obseruat regium cõcilium in quo facta relatione per iudicẽ qui reũ torsit, fit cõclusio, quòd ille reus, attento quòd vicit in tortura relaxetur, & per eũdem iudicem fit prouisio in forma sequenti.

Die.25,Aprilis.1603.in sequẽdo conclusionẽ in Regio concilio,factam prouidet,quòd N.attento quod vicit in tortura relaxetur á carceribus.

6. Et adeo hæc vera esse existima mus, quòd quamuis postea contra dictum tortum relaxatum (ideo quòd vicit in tortura) superuenirent noua indicia, & nouæ probationes quibus constaret de illius delicto nõ potest iterum ille reus modo prædicto relaxatus iterum capi & puniri pro modo delicti: quia vt supra dictum est, ille talis qui per torturam omnia indicia contra se existentia purgauit venit diffinitiue absoluendus. Quod etiam firmat Nicolaus Boeri. in in dicta decisio. 163. num. 12. vbi dicit, quòd adeo indicia per tortu ram sunt purgata, quòd dicta tor tura repeti nõ potest: etiam quòd essent plura vehementissima indi cia vel probationes ex quibus pos set esse condemnatio. ita etiam te net Salyce. in. l. ea quidem. C. de accusationib. & in l. siquis adulterij. C. ad leg. Iul. de adulter. & in. l. siquis. C. ad leg. Iul. mag. in vltima quęstione, vbi subdit, quòd de debet dari abolitio hoc est circon duci processus, vel absolui ab instantia. Quod dictum ab Alexandro in. l. vnius. §. quoniam. ff. de quæstionib. plurimum commendatur: quia ex quo reus nihil confessus est censetur purgatus quasi purã veritatem dixisse videatur. vt in dicta. l. edictum. & ibi glos. allegans Tullium in Topicis licet aliqui intelligant, quando contra tortum præcederent solum indicia, & nõ plene probationes: quia tunc tortura non purgaret à pluribus probationibus quod videtur innuere glo. in. l. 1. C. de quæstionib. in versi. Inuidiosa. circa med. Attamen Alberi. & Boer. in præfatis locis attestantur glosam illam loqui de tortura testium, & & non criminosi: & sic ad rem nostram minime facere. Vt etiam fatetur Grammati. in decisio. 8. nu. 9. & secundum hanc opinionem fuit concluſum in Regio concilio die. 5. Aprilis. 1585. in facto fisci procuratoris Regiæ curiæ contra Ludouicam Castellona delatam de nece perpetrata in personam viri sui, quæ præcedentibus legitimis & sufficiẽtibus indicijs fuit ad eruẽdam veritatem ab eius ore submissa tormentis: & quia vicit in tortura, fuit à carceribus relaxata. Et quamuis postea homicidæ fuissent capti & coufessi se de mandato eiusdem Castellona homicidium prędictum commisisse, & perpetrasse, ob quod fuerunt laqueo per colum suspensi: & sic superuenerunt contra dictam Castellona nouæ probationes, quarum vigore fisci procurator Regiæ curiæ fecit iterum illam capere, vt pro dicto delicto legitimam subiret pœnam, & fuit concluſum illã fore & esse relaxandam attento quòd pro dicto delicto fuerat tor ta, & vicerat in tortura, vt in supra citata cõclusione ostẽsum est.

Aut

7. Aut reus in tortura confessus fuit delictum, & hic est secundus casus circa quem dubitari posset, an in continenti standum sit illius cõfessioni? Cui dubitationi respõdendo dico, quòd adhuc non est standum tali confessioni factæ in tortura, nisi reus in illa perseueret, & eam ratificet extra tormenta ad bancum iuris. prout dicit Boer. esse communem opinionem in decisio. 163. num. 18. & ita seruari de consuetudine attestatur Bar. in. l. 1. in vltimis verbis. ff. de custo. reor. Panor. in cap. cum in contemplatione. num. 7. de reg. iur. Et aduerte, quia nõ sufficit quòd tortus tacite perseueret in cõfessione illam non reuocando, sed opus est, quòd illam ratificet apud acta. vt probat Clar. per alios in practi. q 64. versi. Ceterum.

8. Sed quæro, an statim facienda sit dicta ratificatio, vel an post torturam spectandum sit aliquod tẽpus? Respondeo, quosdam tenere non statim dictam ratificationem fieri debere, sed esse spaciũ vnius diei spectãdum; ideo quòd metus tormẽtorum durare præsumitur. Et hanc dicit esse communem doctrinam & practicam Antoni. Gomez. cap. 13. delictor. num. 24. & vide quæ dicit Clar. in practi. in dict. q. 64. versi. Et circa hãc. Sed apud nos hoc non seruatur, immo incontinenti illata tortura, rei ducuntur extra locum, & aspectum torturæ ad ratificandum confessionem in tortura factam. iuxta tradita per Ioan. Andr. in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. quem refert August. ad Angel. de malefi. in verbo. fama publica. post nu. 137. & ibi ab eo exigitur iuramentum in forma reorum, & si est minor vocatur suus curator, vel datur illi ad istum actum, & legitur sibi depositio facta in tortura, & interrogatur, an perseueret in ea; & eo perseuerante, dicitur ratificasse cõfessionem factam in dicta tortura.

9. Sed ponamus, quòd reus qui confessus est delictum in tormentis, & deinde ductus ad ratificandam huiusmodi confessionem extra tormenta reuocat illam, & negat se delictum commisisse, quæritur, si iste casus contingat quid faciendum sit? Respondeo, attento quòd illa confessio facit cõtra eum indiciũ potest denuo dictus reus torqueri, & cogi ad perseuerandum in ipsa confessione. ita dixit Bart. in. l. nullius. §. reus in vltimis verbis. ff. de quæstionib. & ita tenent communiter Doctores. vt dicit Blanc. de indicijs. nu. 219. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur. Bossi. in titu. de tortu. num. 34. vbi etiam subdit, quòd ita vbique practicatur. Et eandem sententiam dicit esse vsu receptam Siman. de hæreti. cap. 63. num. 43.

Aduerte tamen ad ea quæ circa hoc recte notat Iul.Clar.in dicta.q.64. versic.Vlterius quæro. Scilicet, quòd diximus reum itte rata tortura cogendum esse, vt in confessione facta in tortura perseueret intelligendum est, vt scilicet possit de nouo torqueri, tanquam si vnum nouem indicium superueniſſet, non autem, vt tam diu torquendus sit donec in ipsa confessione perseueret; quòd notandum est contra eos qui reum in tormẽtis cõfessum die noctuq; torquendo fatigant donec perseueret; quia non possunt hoc facere; immo illos grauiter repræhendit Augustin.ad Angel. de malefi. in verbo comparuerunt & confitentur totum. post nu. 10. Atque ita circa hoc not. praxim, quòd si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde iterum in ratificatione iterum neget, prout refert de facto contigisse Paris de Puteo.de syndica. fol.482. cap.6. post.num.1.non ideo est procedendum in infinitum, sed credo sufficere quòd tormenta repetantur vsque ad tertiam torturam. Et vbi deinde ductus ad ratificandum semper negaret, absoluendus est reb⁹ stãtibus. vide super his Prosper. Farina.de indicijs & tortu.nu. 92.cum pluribus sequentibus qui late materiam hanc examinat.

Sed diximus supra, quòd si reus tortus ductus extra locum torturæ ratificat confessionem in tortura factam, quòd est standum illius confessioni, quæritur modo an in hoc casu iudex debeat ei statuere aliquem breuem terminum, puta duorum vel trium dierum ad producendum & allegandum omnes suas defensiones quas facere posset contra suam confessionem? vide de his infra in. §. sequenti.

§.13. De danda dilatione reis in tortura confessis, & qui extra locum torturæ cõfessionem suam ratificarũt ad se contradictam confessionem defendẽdum, & de forma procedendi contra eos vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue.

1. *IVdex reo in tortura confesso, & qui extra locum torturæ confessionem ratificauit dare debet dilationem ad dandum suas defensiones contra suam ratificatam confessionem. Et de forma dandi dictam dilationem, & iudicis prouisionis. vide ibidem.*

2. *Sententiæ diffinitiuæ forma in processu via ordinaria.*

CVM reus confessionem in tortura factam post ratificationem ex interuallo reuocare possit, & probando errorem ipse veniat absoluẽdus prout in facti cõtin-

gentia iudicatum fuisse per Concilium Neapol. testatur Gramma ti. super constitutionibus Regni
1. fol. 23 num. 23. consequenter sequitur, quòd iudex reo in tortura confesso, & suam confessionem extra locum torturæ ratificanti tenetur aliquem terminum sibi beneuisum concedere ad suas dandum defensiones contra suam ratificatam cõfessionem. Et ita etiã obseruatur in regio concilio in quo prædicta confessio ratificata publicatur reo, instante fisci procuratore. Et fit publicatio in forma sequenti.

Super nouiter actitatis, datis defensionibus postulat fisci procurator Regiæ curiæ iustititiã ministrari.

N. fisci aduocatus.

Prouisio iudicis.

Die. 24. Aprilis. 1603. habitis nouiter actitatis pro publicatis, concedit terminum ad dandum defensiones hinc ad diem Sabbati proximam. & intimetur.

N. Iudex.

Postea dictus fisci procurator debet facere aliam scedulam & petere vt sequitur.

Habitis defensionibus pro publicatis, petit fisci procurator ad relationem assignari, et iustitiã fieri & ministrari.

N. fisci aduocatus.

Prouisio iudicis.

28. Aprilis. 1603. habitis defensionibus pro publicatis, assignat ad relationem in Regio cõcilio ad diem præsentem cum sequentium continuatione, & intimetur.

N. Iudex.

Deinde fisci procurator petere debet ad sententiam assignari. Et faciet sub sequenti forma.

Ad sententiam assignari, & illam ferri & exequi petit fisci procurator Regiæ curiæ, & iustitiam fieri, & ministrari.

N fisci aduocatus.

Prouisio iudicis.

Die. 1. Maij. 1603. assignat ad sententiam ad diem præsentem.

Sequitur nunc forma diffinitiuæ sententiæ faciendæ in processu facto via ordinaria.

Iesu Christi & eius intactæ Virginis Matris nominibus humiliter inuocatis.

2. *Excellentissimus Dominus* Don *Ioannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ Consiliarius Locumtenens & Capita-*

Capitaneus generalis pro S.C. & R. Magestate in Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Rusciliones & Ceritaniæ. Visa imprimis prauentione fisci procuratoris contra N. francigenam delatum & inculpatum quòd die. 5. Ianuarij, anni. 1600. noctu & hora captata vna cum alijs latronibus fuit ingressus domum de. N. sitam in præsenti Ciuitate in vico dicto de Moncada, & ab illa furto substraxit plures pecuniæ quantitates auri & argenti. Visa inquisitione cõtra dictum. N. formata, & ipsius ac testium dictis & depositionibus. Visa inquisitionis publicatione cum licentia aduocati & procuratoris, & termino defensionum, visa defensionum publicatione, & assignatione facta ad relationem in Regio concilio. Visa sententia tormentorum dicti. N. visa illius de positione in tortura facta in qua postea extra torturam perseuerauit. Visa nouiter actitatorum publicatione, et termino defensionum rursus præfixo, visa alia defensionum publicatione, & assignatione ad relationem, factaq; relatione per. N: Regij concilij Doctorem, & conclusione inde secuta. visa assignatione ad sententiam ad præsentem diem & horam, ad quam nunc denuo ad cautelam assignat, sacrosanctis Euangelijs coram positis, & illis reuerenter inspectis dictam insequendo conclusionem sua Excellentia sententiat, pronuntiat, & declarat in modum sequentem.

Et quia ꝑ merita præsentis inquisitionis, & aliás legitimè cõstat, de intentione fisci procuratoris aduersus dictum. N. propterea et aliás sua Excellentia sententiat pronuntiat. & declarat, & dictum. N. condemnat quòd fustigetur palam & publice per loca solita præsentis Ciuitatis Barcinonæ, & bulletur iuxta formam nouæ constitutionis, & ad seruitium regiarum triremium remigando ad desennium, vt ei cedat in pœnam, cæteris vero in exemplum.

Publicetur. — Vt. N. fisci aduocatus.
N. Regens. — Vt. N. Iudex.

Lata & publicata fuit huiusmodi sententia per. N. Regentẽ Cãcellariã in Palacio Regio sedẽtem, & de eius mandato lecta per. N.

scribam

scribam mandati, instãte. N. fisci procuratore Regiæ curiæ. 13. Martij. 1603. præsentibus testibus. N. et. N. etc.

1. Aduerte, quòd si pars condemnata vult ab hac sententia supplicare: quia lata fuit in Regio cõcilio, vel appellare quando lata fuisset per iudicem ordinarium inferiorem poterit hoc facere iuxta formam cap. 15. &. 16. in actis curiæ editorum in prima curia Barcinone celebrata per Dominum nostrum Regem Philippum nunc fœliciter regnantẽ in anno. 1599. Et infra quod tempus id facere liceat, & an supplicatione, vel appellatione pendente supercedendum sit ab executione sententiæ, & qua forma sit supplicãdum, vel appellandum dixi supra in. §. 11. vbi videas.

Et quia dicta sententia tantum continet formam condemnãdi ad fustigationem, & bullationem, & etiam ad seruiendum in Regijs triremibus remigando ad desenniũ, & videamus plures alias esse pœnas quibus criminosi iuxta delictorum qualitatem coerceri solent, ideo hic plures sentẽtiarum formas diuersas pœnas pro modo delictorum continentes inferere decreui, vt iudices omnes earũ exemplo in occurrẽtibus casibus sententias suas ordinare valeant. de quibus omnibus vide in. §. sequenti.

§. 14. De diuersis sententiarum formis diuersas pœnas continentibus.

1. *FVstigastionis pœna licet capitalis non sit, tamen per eam grauis infertur infamia.*
2. *Fustigationis pœna quibus imponi soleat.*
3. *Fustigationis pœna debet moderate exerceri.*
4. *Fustigationis sententiæ forma.*
5. *Furcæ pœna est mortis naturalis.*
6. *Furcæ supplicio qui delinquentes tradãtur.*
7. *Furcæ pœna in Principatu Cathaloniæ tantum exercetur in plebeis, & non in militibus, neque in ciuibus honoratis, neque in Doctoribus.*
8. *Furcæ sententiæ forma.*
9. *Amputationis capitis pœna, quãdo proprie dicatur, & est ordinaria in baronibus & militibus.*
10. *Amputationis capitis sententiæ forma.*
11. *Forma sententiæ pœna, quòd quis iuguletur & cadauer in partes scindatur.*
12. *Forma sententiæ quôd quis nudus vehatur curru.*
13. *Forma sententiæ quôd quis raptetur per terram.*
14. *Forma sententiæ seruiendi in Regijs triremibus remigando.*
15. *Forma sententiæ relegationis in insulam.*
16. *Forma sententiæ clauandi manum.*

Casus

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

De pœna fustigationis seu verberationis, & de forma sententiæ huius pœnæ.

CASVS quibus de iure cõmuni pœna fustigationis, & verberum imponi videri possunt apud Gandinum in titu. de pen.reor.nu.56.& Calici.in Margarit.fisci. rubri. de pœna verbera. Est autem hæc pœna multum frequens apud nos; quæ licet capitalis non sit secundum Bart. in. l. transigere. C. de transactionib. & Maran.in suo Specul.fol.28.nu.5. vbi testatur de cõmuni prout eos refert Clar.in practi.q.70. versi. Est etiam pœna. in fi. & Prosper. Farina.de delict.& pœn.q.19. nu. 29. non potest tamen negari quin corporalis sit,& quòd per eam nõ inferatur grauis infamia cum non nisi pro turpibus & infamatorijs delictis irrogari hęc pœna soleat. arg. tex. in. l. ictus fustium. ff. de his qui notan.infam. Et dicit Farinace. vbi supra,quòd hæc pœna magis infamat, quàm pœna mitræ. Et hodie hæc pæna apud nos imponi solet furibus, incisoribus bursarum, vagabũdis, latronibus publicis ad mortem condemnatis, qui propter immanitatem criminis,paulo antequam mortis sententia in eos exequatur fustigantur, & ab eisdem auriculæ amputantur, & deinde morti tradũtur. Solent etiam quandoque fustigari blasphemantes,& similes facinorosi, viles, & infames personæ. A militibus vero,cum non subijciantur plebeiorum pœnis hæc pœna prorsus aliena est. vt in.l. 1. &. 3. ff. de priuileg. vetera. & in. l. milites. C. de quæstionib. & ibi glo.in verbo. pœnis. & in. l. decuriones,eod. tit. & in.l. decurionem. &. l. honor. C. de pœn. Additur etiam furibus & bursarum incisoribus per constitutionem Cathaloniæ alia pœna vltra fustigationem, quod Marca seu sigillum ciuitatis vel loci in quo deliquerunt & in quo fustigantur imprimatur in eorum spatulis; vt si in eodem genere mali perseuerent, & alibi denuo deprehendãtur dijudicari possint, quòd sunt consueti:vt sic pœna illis augeri valeat.

1.

3. Aduerte tamen quòd hæc pœna fustigationis debet moderate exerceri: ne condemnatus ex flagellis moriatur. Et maximè si post flagellationem ille reus esset condemnatus ad aliam pœnam, puta ad seruitium regiarum triremium vt testatur Calici.in loco supra citato.num. 2.

4. Forma autem sententiæ huius pœnæ sequens est.

Excellentissimus Dominus Locum tenẽs generalis etc,visa impri-

imprimis, etc. dic vt in sententia supra descripta mutatis mutandis, & postea in dispositione dices. Propterea & aliàs sua Excellentia pronuntiat sententiat, & declarat, & dictum. N. condemnat, quòd fustigetur palam & publicè per loca solita præsentis ciuitatis, & quòd bulletur in spatulis iuxta formam constitutionis: vt ei cedat in pœnam, ceteris vero in exemplum.

Aduerte quòd supra dicta pœna bullationis tantum infligitur furibus & bursarum inciſoribus, vt supra dictum est.

De pœna furcæ & illius sententiæ forma.

5. POEna furcæ est mortis naturalis, & magis ignominiosa alijs de qua habetur in. l. 1. C. de bonis eorum. & in. l. 1. & ibi glo. ff. de seditio. & in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. & in. l. liberorum. ff. de his qui notan. infamiâ. & in. l. cum animi. §. excipitur. ff. de edili. edic. & in. l. aut damnum. circa princi. ff. ad leg. Iul. pecula. & in. l. capitalium. circa principi. & in. §. famosos. eiusdem legis. ff. de pœnis. Et sunt plura alia loca quibus probatur quem furcæ fingẽdum esse, quos etiam enumerat Calici. in Margar. fisci. in Rubri. de pœ-
6. na furcæ. Apud vero nos passim furcæ traduntur publici latrones iuxta tex. in. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. qui latrones propter criminis immanitatem solẽt prius quam dicta pœna furcæ in eos exequatur fustigari, & in loco ad id destinato ab eis auriculæ amputantur, & deinde morti traduntur. Homicidæ quoque voluntarij laqueo per collũ in alta furca suspenduntur. Est etiam in vsu hæc pœna contra falsæ monetæ fabricatores, & monetam argenteam vel auream tondentes, contra raptores virginum, mulierum nuptarum, & viduarum Et contra falso mandato monetam à lo-
7. cis publicis extrahentes. Scias tamen, quòd hæc pœna communiter est obseruata in hoc Catalonię Principatu in personis plebeiorũ, siue hominum de pede, & non in baronibus neq; in militibus, neq; in hominibus deparatico, & generosis, quia de iure à tali pœna immunes sunt. vt in. l. 3. §. qui ad hostes. ff. de re mili. & in. §. pęna. eiusdem. l. 3. & ibi glo. super verbo. torquetur. Milites enim neque tormẽtis, neque plebeiorum poenis subiungi putamus inquit iuris consultus. in. l. milites. C. de quæstionib. Et idem est dicendum de ciuibus honoratis, qui per priuilegium ciuium honoratorũ, quod ipse pluries vidi pro veris militibus in omnibus & per omnia habẽtur: dempto, quòd non habent

in-

BIB. UNIVERS. BARCINONENSIS

intereſſentiam, neque votũ in curijs generalibus Cathaloniæ. Pariter quoque dicerem de Doctoribus in quos hæc pęna ſuſpenſionis furcæ practicari non ſolet. Neque unquam vidi aliquem Doctorem in alta furca laqueo per collum fuiſſe ſuſpenſum vide. de pęna furcæ. Farinaceũ de delict. & pęn. q. 19. num. 11.

8. Forma autem ſententiæ diſpoſitiuæ huius pęnæ hæc eſt.

Pronuntiat, ſententiat & declarat, & dictum. N. condemnat, quòd eſt reus mortis, & quód ſuſpẽdatur laqueo per collum in alta furca taliter, quód naturaliter moriatur, & anima ab eius corpore illico ſeparetur: vt ei cedat in pœnã, ceteris vero in exemplum.

9. De pęna amputationis capitis.

ISta pęna tunc proprie dicitur pęna capitis, quando caput amputatur mortem corpori inferendo. l. capitalium. §. 1. ff. de pœnis. & in. l. raptores. in prin. ibi capitis ſupplicio plectẽdos. & in. l. vnica. C. de raptu virgi. & in. l. ſiquis filio. ff. de iniuſto. irritoq; fac. teſtamẽ. Debes tamẽ ſcire, quòd hęc pœna in Cathalonia de generali obſeruantia eſt ordinaria in baronibus, & militibus, quando eis venit mors infligenda, quòd de capitantur prout eſt de iure vt in. l. de ſertorem. §. pęna. & quòd ibi ſcribit Bart. ff. de re mili. Sed vbi in prędictis caſibus veniret plebeius pœna mortis puniendus, non decapitaretur, ſed ſuſpenderetur in alta furca, aut alia puniretur pœna. vt teſtatur Calici. in Margari. fiſci in Rubri. de pœna capitis trũcandi. nu. 3. vbi etiam dicit, quòd hæc pęna amputandi caput honorabilior eſt quàm ſuſpendij: quia de capitati traduntur eccleſiaſticæ ſepulturæ; & ſuſpenſi non niſi eorum corpora petantur, & concedantur. iuxta. l. 1. & l. fi. ff. de cadaue. punitorum.

Huius pęnæ forma ſententiæ
10. ſequens eſt.

Attẽto meritis præſentis proceſſus & inquiſitionum legitimæ conſtat, de fiſci procuratoris Regiæ curiæ intentione contra. N. ideo & aliàs inſequendo concluſionem in Regio concilio factam, ſua Excellentia pronuntiat, ſentẽtiat, & declarat, quód dictus N. eſt reus mortis: eundemq; condemnat, quód amputetur ei caput in loco ſolito præſentis Ciuitatis taliter quòd naturaliter moriatur, & anima illico ab eius corpore ſeparetur: vt illi cedat in pœnam ceteris vero in exemplum.

De

De pęna quòd quis iuguletur, & eius cadauer in partes findatur.

Forma sententiæ hæc est.

11. *Pronunciat, sententiat & declarat, & dictum. N. condemnat, quód est reus mortis, & quòd iuguletur per collum taliter, quòd moriatur & anima ab illius corpore separetur, & postea illius cadauer in frustra seu partes scindatur: vt ei cedat in pœnam ceteris vero in exemplum.*

De pœna quòd quis nudus vehatur curru, & quòd eius carnes forficibus igneis apprehendantur, & de alijs pœnis quibus latro publicus qui caput est magnæ cohadunationis incedentis per totam terram derrobãdo, & homicidia committẽdo, ac publicam pacem perturbãdo puniri solet.

12. Forma sentẽtiæ huiꝰ pœnæ hęc est. *Pronuntiat, sententiat, & declarat, & dictum. N. condemnat, quòd est reus mortis, & quód fustigetur palam, et publicæ, per loca solita præsentis Ciuitatis. & quód illi amputetur auricula, & postea nudus vehatur curru etiam per loca solita, & & quod carnes eius forficibus igneis apprehendãtur, & eidem amputetur manus dextera in platea sancti Iacobi, & alia manus sinistra amputetur et via lata, et postea in loco supplicij iuguletur per collũ taliter vt naturaliter moriatur, & anima illius ab eius corpore separetur, postea eius cadauer in frustra seu partes scindatur, & post latã sententiã subijciatur quæstionibus & tormentis in caput sociorũ dictæ cohadunationis, & receptatorũ illius, vt ei cedat in pœnã ceteris vero in exemplũ.*

Nec putet quis, quòd et si in hac sentẽtia reus pluribus pœnis puniatur, possit ex his absolute inferri aliquẽ posse pro pluribus delictis, pluribus & diuersis pœnis puniri: quia quamuis hęc pœnarum multiplicatio sic apud nos recepta sit, non hoc fit ex pluralitate delictorũ, sed propter criminis atrocitatẽ, & vt facinorosi perterriti ab atrocitate pœnarum, abstineãt se ab atrocibus delictis. Et fateor esse verũ regulariter receptũ esse plura delicta non vnica, sed pluribus pœnis plecti debere. l. nũquã plura. ff. de priua. delic. Sed regulã hanc intellige prout eã declarat Farinace. in titu. de delict. & pœn. q. 22. vbi prædictã regulã cõstituit, & eã ampliationibus & limitationibus late declarat. apud quem quilibet studiosus materiã hanc videre poterit.

De pœna quòd quis raptetur per terram.

13. Forma ſententiæ huius pœnæ ſequens eſt.

Pronuntiat, ſententiat, et declarat, & dictum. N. condemnat, quod eſt reus mortis, & quód raptetur per terram, et in loco ſupplicij iuguletur per coltum, taliter quód naturaliter moriatur: & poſtea eius cadauer in fruſtra ſcindatur: vt ei cedat in pœnam, ceteris vero in exemplum.

De pœna ſeruiendi in Regijs triremibus remigando,

14. Forma ſententiæ ſequens eſt.

Pronuntiat, ſententiat, & declarat, & dictum. N. condemnat ad ſeruitium Regiarum triremium, remigando ad quinquẽnium, et ſi eſt imperpetuũ eſt dicẽdum, *condemnat ad ſeruitium Regiarum triremium imperpetuum: vt ei cedat in pœnam, ceteris vero in exemplum.*

De pœna relegationis in inſulam.

15. Forma ſententiæ eſt.

Pronuntiat, ſententiat & declarat, & dictum. N. condemnat, quod relegetur in inſulam per ſuã Mageſtatem nominãdã per tempus quinque vel decem annorum, vt ei cedat in pœnã, ceteris vero in exemplum.

Aduerte, quòd in hac ſentẽtia ponuntur illa verba, in inſulam per ſuam Mageſtatem nominandam, ideo quód præſes huius prouinciæ non habet inſulas ſub ſua iuriſdictione, neque iuriſdictionem vltra territorium ſibi commiſſum; & extra territorium ius dicenti impune, non paretur. Propterea opus eſt, quòd in condemnatione dicatur, in inſulam nominãdam per ſuam Mageſtatem. Quam inſulam poſtea Locum tenens generalis, tanquam alter nos nominare ſolet.

De pœna clauandi manum.

16. Hæc pœna in hoc Regno in vſu eſt, & eſt multum arbitraria, quam iudices arbitrari ſolent cõtra illos, qui doloſe inferunt alicui vulnus, pro quo delinquens venit tantum puniendus.

Forma autem ſententiæ huius pœnæ ſequens eſt.

Pronuntiat, ſententiat & declarat, & dictum. N. condemnat, quód in loco ſolito manus eius figatur in pellicula quæ eſt inter policem & indicem, vbi detineatur per ſpacium quartæ partis vnius horæ: prout cum præſenti dictum. N. con-

demnat,

demnat. vt ei cedat in pœnam, ceteris vero in exemplum.

Verũ quid refert quòd ius statuerit pœnas, & iudices reos ad illas condemnent, si non reperiuntur executores qui illas exequantur, ponitur in facto, quòd aliquis dãnatur ad mortẽ, vel ad membri mutilationẽ, & non reperitur carnifex qui illã pœnã exequatur, quęritur, quid iudex in hoc casu facere debeat? Respondeo, iudicẽ posse in dicto casu capere vnũ hominẽ vilem, puta mendicantẽ, & illũ cõpellere ad exequendũ cui dari debet salariũ quinque aureorum, vel vestes, & anuli dãmnati vsque ad dictã summã per. l. diuus. ff. de bon. dãnator. Sed demus, quòd ad id nõ inuenitur homo vilis, & mẽdicãs, quęro, quid possit & debeat facere iudex? Respõdeo, quòd potest capere vnũ de carceratis, qui forte erat condẽnand⁹ ad mortẽ, vel ad deportationẽ, & remittere illi pœnã, & cõpellere eũ quòd hãc executionẽ faciat, & possit iudex illũ condemnare quod sit perpetuus executor: quia censetur tunc damnatus ad opus publicũ, & est seruus pœnæ. Intellige tamen hoc verum si delictum suum erat tale, quòd ad opus publicum damnari potuisset. ita hæc omnia declarat Paris in tracta. syndi. in versi. Mani voltus. vbi plura allegat. vide ibi per eum. Quod vltimum existimo procedere debere in personis vilibus. Atque ita iudex in pœnis irrogandis debet semper habere respectum ad qualitatem personarũ. l. fi. ff. de iniurijs: &. l. capitalium. §. non omnes. ff. de pœnis. & l. Pedius. §. 1. ff. de incend. rui. naufrag. & prædictis adde Bal. & Doctor. in. l. fi. §. Titius. ff. de pignorati. actio.

Præterea quæro, opus est quòd malefactor cõdemnatus ducatur ad supplicium equester cum asino, equo, vel mula, an iudex possit capere alterius asinum, equm, vel mulam pro illa exequenda sententia? Respondeo, posse hoc iudicem facere: verum debet ei dare salariũ de publico. ita tenet Bart. in. l. iubemus nullam nauem. in prin. C. de sacro sanct. eccles. Bal. & Alberi. in. l. fi. §. Titius. ff. de pignorati. actio. & Paris. in tracta. syndi. in versi. Captura. col. pen. & in versi. An officialis possit capere.

§. 15. De relaxatione reorũ à carceribus, & de formis quibus rei relaxari solent.

1. *Rei aliquãdo relaxãtur â carceribus de mãdato, & quãdo hoc cõtingat. Et de forma prouisionis hui⁹ relaxationis.*
2. *Rei quandoque relaxantur â carceribus simpliciter, & absque aliqua cautione, & de forma prouisionis ibi.*
3. *Rei â carceribus relaxantur ob honorem*

rem feriarum Paschatis, vel Natiuitatis Domini, & de forma prouisionis.

4. *Rei relaxantur à carceribus cum cautione iuratoria, & quando, ac quomodo hoc contingat, & de forma relaxationis.*

5. *Rei relaxãtur à carceribus sub fideiussoria cautione varijs modis, de quibus ibi, & de formis prouisionum.*

6. *Relaxatio ad requisitionem dierum donec aliter sit prouisũ operatur quòd non possit reus in carceres conijci ni si superuenientibus nouis indicijs.*

7. *Fideiussio ad requisitionem dierum facta, expirat spacio duorum annorum.*

8. *Rei relaxantur aliquando per pactum & transactionem factam cum fisco, & qua forma facienda sit prouisio.*

9. *Frangens fines exilij voluntariè susceptj qua pœna puniatur.*

10. *Executio manuleutæ qua forma fieri debeat.*

VARIIS modis rei carcerati à carceribus relaxantẽ, quorũ relaxationẽ ad sequentes reducimus modos.

1. Aut relaxantur de mandato, & hoc passim practicari solet, quando per locum tenentem generalem, vel alium qui de mandato capere potest homines incarcerantur. Extat enim Regni constitutio quæ est Regis Ferdinandi. 2. in. 3. curia Barcinonæ anni. 1503. cap. 33. qua disponitur, personis enumeratis in illa constitutione licere, licentiam officialibus cõcedere, homines capiendi, & in carcerandi, absque aliqua iudicis prouisione. Et hoc modo homines capti, in libro seu reportorio carceratorum scribuntur scilicet, quòd detinentur ibi de mandato, vel Locum tenẽtis generalis, vel alterius qui mandatum dedit. Et si isti qui hoc modo carceres ingrediuntur, postea vere culpabiles reperiuntur, & quòd sunt rei qui debent inter nomina reorum describi, tunc consignantur iudicibus curiæ, vt eorum negocium inquirant, & examinent, & hoc modo extinguitur mandatum illius qui capere fecit. Verũ si tales postquam mancipati fuerunt in carceribus non reperiuntur culpabiles; & sunt ex leui causa capti de mandato, nec extat materia sufficiens ad inquirendum contra eos, solent tunc de mandato relaxari. Quod hoc modo practicatur, vt qui fecit mandatum mittit quãdam scedulam eius manu firmatam ad commentariensem qua ei iubetur, quòd illum hominem demandato captum, demandato etiam relaxet, Et hic est vnus modus relaxandi à carceribus.

2. Aut relaxantur simpliciter, & absque aliqua cautione; quod duo

bus

bus præcipue modis contigere solet. Primo, quando captus reperitur clare, & euidenter sine culpa; quia is nulla præstita cautione, & sine expensis relaxandus venit. iuxta text. in constitutione Caroli Imperatoris. cap. 44. curiæ Montissoni, anni. 1542. Et pro tali fit prouisio sequens

Die. 2. Ianuarij. 1603. in sequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet quód. N. relaxetur à carceribus in quibus nunc detinetur non solutis expensis.

3. Secundo relaxantur sine cautione & expẽsis illi qui ob honorẽ feriarum à carceribus liberantur. Quod contingere solet in festis Paschatis, & Natalis, quando in his temporibus pro Reges nostri, & Regij Senatores ad visitandos carceres accedunt, qui pro quibusdam carceratis pro leui causa, & sine partis instantia detentis, solent arbitrari quòd ob honorem feriarum relaxentur. Et prouisio quæ prodicta relaxatione fieri solet est tenoris sequentis.

Die. 5. Januarij. 1603. insequendo conclusionem in Regia visita factam prouidet quòd. N. ob honorem feriarũ resurrectionis Domini nostri Iesu Christi relaxetur.

Aduerte, quòd hoc arbitrium iudices extendere non solent ad casus contentos in. l. nemo. C. de episcopá. audien. Non enim solet Regium concilium ob honorem feriarum dimittere illos, qui de casibus in illa. l. exceptuatis impetiti in carceribus reperiũtur.

4. Quandoque etiam, delinquentes non multũ grauati in processu relaxari solent cum iuratoria cautione, & præcipuè, quando nõ inueniunt fideiussores, & hoc obseruat pluries Regium cõcilium; ac ipse existimo optimam esse cõsuetudinem, ne rei qui aliàs essent relaxandi, vbi fideiussores non inuenirent propter eorum paupertatem in carceribus marescant. Et dicuntur rei non inuenire fideiussores, quando post prouisionem factam. (quòd datis fideiussoribus relaxẽtur) eos non exhibẽt; immo propter fideiussorum carẽtiam patiuntur ipsosmet per multos dies detineri in carceribus. Et etiam constat, reos nó inuenire fideiussores per eorum iuramentũ, quo satis censentur probare difficultatem præstandi fideiussorem. secundũ glo. in. l. 1. in verbo fideiussoribus. ff. qui satis dare cogan. quã dicit esse cõmuniter approbatam Socin. consil. 79. col. 2. versi. Tertio confirmatur lib. 2. Forma autẽ prouisionis huius relaxationis

cum iuratoria cautione in Regio concilio sequens est.

Die. 8. Februarij. 1603. insequendo conclusionẽ in Regio cõcilio factam, prouidet, quòd. N. tradatur sub sacramento & homagio ad requisitionẽ dierũ ad pœnã viginti quinq; librarum.

Huic quoque iuratoriæ cautioni dimitti debẽt viri Illustres; cũ aliàs de iure loquẽdo cogi nõ possint ad fideiusionẽ præstãdam in causa criminali. vt est tex. ĩ. l. quoties. C. de dignitatib. lib. 12. Tamẽ scias, quòd quidquid sit d̃ iure, cõtrariũ seruat cõsuetudo, vtscilicet nõ modo cogãtur fideiubere, sed etiã in carcerẽ detrudant̃. Et ideo dispositio dictæ. l. quoties. ab aula recessit, & ĩ practica nõ seruatur.

5. Relaxantur præterea rei à carceribus cũ cautione fideiussoria: quòd multis solet euenire modis. Primo, quando pẽdente processu apparet reum non esse culpabilẽ delicti de quo imputatur: quia in hoc casu, d̃bet relaxari. vt est tex. in. l. 1. C. de exhibitio. reorum. qui tex. licet non videatur requirere fideiussores, sed simpliciter dicat illũ debere relaxari, nihilominus practica obseruat, quòd præstetur fideiulsio. Et ita in Regio concilio practicatur. Atque ita seruari attestatur Bossi. in tit. de senten. nu. 61. & forma prouisionis, qua vtimur, hæc est, quód iudex in calce supplicationis qua per procuratores reorũ petitur illos sub idoneis fideiussoribus relaxari puideat. *Recepta die. 15. Februarij. 1603. insequendo conclusionem in Regio cõcilio factã prouidet, quòd N. tradatur idoneæ manuleutæ ad requisitionem dierum ad pœnam centum librarum donec aliter sit prouisum.*

6. Item scias, quòd hæc relaxatio operatur, quòd nõ potest reus iterum in carceres conijci ex ea causa, nisi superuenientibus nouis indicijs. Et ita obseruat Regium cõcilium, obseruarique attestatur Bossi. in titu. de senten. num. 61. & Iul. Clar. in practi. q. 46. versi. Pariter etiam.

7. Et hęc fideiusio quæ in hoc casu præstari solet expirat post lapsum duorum annorum iuxta tex. in cap. curiæ. 2. curiarum Barcinone anni. 1564. & in cap. 3. curiarũ Montissoni anni. 1585. quæ duo capitula nunc sunt collocata in noua compilatione sub titu. de manleutas.

Secundo relaxantur fideiussoribus rei qui propter eorum infirmitatem arrestantur in aliqua domomo: pro quibus fit prouisio in sequenti forma.

Die. 30. Februarij. 1603. insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet, quòd. N. tradatur idoneæ manu-

leutæ

leuta arrestatus in aliqua domo præsentis Ciuitatis ad pœnam quinquaginta librarum attenta eius infirmitate.

Solent & tertio relaxari sub fideiussoribus cũ reincidẽtia, ꝓmittendo se infra tot tempus redditu ros intus regios carceres in quibus detinentur: pro quibus in hoc casu fit prouisio sequens.

Die. 10. Ianuarij. 1603. in sequendo conclusionẽ in Regio cõcilio factam prouidet, quòd. N. tradatur idoneæ manuleutæ cũ reincidentia per totum mẽsem Octobris proxime venturum, et interim quandocunque fuerit requisitus, teneatur se reponere intus regios carceres sub pœna ducentarum librarum.

Aduerte præterea, quòd quãdo quis relaxatur fideiussoribus sub certa pœna, meritis inquisitionis attentis, prouisio quæ pro illa relaxatione fit habet vim absolutoriæ sententiæ: quæ absolutoria de stylo fieri non solet sed in eius locum est subrogata prouisio sequens.

Die. 15. Januarij. 1603. insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet quòd meritis processus attentis & aliàs. N. tradatur idoneæ manuleutæ ad requisitionem dierum ad pœnam centum librarum.

Adijcitur pœna arbitrio Regij concilij.

Est & alius modus relaxandi à carceribus, qui exercetur in reos, qui cum propter eorum grauissimam infirmitatem & iuxta medicorum relationem pereclitentur de vita ducũtur ad hospitale: pro quibus solet fieri prouisio sequẽs.

Die. 15. Februarij. 1603. insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet quòd N portetur ad Hospitale sanctæ crucis attenta eius grauissima infirmitate.

Relaxantur etiam rei à carceribus meliorãdo illis locum in quo detinentur. Quod fit in forma sequenti.

Die. 21. Februarij. 1603. facto verbo in Regio concilio, prouidet, quòd. N. tradatur idoneæ manuleutæ arrestatus intra alteram ex cameris vulgo dictis los depossadors nous regiorum carcerum præsentis ciuitatis ad pœnam centum librarum.

8. Tandem relaxantur à carceribus plures qui voluntariè suscipiunt bannimenta extra Regnum vel Vicariam, aut suscipiunt relegationem in insulam per aliquod tempus. In quibus multoties à Regio concilio audiuntur illi, qui conuinci non possunt de cri-

minibus pro quibus detinentur, sunt tamen de illis multum infamati, & aliàs malæ famæ, & condi tionis, vt sic Respublica malis purgetur hominibus. iuxta. l. cõgruit. ff. de officio præsid. Et forma prouisionis huius relaxationis sequẽs est.

Die. 1. Marcij. 1603. insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet, quòd N. relaxetur attento bannimẽto per eum voluntariè suscepto à præsenti Principatu Cathalonia, per tempus quinque annorum. vel si est relegatio debet dicere. Attenta relegatione per eum voluntarie susceptа in insulam per suam Magestatem nominandam: per tẽpus quinq; annorum.

Scire etiam hoc in loco debes,
9. quòd quando reus ita relaxatus frangit fines huius exilij per eum voluntariè suscepti duplicatur illi tempus quod super est ad adimplendum. iuxta tex. in. l. aut damnum. §. quisquis. ff. de pœnis. Et vide multa quæ circa hæc dixi in meis criminalibus decisionibus in cap. 41.

Quandoque etiam Regium cõcilium admittit hoc exilium cum 10. pœna quam rei sibi ipsis imponũt, si bannimentum vel relegationem voluntariè susceptam non seruauerint. Et ad id inclinare solet Regium concilium, attentis conditione personæ, qualitate criminum, & ipsiusmet rei infamia. Pro quibus fit prouisio. in sequenti forma.

Die. 3. Marcij. 1603. insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet, quòd. N. relaxetur: attenta relegatione per eum voluntariè susceptа ad insulam per suam Magestatem nominãdam, ad pœnam fustigationis. vel si est alia pœna inseres illam in prouisione.

Nunc antequam huius. §. materiam omittamus oportunum erit quærere, quomodo, & qua forma procedendum sit contra eos qui in pœnas manuleutæ & fideiussionis præstitæ pro reis ex carcerandis inciderunt, non repræsentãdo illos, vel aliàs pœnam appositam non soluendo? Respondeo, in hac executione, iuxta ius & practicam nostram procedi debere vt in sequenti forma.

Forma procedendi & decernendi executionem contra principalem, & eius fideiussores qui in pœnam promissam non parendo promissis inciderunt.

ANte omnia fisci procurator 10.
Regiæ curiæ vna cum scriba causæ & testibus debent accedere ad domũ in qua iuxta promissionem in instrumento manuleutæ fa-

factam ille reus venit requirendus; & ibi requirere debent, quòd infra spacium vnius diei vel duorum, vel trium. &c. N. se reponat, vel reponere habeat intus regios carceres; & de hac requisitione in illa domo facta, scriba causæ conficiet instrumentum testibus receptis. Deinde elapso termino fisci procurator curabit intelligere, an ille reus comparuerit in dictis Regijs carceribus. Et si viderit eũ non comparuisse, instabit quòd à custodibus carceris recipiatur informatio in qua claudatur, quòd. N. non se reposuit intus dictos carceres. Quam informationem scriba causæ recipiet, & ea recepta per fisci procuratorem fit supplicatio in forma sequenti.

Excellentißime Domine
Locumtenens generalis.

CVM instrumento recepto per Petrum. N. notarium ciuem Barcinone die. 26. Marcij. 1603. N. qui in regijs carceribus detinebatur promisit vestræ Excellentiæ & Regiæ curiæ tenere arrestum per præsentem Ciuitatem Barcinone, & requisitus, se reponere intra eosdem regios carceres intra spacium vnius diei naturalis postquam fuisset requisitus sub pœna centum librarum monetæ Barcinone, pro qua dedit in fideiussores. N. & N. & tam principalis, quàm fideiussores obligarunt personas & bona, & cuiuslibet eorum insolidum, tanquam pro debitis fiscalibus. Et cum mandato Regiæ curiæ fuisset dictus. N. requisitus in domo. N. sita in præsenti ciuitate in vico dicto lariera de san Iuan, die. 12. præsentis mensis Marcij quatenus se reponeret intus regios carceres intra spacium vnius diei prout promisserat, tamen hic hucusque facere recusauit, & recusat, prout ex informatione recepta die. N. proxime lapsa legitime constat. Id circo & aliás, fisci procurator Regiæ curiæ exhibendo & producendo instrumenta dictarum obligationum, & requisitionis, & informationem prædictam vt ecce, supplicat executionem fieri & decerni, in persona & bonis dictorum principalis & fideiussorũ, & cuiuslibet eorum insolidum prodictis centum libris, & expensis factis, & faciendis: iuxta Regiæ curiæ stylum, vt in debitis fiscalibus solitum est fieri. Ita tamen vt vno soluente, reliqui liberentur,

& pro

& pro his fieri & expediri prouisiones & commissiones oportunæ. Quæ licet, &c.

Altissimus &c.
N. fisci aduocatus.

Cui supplicationi per scribam mandati fit decretatio sequens. Remittatur relatori causæ qui super supplicatis debitè prouideat

Prouisa per Regentem Cancellariam. die. 20. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis fit tenoris sequentis.

REcepta dictis die & anno. Visa supplicatione oblata pro parte fisci procuratoris Regiæ curiæ in effectu supplicantem executionẽ fieri contra personas & bona de. N. ciuis Barcinonæ & de N et N. fideiussorum, attento quód dictus N. requisitus non se reposuit in regijs carceribus, vt tenebatur & obligatus erat in vim cõtractus, & instrumenti recepti in posse. N. notarij ciuis Barcinonæ die. N. In et cum quo dictus principalis promisit Excellentissimo Domino Locum tenenti generali & Regiæ curiæ tenere arrestum per præsentẽ Ciuitatẽ Barcinonæ, et quód requisitus se reponeret intra regios carceres ad pœnam centum librarũ intra spaciũ vnius diei naturalis pro quo dedit in fide iussores dictos N. et N. qui omnes tã principalis, quam fideiussores obligarunt personas, & bona, & eorũ cuiuslibet in solidum prout in debitis fiscalibus; vt hæc & alia latius in dicta supplicatione, & instrumento continentur. Viso dicto instrumento obligationis. Visis depositionibus. N. commentariensis, & N. custodis dictorum carcerum. Viso instrumento requisitionis in domo dicti N. ad instantiam fisci procuratoris Regiæ curiæ factæ: visis videndis, Attento constat dictum N. vt decet requisitum non se reposuisse in regijs carceribus prout facere tenebatur, & obligatus erat, id circo & aliás prouidet, quód fiat executio contra personas,

& bona

& bona dicti. N. principalis, & dictorum. N. & . N. fideiussorum, & eorum quemlibet insolidum prout cum debitis fiscalibus pro quã titate centum librarum monetæ Barcinonæ ita vt vno soluente, ceteri liberentur. Et pro his expediantur litteræ, prouisiones, & commissiones oportunæ iuxta stylum.

N. Iudex siue relator.

Et facta dicta prouisione, ad huc iuxta dispositionem cap. 54. curiarum Barcinonæ anni. 1599. illa non potest demandari executioni, quin prius Regens regiam thesaurariam miserit litteras manu propria subscriptas ad requisitum, & eius fideiussores, expensis dictorum requisiti, & fideiussorũ quibus prædicti certiorentur quòd nisi infra decem dies computandos à die præsentationis dictarũ litterarum præsentauerint illum reum, aut soluerint prædictas centum libras dictis decem diebus elapsis fiet executio dictæ prouisionis. Litteræ autem missiuæ iuxta dictam constitutionem sunt tenoris sequentis.

Sapiau com la prouisio de executio contra vos, y vostres fermances esta feta per tanta quãtitat: per no hauer vos complit ab lo acte de la manleuta tenim prestada haueu promes. Per ço, ab la present vos interpello, que si dins deu dies comptadors de la presentata de la present, no haureu complit ab lo que endit acte de manleuta haueu promes, encontinent y ab effecte passat aquells, dita prouisio se posara en deguda executio.

Et scias, quòd hæc diligentiæ, iuxta formam eiusdem constitutionis continuari debent in quodam libro in regia Thesauraria retinendo, & ad id destinato.

Cap. 13. De processu Regaliæ, in vim Vsatici Barcinonæ incipientis. Simili modo.

1. *Rex inter suos subditos præcipit pacem & treugam teneri.*
2. *Violatores regiæ protectionis debent se ponere in manu & posse Domini Regis, & cõtra eum proceditur per processum regaliæ in vim vsatici Barcinonæ incipientis simili modo.*
3. *Processus regaliæ in vim vsatici Barcinone incipientis simili modo forma.*
4. *Processus regaliæ formari non potest, quin prius constet iudici de delicto, & quòd delictum sit de casibus regaliæ, & debet hoc antea declarari per*

iudice

iudicẽ facto verbo in Regio concilio.

5. *Prouisionis faciendæ in calce supplicationis processus regaliæ forma.*

6. *Supplicare licet â prouisione regaliæ facta, & quomodo practicandum sit vide ibi.*

7. *Processus laudamenti curiæ in vim vsatici Barcinonæ incipiẽtis simili modo.*

DIXI in superioribus fisci procuratorem Regiæ curiæ plures habere modos & formas procedendi,& inquirendi de delictis,& quòd dictæ formæ varian tur secundum varietatem factorum; quia si delictum est ordinarium,& non compræhensum sub aliqua regalia, inquiritur super il lo per processum via ordinaria. Si vero est de compræhensis sub aliqua regalia, vt puta vsaticorum Simili modo. Authoritate & roga tu. Camini & stratę. & Moneta. ac aliorum eisdem applicabilium, pro ceditur respectiuè secundum for mam dictorum vsaticorum. Et quia supra latius dictum fuit de forma processus qui fit ac fieri de bet via ordinaria, super est nunc, vt dicamus de forma processus fa ciendi in vim regaliarum Domini Regis.

Scias igitur, inter præcipuas regalias quas Dñs noster Rex, vt suis osibus affixas, atque ab eo inseparabiles habet in hoc Principatu Cathaloniæ,& in Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ hãc

1. vnam esse, quòd scilicet Rex potest inter suos subditos inimicos treugam & securitatem præcipere teneri,& ponere, à constituere illos sub suo emparamento, suaq; regia protectione, quam omnes post quam in ea per dictum Regem constituti sunt, ei seruare tenentur. Nam cum dicta protectio inter illos fraternitatem quãdam constituat, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.

2. Et propterea si quis ausu temerario hanc protectionẽ violare præsumpserit, debet ille talis cum bonis suis se reponere ĩ posse Regis, & cõtra eum proceditur per processum regaliæ in vim vsatici Barcinonę incipiẽtis Simili modo, in quo huius regaliæ theorica deprehenditur; cuius vsatici verba hæc sunt. Simili modo, firmissime obseruetur treuga,& securitas, quã præceperunt Principes inter inimicos teneri; quamuis ipsi inimici eandem treugam non authorizauerint, & emparamentum quod fecerit Princeps perse, vel nunciũ suum, aut sagionem, vel per suum sigillum nemo sit ei ausus desemparare, nisi primũ fatigauerit se de directo in Principem ad consuetudinem curiæ. Ecce in hoc tex. descriptam prædictæ securitatis & protectionis regaliam, in quam si quis inciderit formatur con-

contra cum processus in forma sequenti.

3. Imprimis & ante omnia fisci procurator Regiæ curiæ debet hunc processum inchoare, offerēdo Domino Regi, seu eius Locum tenenti generali, cui per necessitatem regaliæ communicantur, vt alibi explicabitur supplicationē sub hac forma.

Excellentißime Domine
Locumtenens generalis.

PRopter bellum quod erat inter .S.C.& R. Mageſtatem ex vna, & Regem Francorum ex altera, fuit factum & publicatum Regium edictum in et cum quo fuit abdicata facultas incolis, & habitatoribus in præsenti Principatu Cathaloniæ se inuicem lædendi, occidēdi, & damnificandi, tam in personis, quám in bonis, & nihilominus sunt constituti dicti habitatores & incolæ sub protectione et securitate regia, & vsatici Barcinonæ incipientis Simili modo. Quam securitatem violare non dubitarunt quidam filij perditionis videlicet. N &. N. qui arcabußio pedrenyal, & alys armis armati animo & proposito deliberatis die Lunæ 15. mensis Februarij proxime lapsi inuaserunt, & ictu arcabusij tribus pelotis ferierunt, & letaliter vulnerarunt. N. in capite qui in breui obijt, & alia quā plurima enormißima crimina & delicta commisserunt, & perpetrarunt, propter quod inciderunt in pœnas dicti vsatici, & aliorum vsaticorum eidem applicabilium. Id circo & aliás supplicat fisci procurator Regiæ curiæ de prædictis inquiri, & in vim dicti vsatici, & aliorum illi applicabilium culpabiles capi, bonaq; eorum ad manus Regiæ curiæ apprehendi, & subtuto poni, procedi, & enantari secundum mentem, seriem, practicam, & stylum dicti vsatici, et aliorum eidem applicabilium, & in omnibus iustitiæ complementum fieri, & ministrari. Et exhibet dictum Regium edictum cum supplicatione eius supplicans inseri. Quæ licet, &c.

Altißimus &c.
N. fisci aduocatus.

Huic supplicationi fieri debet decretatio sequens.
Magnificus. N. iudex Regiæ curiæ quo citius & secretius fieri pos-

sit

sit informet se de contentis in præsenti quærela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium in personam nostram debite prouideat.

Prouisa per Excellentißimum Dominum Locum tenentem generalem die. 28. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Et antequã procedatur in hoc processu ad vlteriora debes pro omnibus regaliarum processibus
4. duo generaliter scire. Primũ est, quòd antequam contra aliquem formetur processus regalię debet iudici constare de delicto, & quòd delictum sit de casibus regaliæ. Secundum est, quòd hæc, an scili cet constet de delicto, & an delictum sit de casibus regaliæ, decla ret & decernat ipse iudex facto verbo in Regio concilio. probantur hæc duo requisita in cap. 10. in actis curię, curiarum anni. 1599. Et his obseruatis iudex faciet pro uisionem sequentem in calcæ supradictæ supplicationis.

5. *Recepta die. 25. Februarij. 1603. facto verbo in Regio cõcilio pro uidet, quòd aliquis ex regijs algutzirijs accedat ad omnia loca Principatus Cathaloniæ & Comitatuũ Ruscilionis et Ceritaniæ quo oportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet &. N. & N. loci de. N. capiat, & ad regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat iuxta præticam & stylum dicti vsatici, & aliorum illi applicabilium, & pro his fiant, et expediantur cõmißiones et prouisiones oportunæ.*

N. Iudex.

Et si per inquisitionem postea constat contra aliquos de delicto, facienda est in processu sequens prouisio.

Die. 21. Aprilis. 1603. Aliquis ex regijs Algutzirijs accedat per omnia loca Principatus Cathaloniæ et Comitatus Ruscilionis et Ceritaniæ, &. N. et N. & alios quos culpabiles inuenerit capiat, et alia faciat prout iam prouisum fuit.

6. Et scias quòd volentibus vice gerente generalis gubernatoris, & alio quocunque iudice ordinario vel barone ad quem spectet, seu

seu ipsamet parte contra quam regalia instatur, ab ista declaratione facto verbo facta supplicare, liceat hoc illis respectiue facere. Et tunc Regens regiam cancellariã, supplicationem à dicta declaratione interpositam tenetur committere vni ex Doctoribus aliarũ ciuilium aularũ, qui prouidebit, quòd intimetur fisci procuratori. Quo facto, currunt parti supplicanti decem dies computandos à die intimæ, ad dicendum & allegandum quidquid dicere & allegare, &c. quibus elapsis, iudex dictæ causæ supplicationis illam expedire debet intra alios decẽ dies cum salario viginti regaliorum; & interim in omnibus super cedẽdum est, vt probatur in dicto cap. 10. in actis curiæ, curiarum anni 1599.

Capto deinde reo, & eo comparente, & se repræsentante, proceditur contra eum in omnibus, vt in causis ordinarijs: exceptis defensionibus rei quæ in forma supplicationis fieri debent, nõ in forma scedulæ: & exceptis sententijs tormentorum, & diffinitiuis quæ fiunt in primam personam Domini Regis, aut eius Locum tenentis generalis, vt inferius constabitur.

Et si quæris qua forma faciendum sit laudamentum curiæ in vim dicti vsatici. Simili modo? Respondeo, faciendum esse in forma sequenti, mutatis mutandis, prout contingentia facti requiret.

Forma processus Laudamenti curiæ in vim dicti vsatici. Simili modo.

Excellentißim
Señor.

EN gran deseruey de Deu omnipotent, y de la Real Magestat, è dany dels poblats, è vassalls del present Principat de Cathaluña no han dubtat, ni dubten de quiscun dia. N. y. N. de vna part, y. N. y. N. de la part altra, fer grãs ajusts de bãdolers delats, y enemichs de sa Magestat, gitats de pau y treua, & de altra gent armada de diuerses armes prohibides, axi de arcabussos, balleses, scopetes parades, y ab tretes enaruades, è altres armes guerrificant, è insidiant los vns als altres, segons llargamẽt est a deduit per part del procurador fiscal de la regia cort en la supplicatio en lo proces de regalia fet en virtut del vsatge Simili modo, é de les coses á dit vsatge applicables

per

per lo edicte de la guerra, les quals coses totes è sengles per los demunt dits son estades perpetrades en gran deshonor y dany de la S.C. y R Magestat, les quals encontinent, lo procurador fiscal de la regia cort estimà, axi com de present estima per quiscuna de les parts, ço es per la part de. N. y. N. é dels altres per ells aplegats la deshonor y injuria de mil ducats de or, y los danys à sinch cents ducats de or. Y per part de dits. N, y. N. la deshonor y injuria feta a sa Magestat altres mil ducats de or, y los danys á sinch cents ducats de or, salua la moderacio y taxatio judicial y lloament de la regia cort: estimant mes hauer pagat de bursa fiscal les sobre dites quantitats, que hauer supportats tals è tantes injuries è deshonors, y danys. Perço y altrament lo procurador fiscal de la regia cort fermant de dret à tots y sengles predits en may poder de vostra Excellentia, y de la regia cort per deu sous ab lo augment, ab les solites y necessaries clausules supplicant los predits tots y sengles, y los qui foren en dites cohadunations sien citats personalment, é condemnats en les predites quantitats vna cum vndecuplo, y ab les despeses, & aliàs si é segons en dit vsatge es contengut: e segons la practica, vs, è observança de aquell, y estil de la regia cort. Axi empero, que pagant hu de quiscuna de dites parcialitats, los altres de dita parcialitat sien liberats saluo iure pluris & minoris, & iuribus fisci semper saluis. Et saluo etiam expresse, que en lo esdeuenidor contra tots y sengles anomenats, qui de les coses predites seran trobats culpables, procehir y enantarse puga segons la serie y observança y practica del dit vsatge, è altres en aquell applicables. Exhibeix los processos sobre de aço fets, y lo edicte real, y per raho de la guerra publicat vt ecce, supplicant que sobre totes é sengles coses predites, sien fetes lletres, commissions necessaries y opportunes, é que justitia sia administrada. Qua licet etc

Altissimus. &c.
N. fisci Aduocat.

Fit decretatio. ——— Remittatur relatori causa, qui in persona sua Excellentia super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dñm Locũ tenentem generalem die. 30. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta dictis die, & anno, insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet, quòd. N. & .N. citẽ tur, quód personaliter cum eorum hauere & honore compareant infra quindecim dies coram sua Excellẽtia, seu eius regia curia: iux ta formam, seriem, & tenorem dicti vsatici. Simili modo. & regij edicti, & aliorum eidem applicabilium, & fiant & expediantur litteræ solitæ & oportunæ.*

N. Iudex.

In vim supra dictæ prouisionis expediuntur litteræ in forma sequenti.

DON Joan Terez per la gracia de Deu y de la santa Sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Conseller, Llochtinent y Capita general de la S. C. y Real Magestat en lo Principat de Cathaluña, y Comptats de Rossello y Cerdaña. Noble. N. be sabeu, è ignorar no podeu, que en los dias passats de manament nostre es stat publicat edicte real en los dits Principat de Cathaluña, y Cõtats de Rossello y Cerdanya, per causa de la guerra q̃ es entre sa Magestat, y lo Rey de França, en y ab lo qual edicte tots los incolas, è habitants y poblats en los dits Principat y Comptats son salues y segurs, y son estats posats sots pau, protectio, y emparament del señor Rey, com à Señor dels dits Principat y Comtats, y en virtut del vsatge de Barcelona, comensant Simili modo, è per conseguent ab lo dit edicte es estada abdicada y prohibida tota via, y facultat als incolas y poblats de dits Principat y Comtats de qualseuol stat ò condicio que sien de guerrificar, inuadir, duellar, desafiar, y acceptar desaximents, y altrament damnificarse. E com vos contrafahent à dits edictes, y vsatge, en gran deshonor y dany de sa Magestat ab altres complices vostres no haueu dubtat, etc. narretur factum. *Per les quals coses y altres seria vist, vos hauer incidit, é incorregut en les penes dels dits edicte, è vsatge, vs, y practica de aquell, haueu à venir personalment ab tot vostre hauer, y honor en mans y poder nostres, y de nostra regia cort pera fer nostra voluntat. Per tant à humil supplicatio del procurador fiscal de nostra cort feta*

paraula en lo nostre sacre y Real concell, per lo amat nostre misser. N. Doctor en quiscu dret y Iutge de nostra regia cort, precehint deslliberacio y conclūsio en aquell feta, ab tenor de les presents instāt lo dit procurador fiscal vos amonestam, diem, iniungim, y manam expressament, y peremptoria vos citam, que dins quinze dias del dia que les presents vos seran presentades, a vos é en vostra habitacio en auant comptadors, que si feriat sera, lo segon dia no feriat: lo qual terme per tres monitions, assignations y edictes, & alias á vos peremptoriament assignam personalment, y en vostra propria persona vingau en poder nostro, y de nostra regia cort ab tots vostros hauers y honor per fer nostres voluntats: segons lo concell y lloament de la regia cort. Y altrament comparegau deuant nos aparellat de subir juy, è justitia sobre totes y sengles coses sobre dites, segons de dret, raho, y vsatges de Barcelona, è constitutions de Cathaluña, se trobara esser fahedor, com nos en è sobre totes é sengles coses sobredites, è cada qual de aquellas entenem cumplir justitia mitjensant: altrament passat lo dit termini, á vos segons es dit peremptoriament y precisa assignat, y que ab les presents assignam, procehirem en é sobre dites coses contra vostra persona y bens vostres segons los dits vsatges de Barcelona, y constitutions de Cathaluña disponen y requeren, vs, stil, y practica de aquell, segons que de justitia trobarem esser fahedor, vostra absentia en res no obstant, mes en contumacia exigint, é de la presentacio de les presents estarem à la relatio del portador de aquellas; qui ha jurat en la real cancellaria fer verdadera aquella. Dada en Barcelona, a xx. de Abril. M. DCiij.

Lo Archebisbe de Tarragona.

Vt. N. Regens.
Vt. N. Regens Thesaur.
Vt. N. fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex.

Quibus litteris præsentatis, seu habita relatione portarij de illarum præsentatione, ac elapso termino in eisdem præfixo, si reus citatus non comparuerit, fisci procurator debet contra illum contumaciam accusare, & faciet in forma sequenti.

Excellen-

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

ACcusat contumaciam fisci procurator regiæ curiæ contra. N. et N processatos processu regaliæ in vim vsatici incipiẽtis. Simili modo. et alios citatos & nõ cõparentes, ideo supplicat admissa dicta cõtumacia cõtra ipsos & quẽlibet eorũ procedi, et enantari, vti aliàs per fisci procuratorẽ supplicatũ fuit. & exhibet & pducit relationes factas sup præsentatione litterarũ citatoriarũ, vt ecce. Quæ licet, etc.

Altißimus &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio ——— *Remittatur relatori causæ qui in personam suæ Excellentiæ debite prouideat.*

Prouisa per Excellentißimum Dominum Locum tenentem generalem die. 26. Maij. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die. 26. Maij. 1603. admissa cõtumacia si & in quantum intimetur.*

N. Iudex.

Quæ intima dimittenda est in valuis Regiæ audientiæ.

Et iterum reo non comparente, venit illius contumacia accusanda. vt supra.

Sed pone, quòd reus modo supra dicto citatus vult comparere, quæro quæ sit forma huius comparitionis. Respondeo, vt infra in sequenti supplicatione.

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

NObilis. N. citatus fuit & monitus ad instantiam fisci procuratoris regiæ curiæ, et de mandato vestræ Excellentiæ, in vim vsatici Barcinonæ incipiẽtis. Simili modo. ex eo, et pro eo, quia asseritur, quòd licet omnes homines præsentis Principatus Cathaloniæ sint salui et securi ac positi sub protectione, & emparamẽto Regiæ Mage-

ſtatis virtute edicti publicati ratione guerræ, quæ eſt inter Regiam Mageſtatem ex vna, et Regem Franciæ ex altera, & quòd per cõ ſequens, cum tali edicto fuit abdicata omnis via, et facultas incolis et populatis in dicto Principatu guerrificandi, inuadendi, duellãdi, diffidandi, & diffidamenta acceptandi, et aliàs interſe malum et damnum faciendi. Attamen dicitur, quód nobilis N. vna cum alijs complicibus non dubitauit contra faciendo edicto prædicto, et vſacico. Simili modo. In graue damnum, et deshonorem ſuæ Regiæ Mageſtatis gentes cohadunare, et inimicos ſuæ Mageſtatis, et à pace et treuga eiectos, et alios diuerſis armorum generibus armatos, tam arcabuſijs, ſcopetis, et balliſtis tenſis cum ictibus enarbatis, et cum dictis hominibus perquirere, et adduellum prouocare et guerrificare nobilem N. et alios qui ſtabant vt dicitur ſub protectione ſuæ Mageſtatis, violando aictos vſaticos, et edictum, propter quòd videtur, quod dictus nobilis inciderit in pœnas dictorum vſaticorum, et edicti, et aliorum vſaticorum ijs applicabilium. Et ideo ex parte ſuæ Regiæ Mageſtatis fuit mandatum dicto nobili N. cum litteris à Regia cancellaria emanatis, quatenus perſonaliter, et in propria perſona compareat coram veſtra Excellentia, vna cum omni honore, et hauere eius infra 15. dies ad faciendum voluntates ſuæ Mageſtatis iuxta conſilium et laudamentum curiæ regiæ, vt latius in dictis litteris continetur ad quas ſit relatio. Et licet dictus N. dicatur impetitus de prædictis criminibus, tamen cum ſit certo certius dictum nobilem contra edictum per veſtram Excellentiam publicatum, neque contra vſaticum. Simili modo. et alios vſaticos quicquam vnquam egiſſe, ſeu commiſiſſe, cum ſequendo veſtigia prædeceſſorum ſuorum ſuæ regiæ Mageſtati, et ſuis edictis, et mandatis vſque ad vitam et ſanguinem obedire, et ſeruire intendat, et ſemper eiſdem obedierit. Et id quòd eidem amputatur in crimen, veritate cõperta, certum erit in maximã laudẽ ipſius, et ſeruitiũ ſuæ Mageſtatis ceſsiſſe. Dictus enim nobilis non cohadunauit gẽtes aliquas ad debellãdũ dictũ N. ſed cũ fuiſſet mandatum N. regio commiſſario, quod quoſdã inimicos ſuæ Mageſtatis caperet vt puta N. et N. & alios fuit dictus nobilis requiſitus per dictum

commiſſa-

commissarium quatenus ipsum assosiaret, & sibi opem præberet, & assisteret, ne ab aliquibus damnificaretur, & quód absque scandalo, & securitate posset dictos delatos, & inimicos suæ Magestatis capere. Qui vt audierunt erant in vila Acrimontis, cum dictus commissarius procul relicto dicto nobili vna cum alijs accessisset, & cum paucis satis prope portas dictæ villæ, credendo, quód eidem paterentur, per dictos delatos & alios homines dictæ villæ fuit ita acriter inuasus dictus commissarius, quód ictu, quodam ballistæ enarbatæ fuit idem commissarius percussus, quo ictu tranfixus fuisset nisi clipeo, & coracibus defensus fuisset, & duodecim homines dictum commissarium assosiantes fuerunt grauiter vulnerati, & vnus ex eisdem interfectus fuit. Sic, quòd dictus nobilis à longe audiendo maximã resistentiam quæ contra dictum fideicommissariũ cõmittebatur cum maximo periculo euasit dictum commissarum, quem obcessum tenebat in quadam domo extra menia dictæ villæ, & eidem succursum quem potuit præbuit absque alicuius damno, & omnibus qui secum aderant diligenter pradixerat, ne alcui malum inferrent, sed dictum commissarium defenderent, & eidem assistentiam facerent. Et licet expradictis & alijs certum sit, dictum nobilem ab impetitis esse immunem, attamen vt filius obedientiæ, & pro obseruatione dicti vsatici, et contentorum in dictis litteris coram vestra Excellentia personaliter, & in propria persona comparet, & personam suam cum omni hauere & honore suo in manu & posse. Vestræ Excellentiæ ad faciendam voluntatem suæ Magestatis secundum consilium & laudamentum curiæ iuxta formam mentem, & practicam ipsius vsatici pro omnibus et singulis ad quæ secundum formam, mentem, et practicam ipsius vsatici teneatur scilicet cum feudo, seu castellania vel caslania de N. in viccaria Acrimontis sita, et cum alijs suis bonis et iuribus vniuersis, quemadmodum hæc et alia sua descripta sunt in quodã memoriali quod exhibet, vt ecce, protestando expresse, quód si de præsenti vel in futurum apparerent aliqua bona ipsius, illa nunc pro tũc, et è cõtra vult habere pro redditis, et positis in manu, et posse vestræ Excellentiæ & illa ponit & mittit, & nihilominus confitetur dictum feudum

seu caslaniam. N. in dicta viccaria sitam, & omnia alia bona in dicto memoriali descripta nomine suæ Regiæ Magestatis tenere & posidere donec, & quousque realiter & de facto per vestram Excellentiam seu de mandato suæ Magestatis apprehensa fuerint, iurãs per Dominum Deum, & eius sancta quatuor Euangelia corporaliter tacta, se ad præsens aliqua alia bona non habere, immo si in posterum apparerent vt præfertur alia bona, nunc pro tunc, & é contra, confiteur ea nomine suæ Magestatis posidere, volens, quód vigore horũ verborum naturalis & ciuilis possessio, seu quasi dictorũ bonorũ in suã transferatur Magestatem: quoniã dictus N. in quantum in eo est, facit omnia & singula ad quæ facienda teneatur: iuxta dictum vsaticum, & illius mentem, & practicã, & stylum Regiæ curiæ. Supplicãdo humiliter vestræ Excellentiæ quatenus ex plenitudine potestatis supplere dignetur omnẽ defectũ, si aliquis sit, vel appareat in præsenti comparitione, supplicans vestræ Excellentiæ vt eidẽ, & eius aduocato & procuratori detur copia processus inde actitati, taliter, quòd suas valeat dare defensiones, & eius innocentiam docere: supplicans inquã, quòd eius cõparitio, & bonorum positio, & prædicta & alia necessaria ad istius actus perfectionem ordinentur latissimé per fisci aduocatũ, & seu per aliũ ad quem spectet taliter, quód omnia cõprahendantur, atque per dictũ vsaticũ et illius practicam et stylum regiæ curiæ. Sic, quód nullus deffectus in præsenti cõparitione causari possit: quoniam dictus nobilis prædicta facit et firmat sicuti est faciendũ. Super his regium officium vestræ Excellẽtiæ humiliter implorando. Quæ licet, etc.

Altissimus. &c.
N.

Decretatio prædictæ supplicationi in forma sequenti.

Remittatur relatori causæ, qui exacta depositione comparentis in personam suæ Excellentiæ super supplicatis debite prouideat.

Prouisaper Excellentissimum Dñm Locũ tenentem generalem die. 30. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouí-

Deinde debet iudex siue relator à dicto cõparente exigere depositionẽ, qua recepta, faciet prouisionẽ vt in forma sequenti.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta dicta die insequẽdo cõclusionẽ in Regio cõcilio factã, pp̃ui-det, quòd nobilis N. tradatur idoneæ manuleutæ arrestatus in aliqua domo præsentis Ciuitatis ad pœnã bis mille librarum.* Vel quod mãcipetur in regijs carceribus ꝙ arbitrabit̃ iuxta merita processus.

Et reo sic capto, nõ procedit̃ vlterius ad executionẽ laudamẽti regiæ curiæ: nequis in persona & bonis veniat puniendus. iuxta text. ĩ cap. 10. Reg. Ferd. 2. in. 1. curia Barci. in titu. de bon. dam. Et fateor de meo tẽpore nõ vidisse cõtra aliquẽ fuisse processum ꝑ viã laudamẽti curiæ in vim huius vsatici. at vbi occurret casus, quòd veniat iste processus practicandus, vtere mutatis mutãdis forma infra cõtẽta in ꝓcessu laudamenti curiæ in vim vsatici Authoritate & rogatu: omissa vndecupla, de qua non loquitur iste vsaticus.

Cap. 14. De processu regaliæ factæ in vim vsatici Barcinonæ incipientis. Auctoritate & rogatu. 2. ei⁹ nominis.

1. *INtellectus ad vsaticum authoritate et rogatu. 2. quòd verbum potestas ibi intelligatur de Comite Barcinonæ qui est Dominus Rex.*

2. *Venientes ad potestatem, stantes, & ab ea recedentes, debẽt omni tẽpore esse salui & securi, atque sub eius protectione constituti.*

ITeorica processus huius regaliæ continetur in vsatico Barcinonę incipiẽte authoritate & rogatu. 2. huius nominis, quo expresse cauetur, omnes homines tã nobiles, quàm ignobiles ad potestatẽ venientes, stantes, & ab eo recedentes debere esse saluos, securos, & sub regia protectione positos, tã ĩ personis, quàm in eorũ bonis, & honoribus, adeo, quòd nemini liceat dictam securitatẽ, & ꝓtectionẽ violare sub pœnis in dicto vsatico contẽtis. Cuius verba hæc sũt. Authoritate & rogatu omniũ illorũ nobiliũ virorũ constituerũt sępe dicti Prĩcipes Raymũdus, & Adalmus, vt omnes homines tam nobiles, quàm ignobiles ad potestatẽ veniẽtes, vel cũ eis stãtes siue ab eis recedẽtes habuissẽt omni tẽpore, ꝑ omnes dies & noctes pacẽ & treugã, & fuissent securi ab omnib⁹ illorũ inimicis simul cũ omni honore illorũ, & hauere, & cũ omnibus eorũ honorẽ tenẽtibus, vel ĩ illorũ honore permanẽtibus, siue eorũ seruitio laborãtibus cũ cunctis quæ habuerint, vel possederint, vsque quo in domib⁹ suis sint reuersi. Et siquis aliquid eis nocuerit, vel aliquod dãnũ, vel forisfactum

ctum eis fecerit, ipsa die teneat se peracuidatũ à potestate, & si per hoc aliquod malũ præhendiderit, nullo modo ei emendatũ sit, & ille qui præcepta Prĩcipũ trãscẽderit, & ad illos qui in hac defensione sũt positi, vel ad res illorũ aliquod malũ aliquo ingenio fecerit cũcta mala quæ fecerit, & cuncta quæ rapuerit, & cuncta quæ tulerit in vndecuplo eis restituat quib⁹ violentiã fecerit per districtionẽ potestatis, & postea emendet ad potestatẽ deshonorem quem ei fecit cũ hauere. & sacramento: manib⁹ proprijs iurando: hæc est littera

1. dicti vsatici. Pro cuius intellectu nos scire oportet, quòd quamuis quisque Comes possit dici potestas, vt optime colligitur in vsatico ex magnatibus, nõ ideo dictus vsaticus Authoritate & rogatu intendit loqui de quocunq; Comite, sed tãtum de Comite Barcinonæ tanquã suppremo siue maiori; ad quẽ ab alijs propter suã suppremã regaliã recurritur, & appellatur, & vi suarũ regaliarũ ad se negocia ciuilia & criminalia euocat: qui hodie est dominus Rex.

2. Ex cuius vsatici verbis & dispositione in summa hanc colligimus conclusionem scilicet, ad potestatem venientes, stantes, & ab ea recedẽtes debere omni tempore esse saluos & securos, atque sub protectione constitutos, ita vt interim nemini liceat eis, tam in persona, quàm in bonis damnum aliquod inferre: sub pœnis ibidẽ cõtentis, de quibus infra dicemus. probatur hæc conclusio vt diximus ex dicto vsatico. Cui concordat tex. in alio vsatico. incipiente cum temporibus. quem fecit Dominus Rex Alfonsus de militibus venientibus vel stãtibus ad curiã. cuius vsatici verba hæc sunt. Cũ temporibus prædecessorũ nostrorum, per eorum authoritatem, & constitutiones, in his casibus, quos leges nostræ non sunt amplexę vtilitati communi sit prouisum, nos eorum vestigia sequentes omnemq; materiam seditionis tollentes, & securitatem omnibus militibus ad curiam nostram venientibus, vel apud nos manentibus, ex regio beneficio præstantes, hac præsenti lege decernimus, nequis ausu temerario, eos ad nos venientes, vel redeũtes, vel apud nos manentes, capere vel percutere præsumat: pœnam illam in eũ statuentes quæ cõstituta est à prædecessoribus nostris, per legem consuetudinariam, qui treugam vel securitatẽ, à Principe datã non obseruauerint, vel in eos qui falsarij monetæ inuenti fuerint. Confirmat etiam eandem conclusionem tex. in cap. incipiẽ. Aquesta es la pau. in. §. axi mateix: Regis Petri. 1. in curia Barcinonæ, anni. 1198. quæ constitutio collocata est sub titu. de pace & treuga. Cuius text. verba hæc sunt. *Axi mateix sots aquella matexa constitutio de pau posam tots*

aquells

aquells qui á nostra Cort vindran, despus que de casa serã exits, ê lo cami comẽ saran, o en nostra Cort seran tro siẽ tornats a llurs cases ab totes llurs cases é possessions abuda empero dinumeracio de temps, que puxan esser tornats a llurs cases, si donchs per iusta, ê rahonable raho è euident no seran empatxats.

Extenditur primo dicta concluſio, vt nõ ſolum habeat locum in maribus, verum etiam in fæminis. Et hoc important illa verba dicti vſatici omnes homines, quod eſt commune ad maſculos, & ad mulieres, vt tenet Iacob. de Monte Iudai. in dicto vſatico. Et idem eſſet, vbi purum eſſet maſculinũ, quia adhuc contineretur & fœmininum ideo, quia à lege id eſt à dicto vſatico eſt prolatum, & loquitur in materia indifferenti, id eſt in tali facto, quod ad vtrumque ſexum pertinet, & pertinere poteſt. Quibus caſibus, id eſt cum maſculinum profertur á lege, & in materia indifferenti, ſemper maſculinum continet & fœmininum; non vi conceptionis, ſed virtute identitatis rationis, vt nota. per Dinũ. in. l. 1. ff. de verbor. ſignificatio. & per Cyn. in. l. quicunque. C. de ſeruis fugiti. ideo & merito diſpoſitiones dictorum vſaticorum intelligendæ ſunt, tã de fœminis, quàm de maribus.

Secundo declaratur dicta concluſio, vt locum etiã obtineat nõ ſolum in veniẽtibus ad poteſtatẽ, verum etiã in venientibus ad eius curiam, ſcilicet vt in eundo, & redeundo fiat dinumeratio tẽporis quo poſſunt ire, vel redire. vt expreſſe probatur in ſupra citata cõſtitutione, aqueſta es la pau. in. §. axi matex. Regis Petri. 1. in curia Barcinone anni. 1198.

Tertio etiam extenditur dicta concluſio, vt non ſolum locum habeat in ſtantibus cum poteſtate, id eſt cum ipſo Rege, vel in eius palacio. & curia, & quod ſecum comedant, vel de eius bonis, verũ etiam in eis qui ſtant in eadem Ciuitate, vel villa vbi eſt poteſtas: quia non curatur vnde viuant, vel expendant. & ita eſſe vſu interprætatum atteſtatur Iacob. de Monte Iudaico in dicto vſatico. Authoritate & rogatu. Et videtur hoc idẽ probatũ in dicta conſtitutione in dicto. §. ibi. in verbis. qui à noſtra cort vindran. Et idem probatur, in præallegato vſatico. cum temporibus. ibi in verbis. apud nos manẽtes. Hi enim videntur in curia ſtare, qui ſtant vel ſunt in eadẽ Ciuitate vel villa. Sed hæc ampliatio ſic intelligenda, & interprætãda eſt, vt intelligat̃ de his de quibus conſtat ſtare in curia pro ipſa curia & negocia gerere, perquę videantur ibi eſſe pro ipſa curia, & non de his qui veniunt ad curiam Domini Regis, vel ad ciuitatem, vel locum dictæ curiæ non ad frequentandam ipſam curiam, nec reſpectu dictæ curiæ, ſed potius pro mercatura, vel alijs negocijs parti-

particularibua: quia in tali casu non credo eos sic stantes gaudere priuilegio dicti vsatici. ita tenet Iacob. de Monte Iudai. in dicto vsati. authoritate & rogatu. qui hoc probat argu. tex. in cap. præsenti. de præbend. lib. 6. & arg. tex. in l. non vere. ff. ex quib. caus. maior.

Quarto extenditur etiam dicta conclusio, vt habeat locum pro iniuria illata personæ existēti in seruitio Domini Regis, vt sunt Regij officiales qui sub Regia protectione constituti sunt. Et proceditur contra eos qui illos violando dictam securitatem offendunt per viā processus regaliæ in vim dicti vsatici. authoritate & rogatu. Et multoties vidi Regium consilium instante fisci procuratore Regiæ curiæ processisse contra resistentes regijs officialibus officiantibus per viam laudamēti curiæ, æstimando iniuriam, & damnū, vna cum vndecupla, occasione resistentiæ Domino Regi illatę: ac prodicta æstimatione decernendo executionem contra personas, & bona delinquentiū: de quibus videas infra in forma practicæ dicti laudamenti curiæ.

Quinto adeo obtinet verum dicta conclusio, quòd violatores pacis & securitatis dicti vsatici incurrunt & incidunt in quatuor pœnas, videlisçet, Prima, in pœnā acuydamenti potestatis. Secūda, quòd malum per transgressorem sustentum non emendatur. Tertia est vndecupli restitutio rerum raptarum, ab ipso transgressore facienda. & Quinta, quòd emenda deshonoris, & iniuriæ, est faciēda potestati cum hauere & iuramento. probantur hæc omnia ex tex. in eodem vsati. authoritate & rogatu. in finalibus verbis. Sed scias, quòd prædictæ pœnæ non sunt in vsu, nec practicantur, quamuis regalia in vim dicti vsatici practicetur. Nam hodie non dicuntur neque existimantur acuydati Domini Regis homines qui incidunt in dictum vsaticum, nisi forte damnum illatum euntibus, stantibus, & venientibus ad potestatem seu eius curiam haberet qualitates comprehensas in constitutione cominstigāt. Regis Ferdinan. 2. in secunda curia Barcinonæ anni. 1503. cap. 40. quia tunc nō vi dicti vsatici, sed dictæ constitutionis tales delinquentes dicūtur acuydati Domini Regis, qui etiá quamuis ipso facto incurrant in dictam pœnam, adhuc pro talibus acuydatis non sunt habendi: nisi postquam sunt publicati voce præconia. Et hoc iure vtimur, de quibus, & de forma procedendi contra istos acuydatos, & inimicos Domini Regis dicam infra in suo debito, & cōgruo loco. Neque etiam est in vsu alia pæna dicti vsatici, scilicet restitutio vndecupli rerum raptarū, facienda ab ipso transgressore damnum passis. Et credo hoc ideo fieri, ne dicta pœna

na saperet confiscationem quę de iure nostro nisi incertis casibus prohibita est. Sed verius dicerem dictam pœnã non practicari, nequis in persona & bonis condemnetur. Quod per constitutiones Cathaloniæ quæ post vsaticos cõditæ sunt, fieri vetatur. vt in constitu. Regis Ferdi. 2. in prima curia Barcinonæ anni. 1481. cap. 10. qua lege prohibetur, ne bona delinquẽtium (qui capti sunt) capiãtur, nẽ ve sub inuentario ponantur, ni si in duobus casibus, scilicet pro crimine hæresis, & pro crimine lę sæ Mageſtatis in primo capite: vt infra suo cõgruo loco explicabit. Bene tamen verum est, me pluries vidisse dictam pœnam vndecupli habuisse locum contra offendentes officiales regios cum resistentia, & contra tales processum fuisse per viam laudamenti curiæ in vim dicti vsatici. Quod infra & paulo post hanc tractationem cũ forma processus dicti laudamenti curiæ latius declarabo, & cuicũq; cum dicta forma facile erit percipere. Tandem concludo, me non vidisse alias pœnas eiusdem vsatici practicari, sed solum esse in vsu fieri prout in practica infra, & mox inferenda videbitis aqua recedendum non est.

Limitatur tamen primo dicta conclusio, & dicti vsatici dispositio vt procedat, & habeat locum tantum contra eos qui offendunt euntes ad potestatem seu eius curiam recta via, & continue scilicet qualibet die, & dictam competentem faciendo, & non contra eos qui vadunt per obliqua, & nimiũ procrastinãdo. ita tenet Iacob. de Monte Iudai. num. 2. in dicto vsatico, authoritate & rogatu. Et pariter est dicendum in reuertentibus à curia. vt probatur in præallegata cõstitutione. aquesta es la pau. in dicto. § axi matex. Et sic in eundo, & redeundo, fit dinumeratio temporis quo possunt ire, vel redire. vt in dicta constitutione expresse habetur. Et præstat ad hoc argumentum. l. pen. C. de nauicularijs. lib. 11. intelligo probando diẽ recessus à domo per testes, vel alijs legitimis probationibus. vt tenet Iacobus de Monte Iudai. in dicto. vsati. dicto num. 2. in versi. sed hic quæro.

Limitatur. 2. dicta conclusio, & dispositio dicti vsatici, vt solũ habeat locum contra eos, qui sciẽter offendunt euntes ad potestatẽ seu ad eius curiam, secus vero contra ignorantes: quia siquis ignorans aduersarium suum iuisse ad curiam, ei aliquod damnum intulit non tenetur pœnis dicti vsatici: quamuis damnũ datum in simplum resarcire teneatur. Et est ratio, quia ignorans non videtur esse in dolo, & nemo sine dolo delinquit. l. in lege. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & consequenter qui non de-

delinquit puniendus non est. l. sancimus. in prin. C. de pœnis. Et sic inquit Iacob. de Monte Iudai. in dicto. vsati. num. 3. illos cautè procedere, qui quando à domo recedunt perueniendo ad curiam id viccario exponunt, & faciũt significari inimicis suis: quia hoc modo semper probabitur scientia.

Tertio, limita dictam conclusionem, vt tãtum obtineat locum contra illos qui offendunt venientes ad potestatem, secus vero si venirent ad vxorem ipsius potestatis seu Regis, ita tenet Iacob. de Vallesica. in dicto vsati. in prin.

Nunc deueniendo ad practicã processus regalię, in vim dicti vsatici authoritate & rogatu, dico, quòd quando deuenitur ad notitiam quòd aliquis ad curiã veniẽs, vel ab ea recedens, aut in ea manens (prout sunt semper regij officiales) est dãnificatus, statim Dñs Rex mandat de delicto inquiri, & incohatur inquisitio per supplicationẽ offerẽdã perfisci procuratorẽ Regiæ curiæ informa sequẽti.

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

AD potestatem venientes, stantes, et redeuntes, & per consequẽs regij officiales cum eorum bonis et familia sunt salui et securi, et positi sub Regia protectione, et vsatici Barcinonæ incipientis Authoritate & rogatu. Quam securitatem violare non dubitarunt quidam filij perditionis, qui de mense Maij proxime præteriti, cum Petrus Mas regius commissarius virtute regiarum litterarum, se conferret ad locum seu villam Acrimontis ad quandam executionem faciendam aduersus quosdam particulares dicti loci, validã resistentiam ei fecerunt, et alia crimina commiserunt propter qua inciderunt in pœnas dicti vsatici. Id circo, & aliàs, supplicat fisci procurator de prædictis inquiri in vim dicti vsatici, et aliorũ ijs applicabiliũ, et illos qui reperti fuerint culpabiles capi, et bona illorum ad manus regiæ curiæ apprehendi, et sub tuto poni, procedi, et enantari secundum mentem practicam, et stylum dicti vsatici, et aliorum ijs applicabilium, et in omnibus iustitiæ cõplemẽtum fieri et ministrari. Quæ licet, etc.

Altißimus &c.
N. fisci aduocatus.

De-

Decretatio fieri debet supra dictæ supplicationi sub his verbis.

Magnificus. N iudex regiæ curiæ quo citius & secretius fieri possit informet se de contentis in præsenti quærela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum ijs applicabilium in personam nostram debite prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dñm Locũtenentem generalem die. 30. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Postea iudex cui dicta quærela commissa est debet se informare de cõtentis in ea, & curare saltem per summariam informationem, quòd constet de delicto, & quòd casus de quo agitur, est casus regaliæ iuxta tex. in cap. 10. curiarũ anni. 1599. in actis curiæ.

Curabit etiam habita seu recepta dicta informatione, & antequam dictam regaliam prouideat illam referre in Regio concilio, & si ibi apparuerit constare de delicto, & casum de quo agitur esse casum regaliæ, tunc poterit facto verbo in Regio concilio, & non aliàs. prouidere dictam regaliam, prout disponit tex. in dicto cap. 10. & faciet prouisionem in forma sequenti.

Recepta die. 17. Aprilis. 1603. facto verbo in Regio concilio aliquis ex regijs, alguZiris accedat, ad locum. N. & ad loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ, quo portuerit qui inquirat, inquisita fortificet, & quos culpabiles inuenerit capiat, & ad regios carceres Barcinonæ bene custoditos adducat, bona eorum inuentariet, & sub tuto ponat, & alia faciat in similibus fieri solita iuxta mentem seriem & practicam dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & pro his fiant commissiones, & prouisiones oportunæ iuxta regiæ curiæ stylum.

N. Iudex Regiæ curiæ.

Aduerte, quòd in vim dictæ prouisionis Regius thesaurarius solet expedire commissarium seu commissarios, (quia eius officio hoc facere incumbit) cum memoriali per eum firmato ad exequendam supradictã prouisionem. Et memoriale solet fieri subsequenti forma.

Me-

Memorial per al magnifich mossen. N. commissari real, en virtut de la commissio á ell per sa Excellentia dada, fet en Barcelona, à. 18. de Maig. 1603.

PRimo, anira à la vila de Agramunt, y en altres parts hont menester sia, dins lo present Principat de Cathaluña, y Comptats de Rossello y Cerdaña, y fortificara lo proces de regalia en la regia cort fet, à relatio del magnifich misser. N. Iutge de la regia Cort, y del Real concell contra. N. y. N. y altres per la resistentia feta á Pere Mas commissari real en la executio feìa. contra. N. en virtut de lletres reals, y tots los que per merits de dit proces trobara culpables á ses mans pendra, y presos y ben guardats aportara, y mancipara dins los carcers reals de la present Ciutat de Barcelona.

Item inuentariara, y fara tot lo mes auant, que conforme vs y practica es acostumat fer.

.N. Regens Thesaurariam.

Scias etiàm, quòd quamuis cũ dictis prouisione & memoriali cõ mittatur regio algutzirio, quod bona delinquentium inuentariet, & quòd illa sub tuto ponat, iuxta mentem & practicam dicti vsatici, non tamen id fieri est consuetũ: quia solum in casibus regaliæ inquiritur de delicto, & de delinquẽte per omnia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ, ad quæ oportuerit: licet delictum commissum esset extra locum, & viccariam in qua ipsa potestas, id est Rex, & eiº Regium concilium residẽt. Et iste est præcipuus effectus regaliæ, quòd per eam Dominus Rex euocat ad se causas delictorũ vbiq;, & extra viccariam cõmissorum; & procedit in illis causis contra delinquentes in personam suam. Atque ita, ipse existimo, hunc modum prouidẽdi quòd bona delinquẽtiũ in casibus regalię ponãtur sub inuentario, & sub tuto, remansisse ex antiquis, & ab eo tempore quo tales delinquentes tenebãtur se reponere in manu & posse ipsiº potestatis in persona, & bonis, ac cum omni hauere, ad faciendum eius voluntatem iuxta leges vsatiorum, & earum mentem & practicam. Attamen quia postea superuenit aliud ius scilicet generalium constitutionum Cathalonię, quo cauetur ne bona delinquentium captorum capiantur, ne vè

sub

sub inuentario ponantur ideo fit, quòd dicta inuentarij confectio omittitur, nequis in bonis, & persona puniendus veniat. probantur hæc expresse in cap. 10. Regis Ferdinan. 2. in prima curia Barcinonæ anni. 1481. Et ipse vidi quendam cõmissarium fuisse reprẹhensum ideo, quòd in vim huius regaliæ bona cuiusdã inuẽtariauerat, & propterea huiusmodi procedimẽta fuisse in Regio concilio reuocata, cassata, & annullata. Quare concludo, quòd in casibus regaliæ solum inquiritur de delicto, & delinquente, & vbique locorum Principatus dictus Algutzirius, immo & omnes algutzirij regij memoriales illius casus regaliæ habentes procedunt ad inquirendum contra delinquentes regaliatos, & ad illos capiendum. In ceteris vero capto reo, proceditur contra eum vt in causis ordinarijs. Excepto, quòd omnia petuntur cum supplicatione, & non cum scedula, vt in processibus via ordinaria. Et hoc habet iste processus commune cũ alijs processibus regaliæ, quando proceditur criminaliter ad pœnã corporalem. Nam si proceditur ad laudamentum curiæ, quilibet existis processibus suas habet specialitates. Et habet iste processus inter alias specialitates vnã, quòd quomodocunque procedatur, non datur copia inquisitionis reo, sed inspectio tantum illius aduocato, coram & in præsentia notarij: vt illum defendere possit.

Debes etiam scire, quòd cũ processus regaliæ fiant in personam Domini Regis, sententiæ quæ in eis proferuntur debent inchoari per Nos. vt puta *Nos Don Ioannes Teres Archiepiscopus etc. Locum tenens etc. Capitaneus generalis, etc. visa. etc.*

Et quia multoties contingit fieri laudamentum curiæ in vim dicti vsatici Authoritate & rogatu, propter validas resistẽtias quæ regijs officialibus fieri solent, dum dicti regij officiales regias litteras & prouisiones in executionem deducunt, propterea, vt scias quomodo formetur processus dicti laudamẽti curiæ, & quid in eo per fisci procuratorem regiæ curiæ contra resistentes prætendatur, in sero hic modum & formam procedendi in hoc processu.

Laudamentum curiæ in vim vsatici authoritate & rogatu.2.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

4. *CVM. N. causidicus ciuis Barcinonæ, &. N. notarius, &. N. regius commissarius, seu algutZirius accessissent in vim quarũ-*

dam

dam regiarum litterarum ad faciendam executionem instante. N. contra. N. qui dicitur Dominus de. N. & cum capturam fecisset dictus. N. regius algutzirius de persona de. N. eundemq; sub certa forma captum portaret, ad præsentem Ciuitatem Barcinonæ in regio ittinere iuxta locum, de Mata de Pera, eisdem obuiam exiuit. N cohadunatus cum quamplurimis facinorosis hominibus, & vt prædicitur cohadunati & armati arcabusijs tormentarijs, omnes egressi fuerunt dictum. N. regium algutzirium, et validam eidem resistentiam faciendo, ab eius manu, & posse exemerunt personam de. N. & eundem regium officialem, ac alios de eius comittiua in dicta resistentia baculo, & ense lataliter vulnerarunt, propter quòd fuit factus, et formatus processus regalia, in vim vsatici Barcinonæ incipientis, authoritate & rogatu. Et quia in prædictis fisci procurator regiæ curiæ atrocẽ sustinuit iniuriã, quã extimat ad quantitatẽ mille ducatorum, & magna passus fuit damna, quæ extimat, ad quã titatem quingentorum ducatorũ, quas quantitates maluisset abursa fiscali amittere, quàm talia & tanta pati. Id circo, & aliàs fisci procurator regiæ curiæ comparens coram vestra Excellentia firmatius & de iure dicto. N. & cuicunque alteri querelati promittens iudicio sistere, & iudicatum soluere, cũ suis clausulis vniuersis, etc. Et cum his supplicat per viam laudamenti regiæ curiæ, & aliàs eisdem melioribus via, modo & forma quibus possit executionem prodictis quantitatibus dãnorũ & iniuriæ stimatis, vna cũ vndecupla dictorum damnorum, & expensis iuste factis & faciendis salua iudiciali taxatione, & moderatione decerni & fieri contra personas, & bona dicti. N. & aliorum in dicta resistentia culpabilium, & cuiuslibet eorum in solidum, ita vt vno soluente cæteri liberentur iuris ordine in exequendo seruato. Et ad eum effectum prouisiones oportunæ expediri fisci iuribus semper saluis Regio officio implorato. Quælicet, etc.

Altissimus &c.
N. fisci aduocatus.

De-

Decretatio. ——— *Remittatur relatori causæ qui super supplicatis debite prouideat.*

Prouisa per magnificum Regentem Cancellariam die 24. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta. 24. Aprilis. 1603. visa supplicatione oblata per fisci ꝓcuratorẽ regiæ curiæ in effectu deducẽtẽ, quòd cũ. N. causidicus ciuis Barcin. &. N. regius algutzirius accessissẽt in vim quarũdã regiarũ litterarũ ad faciẽdã executionẽ instante. N. cõtra. N. qui dicitur dñs loci de. N. et cũ capturã fecisset dictus. N. regius algutzirius de persona de. N. eundẽq; sub certa forma captũ portaret ad præsentẽ Ciuitatẽ Barcinonæ, in regio ittinere iuxta locũ de mata de Pera, eisdẽ obuiã exiuit. N. cohadunatus cũ quã plurimis facinorosis hominibus, et vt prædicitur cohadunatis & armatis arcabusijs tormẽtarijs, omnes agressi fuerũt dictũ. N. regiũ algutziriũ et validã eidẽ resistentiã faciẽdo ab eius manu et posse exemerunt personã dicti. N. et eundẽ regiũ officialẽ, ac alios de eius comitiua in dicta resistentia baculo et ense lætaliter vulnerarũt. Propter quod fuit formatus processus regaliæ in vim vsatici Barcinonæ incipiẽtis authoritate et rogatu, supplicãtẽ propterea, ob tã ingẽtem validãq; resistentiã per viã laudamenti regiæ curiæ executionẽ fieri et decerni, cõtra personas, et bona prædictorũ delinquentiũ, et cuiuslibet eorũ insolidũ, pro quãtitatibus mille ducatorũ ratione iniuriæ, et quingentorũ ducatorũ ratione dãnorũ, vna cũ vndecupla dictorũ dãnorũ, et pro expẽsis iustè factis et faciẽdis, prout hæc, et alia in dicta supplicatione latius sũt cõtẽta, ad quã habeatur relatio. Visis alijs videndis, attentisq; attẽdendis, meritisq; processus attẽtis, et aliàs, inse quẽdo cõclusionẽ die præsenti in Regio cõcilio factã, moderãdo primitus, et taxãdo quãtitatẽ iniuriæ, ad sũmã quĩgẽtarũ librarũ et dãnorũ ad sũmã quinquaginta librarũ ꝓuidet, quòd fiat executio cõtra ꝓsonas, et bona dicti. N. et. N. et cuiuslibet eorũ insolidũ ꝓdictis quĩgẽtis libris ratione ĩiuriæ, et quĩquagĩta libris ratione dãnorũ moderatis, vna cum vndecupla dictorũ dãnorũ: quæ quãtitates simul iunctæ

summam capiunt mille & quinquaginta librarum, & pro expensis factis, & faciendis. ita vt altero soluẽte, alter liberetur: iuris ordine in exequendo seruato. Et pro his fiãt litteræ, & aliæ prouisiones opportunæ iuxta stylum regiæ curiæ.

N. Iudex Regiæ curiæ.

Aduerte quòd supra dicta executio decernitur parte inaudita instante fisci procuratore: quia dicta pars condemnatur ademendã dum potestati deshonorẽ, & iniuriã, quã ei cũ dicta resistẽtia fecit: fiscus enim procedit manu plena. Verũ tñ est, quòd si pars vel reus cõtra quẽ decernitur dicta executio cõparet, & se ponit in manu & posse dictæ potestatis, seu eius regiæ curiæ ad purgandã dictã regaliã, tũc supercedit in dicta executione laudamẽti curiæ, & de illa amplius nõ curatur: etiã quòd ipsa executio cepta fuisset. Et procedi tur cõtra illũ ad punitionẽ delicti propter publicã vindictã. Et omittitur dicta executio; nequis punia tur in bonis & persona. Esset enim hoc contra constitutionem Regis Ferdi. 2. in prima curia Barcinone. cap. 10. anni. 1481. collocata sub titu. debens dels condem.

Cap. 15. De processu regaliæ factæ in vim vsatici Barcinonæ incipientis. Camini & stratæ.

1. *Viæ et stratæ publicæ sũt sub pace et treuga, ac regia ptectione cõstitutæ*

2. *Offendentes in caminis & stratis publicis ittinerãtes siue in persona siue in bonis dicũtur ptectionẽ & securitatem regiam violare. Et ideo incidũt in regaliam vsatici. Camini & stratæ. Idẽ in vijs publicis sitis in terris baronũ.*

3. *Camini non cõputantur in territorio.*

4. *Proprietas viarũ seu caminorũ est illi⁹, cuius est territorium.*

5. *Baro ex quo habet merũ imperiũ in sua baronia debet habere ius animaduertẽdi in delinquentes.*

6. *Offendentes in vijs priuatis ittinerantes incidunt in pœnam vsatici Barcinonæ incipientis camini; dum modo per dictas vias vulgo iter fiat.*

7. *processus regaliæ in vim vsatici camini & stratæ forma.*

1. THeorica huius regalię legitur in vsatico Camini et stratæ, cui⁹ dispositione cõstat, vias omnes publicas esse sub speciali securitate & protectione Domini Regis. vt omnes ittinerantes qui periculis viarum, & fluminum, ac fortunæ se & sua frequẽter exponũt, sint cum omnibus eorum rebus & bonis in dictis vijs publicis salui & securi, adeò quod si quis con-

contra dispositionem dicti vsatici dictam protectionem, & securitatem violare tentauerit, scilicet aliquod damnum, siue in bonis, siue in personis ittinerãtib⁹ inferẽdo, tenetur dãnum illatũ personæ resarcire, & emẽdare in duplo, & insuper tantundẽ de suis bonis dare potestati, id est dño Regi, vel iure iurãdo dicere debet, super sanctũ altare, quód deshonorẽ quẽ ei fecit amplius nõ debet ei emẽdare. Et hæc sunt quæ in dicto cõtinẽt vsatico: cuius verba hæc sunt. Camini & stratæ ꝑ terrã, & per mare sint de potestate, & ꝑ illius defensionẽ debent esse in pace, & treuga ꝑ omnes dies & noctes, ita, vt omnes milites & pedites tã mercerij, quàm negociatores per illas eũtes & redeuntes vadãt & reuertantẽ se curi, & quieti, & sine vllo pauore cum omnibus illorum rebus. Et si quis illos requisierit, cederit, vel vulnerauerit, vel deshonorauerit, in aliquo aut abstulerit eis aliquid de eorũ rebus malũ & deshonorẽ, quòd ille in corpore fecerit emẽdet in duplo, secundũ illorũ valorẽ. Et quod abstulerit emẽdet, vel restituat eis, in vndecuplũ, & insuper donet ad potestatẽ tantundẽ de suo hauere, vel honore, vel iure iurãdo dicat super sanctũ altare, quòd ꝑ deshonorẽ, quẽ ei fecit amplius illi non debet emendare. Huic vsatico cõcordat tex. in cõstitutione Regis Alfonsi, quæ incipit, ḋles diuinals ẽ humanals. in. §. 10. in pacibus & treugis, & pariter cõcordat tex. in constitutione Regis Petri. 1. in curia Barcinonæ anni. 1198. quæ incipit aquesta es la pau. in. §. 3. in pacibus & treugis. quibus cõcordãtibus euidenter cõstat, vias & stratas publicas esse sub pace & treuga, ac regia ꝑtectione cõstitutas. Idẽ etiã statuerat antea Vlpianus. in. l. 1. §. fũma: de his quę deiecer. vel effuder. vbi inquit, publicè & vtilẽ esse sine metu, & periculo per ittinera cõmeari. Sed in summa te scire oportet, quòd pœnæ dicti vsatici dupli, & vndecupli, & tantũdem dandi ipsi potestati, hodie iã non sunt in vsu, & recesserunt ab aula, nec vnquã vidi eas practicari, sed solum vtimur, quòd quando in caminis, & stratis publicis alicui vis infertˉ, & dãnum ei siue in persona, siue in bonis datur tunc proceditur contra delinquẽtes in stãte fisci ꝑcuratore regiæ curiæ, & in ꝑsonam Dñi Regis ꝑ viã processus regalię in vim dicti vsatici camini & stratæ. nõ addictas pœnas in dicto vsatico cõtentas, sed ad puniendũ ꝑpter publicã vindictã malefactores. Et sic solũ hodie deseruit vsatic⁹, vt ĩ vim hui⁹ regalię Dñs Rex. & eius Regiũ cõciliũ euocẽt ad se causas delictorũ cõmissorũ ĩ caminis & stratis publicis, sitis extra viccariã in qua ipsa potestas resident; nõ obstãte cõstitutione. Causę

vicarię intra vicariam, & baiuliæ intra baiuliã. Et ratio quare nõ ꝑceditur ad dictas penas, ſed ſolũ ad puniendos malefactores ob publicam vindictam & ad reſtitutionem tãtum rerum ablatarum, ſeu earum valorem, liquidatione reſeruata, eſt: nequis puniretur in perſona & bonis, quòd eſſet cõtra conſtitutionem ſupra iam allegatam Regis Ferdinan. 2. in prima curia Barcinonæ anni 1481. cap. 10. quæ conſtitutio fuit ius ſuperueniens, cui tanquam ius nouiſsimum ſtatur.

2. Ex quibus ergo nunc colligamus, quòd omnes offendentes in caminis & ſtratis publicis ittinerantes, ſiue in perſona, ſiue in bonis, dicũtur protectionẽ & ſecuritatẽ Regiam violare: & cõſequenter incidunt, in regaliã dicti vſatici camini & ſtratæ. vt probatur in dicto vſatico, & in alijs concordãtibus deſuper allegatis.

Ampliatur. 1. hæc concluſio, vt non ſolũ obtineat locũ pro delictis cõmiſsis, in vijs & ſtratis publicis ſitis in terris Dñi Regis, verum etiam pro delictis cõmiſsis, in vijs publicis ſitis infra limitem alicuius comitatus, vel baroniæ, quamuis comes, vel baro in illo comitatu ſeu baronia haberẽt merum imperium. Nam camini ſunt ſub ſpeciali protectione, & ſecuritate Domini Regis. Vnde qui in dictis caminis delinquit, alteri dãnum inferendo dicitur dictã protectionem & ſecuritatem regiam violare, & propterea nimirum ſi horũ delictorum cognitio & punitio pertineat ad Dominum Regẽ. pro hoc facit tex. in. l. ſeruitutes. §. publico. ff. de ſeruitutib. ibi. à Principe autem peti ſolet, vt per viam publicam aquã ducere, ſine in commodo publico liceat. Hijs
3. facit, quòd camini non computantur in territorio. vt in. l. 2. §. via. ff. nequid in loco publi. iuxta notata in rubri. de ſtud. lib. vrb. & Romę. & in. l. Neratius. ff. de acquir. rer. domi. Aduerſus tamen hanc ampliationem opponit Guiller. de Valleſi. in dicto vſatico. camini. num. 5. dicens contrariam veriorẽ eſſe & fundat ſe inſequentibus ra-
4. tionibus. Primo, quia ꝓprietas viarum, ſeu caminorum eſt illius cuius eſt territorium, & quoad hoc nõ ſunt publica, ſed priuata, licet vſus ipſorũ, ſit publicus, & cũ baro habeat circunquaque merum imperium debet, quoque illud idem habere in ipſa via arg. l. cui pacto. ff. de ſeruis exportand. & l. is qui duo. ff. de ſeruitutib. & in
5. auth. de lenonibus. §. mulieres. Secundo, quia ex quo Comes vel Baro habẽt merum imperium infra ſuum comitatum, vel baroniã debent habere ius animaduertendi in delinquẽtes in dicto territorio. vt. in. l. imperium. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. & in. l. congruit. ff.

de

de officio præsid. Item dicit, certum esse, quòd camini cedunt territorio, & transeunt in Comitem seu baronem cum vniuersitate comitatus, seu Baroniæ. vt in. l. si aliena. §. hoc iure. ff. de vsu capionib. & in. l. quidam. ff. de acquiren. rer. domi. & arg. notatorum in cap. ex litteris. extr. de iure patronat. & cap. cum ad sedem. extr. de restitutio. spoliator. Et existimat dict⁹ de Vallesi. hanc vltimam opinionem veriorem esse. Sed quidquid sit de iure, primam opinionem sequitur & obseruat in hoc Principatu Regium concilium in quo viæ publicæ sunt de regalijs. vt in cap. 1. quæ sint regaliæ in feud.

6. Secundo, ampliatur dicta conclusio vt procedat & habeat locum nedum in vijs publicis, verum etiam in priuatis: quia parui inter est, vtrum publicus locus sit, an vero priuatus, dummodo per eum vulgo iter fiat: quia iter facientibus prospicitur, non publicis vijs studetur. Semper enim ea loca per quæ vulgo iter fieri solet eandem securitatem debent habere. probantur hæc omnia in. l. 1. §. summa. in versi. Parui. ff. de his qui deiece. vel effuder. & sequitur idem Guiller. de Vallesi. in dict. vsati. camini. num. 3.

Limitatur nunc & primo dicta conclusio, vt non procedat, quando Domini suos rusticos & districtuales in vijs publicis capiunt: quia cum eos in dictis vijs capere possint, nõ incidũt in pœnas dicti vsatici camini. ita tenet glo. in dicto vsati. in prin. quam glo. practici in eodem vsatico sequuntur. Verum Iacob. de Monte iudai. in dicto vsati. non credit, hoc posse dici exceptionem dicti vsatici; præcipue, cum dictus vsaticus intelligatur de facto & lesione extra iudiciali. Et propterea cum domini vel barones sint suorum rusticorum iudices. vt in auth. de quæstore. §. si vero forsan. nimirum, si tanquam iudices possunt eos capere: quemadmodum & magistratus possunt malefactores, & fiscales debitores, accommendatarios, in vijs seu caminis capere. Et hoc non fir per læsionem, sed per iustitiam, & iudicialem processum: & quód iudicia liter & licite fit pœnam non meretur. vt in. l. Graccus. C. ad leg. Iul. de adulter. cum concordantibus ibi positis.

Limitatur. 2. dicta conclusio, vt non procedat, neque habeat verum, quando quis in via publica capit suum debitorem; quia tunc non dicitur velle illum offendere, sed solum illud facere vt debitum suum recuperet. Quod tamen intelligo verum, quando statim quo cepit debitorem illum iudici tradit. vt in. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. credi.

Nunc deueniendo ad practicam scias, hũc processum regaliæ in vim dicti vsatici camini & stratæ, incohandum esse cum supplicatione per fisci procuratorem offerenda in forma sequenti.

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

7. *CAmini & strata viæ publicæ & omnes ittinerantes in præsenti Principatu Cathaloniæ, sunt salui securi & positi sub regia protectione, & vsatici Barcinonæ incipientis camini et stratæ. Quã protectionẽ violarunt quidã filij perditionis, qui non dubitarũt de mẽse Februarij proximé lapsi, in regio itinere quo itur de loco. N. ad locũ. N de robare etc & insultare, etc.* narretur factum *aliaq; crimina & delicta commisserunt, et perpetrarunt. Id circo supplicat fisci procurator regiæ curiæ de prædictis inquiri, in vim dicti vsatici, & aliorum ijs applicabilium, & culpabiles capi, bonaq; illorum ad manus regiæ curiæ apprehendi, et sub tuto poni, procedi, et enantari, secundum mentem, seriem, practicam, et stylum dicti vsatici, et aliorũ eidem applicabilium, et in omnibus iustitiam fieri et ministrari. Quæ* licet *etc.*

Altißimus &c.
N. fisci aduocatus.

Prædictæ supplicationi, seu in illius calce fit decretatio sequens.

Magnificus N. iudex Regiæ curiæ, quo citius et secretius fieri possit informet se de contentis in præsenti querela, et seruata forma dicti vsatici, et aliorum eidem applicabilium in personam nostram debitè prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dominum Locum tenentem generalem die. 5. Februarij. 1603.

N. Scriba mandati.

Et

Et recepta prius per iudicem summaria informatione, quòd casus de quo agitur est casus regalię, ac facto verbo in Regio concilio iuxta constitutionem Domini nostri Regis in curijs anni. 1599. cap. 10. in actis curiæ faciet prouisionem sequentem.

Prouisio. ——— *Recepta die. 21. Aprilis. 1603. aliquis ex regijs algutZiris accedat ad locũ. N. & ad omnia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuũ Ruscilionis & Ceritaniæ, quo oportuerit qui inquirat, inquisita fortificet, et. N. et N. loci de N. capiat, & ad regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciet iuxta practicã, & stylum dicti vsatici, & aliorum illi applicabilium, & pro his fiant & expediantur commissiones & prouisiones oportunæ.*

Deinde in vim dictæ prouisionis expediuntur regij commissarij per Regentem regiam thesaurariam ad illam exequẽdam cum memoriali seu memorialibus iuxta formam supra in regalia vsatici. authoritate & rogatu descriptam, mutatis tamen mutandis, iuxta factorum varietatem. Et cõmissarij tam in procedẽdo, quam capiendo procedent, vt supra in processibus aliarum regaliarum dictum fuit.

Et casu quo aliquis reus impetitus de hac regalia camini & stratæ capiatur & detineatur in regijs carceribus captus ad purgandam dictam regaliam, procedetur contra eum ĩ reliquis omnibus vsque ad sententiam diffinitiuam, seu illius relaxationem, iuxta formam processus via ordinaria: dempto, quòd scedulę & deductiones omnes fiunt cum supplicatione, vt supra in alijs regaliæ processibus latius ostensum est.

Cap. 16. De processu regaliæ in vim vsatici Barcinonæ incipientis Moneta.

1. *CVdens & dolose expendens falsam monetam Principem offendit.*
2. *Pœnæ contra falsantes monetam impositæ.*
3. *Cognitio criminis adulterantis monetam pertinet ad Dominum Regem.*
4. *Adulterare verbum sumitur pro falsificare.*
5. *Rex cognoscit de crimine falsæ monetæ commisso in Baronia; quamuis alteri merum, & mixtum imperiũ concessisset: & ius cognoscendi de quibuscunque causis, intellige euocando ad se causam per processum regaliæ.*
6. *Rex procedere potest per viam processus regaliæ in vim vsatici. Moneta. cõtra cudentes propria authoritate monetam bonam & iusti ponderis.*
7. *Rex procedere potest per processum regaliæ in vim vsatici. Moneta. cõtra*

eos qui cũ huic fabricæ et muneri sint â Rege præpositi, & instituti ex adulterina materia monetam cudunt, & eam dicta authoritate sibi attributa signarunt.

8. *Rex procedere potest per processum regaliæ contra eos, qui adulterant & falcificant monetæ imaginem.*

9. *Rex potest per processum regaliæ procedere contra nummos tondentes, & mutilantes.*

10. *Rex procedit per processum regaliæ cõtra eos qui monetam tingunt.*

11. *Rex procedere potest processu regaliæ, contra expendentes scienter falsam monetam.*

12. *Processus regaliæ in vim vsatici Barcinonæ incipientis moneta forma.*

IVribus canonicis & ciuilibus compertum est, solius Regis esse cudere & fabricare monetam. Nam postquam fuisset facta moneta publica vocata siclos argenti probati pro rebus emendis, vt Genes. 23. & alia moneta vocata siclos auri, quæ fuit ponderata, vt primi Paralipo. cap. 21. ac alia moneta auri & argenti vocata talenta, & demum alia æris, & ferri, fuisse tq; ex his vsus monetę continuatus. vt in. l. 1. ff. de contrahen. emptio. fuerunt conditæ leges, quib⁹ expresse priuatis personis vetat, ne liceat illis monetam cudere & fabricare, sed hoc ius pertinere & spectare debere ad quemlibet

1. Regem in suo regno. Et sic moneta adeò fuit effecta de regalibus, quod qui falsam cudit, vel dolosè expendit, vel vitiat, ipsum Principem & eius magestatem offendit. l. 1. & toto titu. C. de falsa mone. & probatur in cap. vnico. in verbo. monetæ. in tit. quæ sint regaliæ, in vsib. feud. vbi hoc idem notant omnes. Non enim priuati est publicam excudere vel formare monetam, sed solius Regis aut alteri⁹ ab ipsa regali Magestate authoritatẽ habentis.

2. Et propterea Imperatores in tribus legibus constitutis sub tit. de falsa mone. in. C. Iustiniano cõtra illos qui monetam, siue iustam id est æqui ponderis & prætij, siue iniustam, id est falsam excuderẽt, vel eos qui illam tingerẽt, vel alio modo adulterarent, aut raderent, falsamq; scienter expenderent, graues imposuerunt pœnas. vt in dictis legibus clarius est videre. Quibus etiam faciunt text. in. l. quicunque. C. ad leg. Cornel. de fal. & in. l. lege Cornelia. ff. ad leg. Cornel. de fal. Et etiam Reges in suis Regnis proprias & peculiares super his condiderunt leges. vt puta Comes Barcinonæ, qui tã quam Rex legem condidit, idest vsaticum incipientem. Moneta. quo disponitur, monetam tam auri quam argenti ita diligenter obseruari debere, vt nemini fas sit illam

illam in ære crescere, nec in auro, vel argento minuere, nec etiam penso, & quod qui eam fregerit, violauerit, aut falsauerit, teneantur cum omni honore se ponere in manu & posse Principis ad faciendam suam voluntatem secundum consilium, & laudamentum curiæ.

Sed scias, hodie hanc pœnam, quòd huius criminis reus teneatur venire in bonis & persona in manu & posse Principis ad faciendum eius voluntatem, non esse in vsu: quia per superuenientes Cathaloniæ constitutiones, quibus cauetur, neminem posse in bonis, & persona condemnari, fuit dicto vsatico derogatum. Et sic solent fabricatores falsæ monetæ ad furcas condemnari, & alij in hanc regaliam incidentes puniri, pro modo & qualitate falsitatis: solum hodie dictus vsaticus inseruit, ad tribuendum ius Domino Regi euocãdi ad se in vim huius regaliæ causas monetariorum extra vicariã in qua Dominus Rex residet delinquentium: non obstante constitutione qua habetur, causas vicariæ, & baiuliæ, intra vicariam & baiuliam esse tractandas.

3. Ex quibus ergo, (vt à nostro instituto nõ deuiemus) colligo hãc conclusionem, quòd cognitio criminis adulterantis monetam pertinet ad Dominum Regem, & consequenter, quòd Dominus Rex potest procedere cõtra illos per viã processus regaliæ in vim dicti vsatici Barcinonæ incipientis moneta. probatur primo hæc conclusio per tex. in eodem vsatico. moneta. concordat tex. in cap. 1. & 2. C. de falsa moneta. & tex. in cap. vnico. quæ sint regaliæ. in vsib. feud.

4. Et pro declaratione dictæ conclusionis scias primo, quòd illa verba *adulterantis monetam* posita in ipsa conclusione, intelligenda, & interpretanda, sunt idest falsificantis monetam. Nam numismata falsa latinè dicuntur adulterina: ita etenim ea appellat Constantinus Imperator in. l. 1. C. de falsa mone. lib. 9. in. C. Theodosiano. titu. 21. & in. l. 2. eod. titu. quæ est prima. titu. de falsa mone. in. C. Iustiniano. Sic & huius criminis author dicitur adulter solidorũ & numorum. in. l. 2. C. eod. titu. de falsa mone. quæ deducitur ex. l. 5. eod. titu. sub. C. Theodosi. Est enim adulterare, arte aliqua quidpiam pro vero assimilare, & rem sinceram corrumpere. ita declarat Couarr. veter. colla. numis. cap. 8. num. 2.

5. Secundo, declaratur & amplia tur dicta conclusio, quòd licet Princeps concessisset alicui merũ & mixtum imperiũ, & ius cognoscendi de quibuscunque causis, nõ excluderet hoc crimen. sed posset etiã iudicare & punire huius cri-

minis reum qui falsam monetam sub titulo vel forma monetæ Prin cipis feciſſet interritorio illius cui conceſſum fuiſſet caſtrum vel merum & mixtum. ita Tiber. De cian. titu. de iudicib. fal. mone. proceſsi. & probatio. nu. 1. Quod ſane intelligo verum, quãdo Princeps in vim huius regaliæ euocaret ad ſe huius criminis cauſam: nam aliàs cauſa non euocata poſſet quilibet ordinarius cui delinquens ſubeſt de hoc crimine iudicare. tenet Afflict. in cap. vni. num. 30. quæ ſint regaliæ. in vſib. feud. Et ita obſeruat in hoc Principatu & Comitatibus Ruſcilionis & Ceritaniæ vſus hodiernus; quòd quiliber ordinarius cognoſcit de hoc crimine ante tamen cauſæ euocationem in vim huius regaliæ factam.

6. Tertio declaratur & extenditur dicta concluſio, vt non ſolum locum obtineat contra cudentem falſam monetam, verum etiam cõtra eum qui propria authoritate monetam iuſti põderis & materię ac formæ legitimê ꝓcuſſerit. Quẽ admodum enim Dominus Rex poteſt procedere contra fabricãtes falſam monetam per viam proceſſus regalię ĩ vim dicti vſatici. Moneta. poterit etiam contra cudentes propria authoritate bonam & iuſti ponderis. Et eſt ratio, quia eadem pœna is puniendus eſt, qua fabricans adulterinam monetam punitur glo. in. l. 2. C. de fal. mone. not. Alex. in. l. ſingularia. num. 26. ff. ſi cert. peta. ſenſit Bart. in. l. qui falſam. ff. ad leg. Cornel. de fal. Nã quamuis hæc moneta ſit bona, & iuſti ponderis, nihilominus tamen dicitur falſa; ideo quòd nomine Principis, atque ita falſo ſine Principis licentia fabricata ſit. quod ſenſit Menochi. de arbitra. lib. 2. Cẽturia. 4. caſu. 316. nu. 15. 16. 17. & 18. & ante eum ſenſerat Frãciſ. de Marchis. q. 261. num. 4. in. 2. par. Eſt enim falſarius, & ille qui ſibi tribuit ac vendicat authoritatem, & dignitatem quam vere nõ habet; quemadmodum in eo qui ſe Doctorem profitetur, cum vere non ſit. Nam is falſi pęna tenetur: quoniam falſo authoritatem & dignitatem ſibi vendicauit, ita tradit Bart. in. l. reddatur. C. de profeſſorib. & medi. lib. 11.

7. Quarto extenditur dicta concluſio, vt etiam locum obtineat contra eos qui cum huic fabricæ & muneri ſint à Rege præpoſiti & inſtituti ex adulterina materia monetam cudunt, & eam dicta authoritate ſibi attributa ſignarunt: quia Dominus Rex ita procedit per proceſſum huius regaliæ contra eos, ſicuti cõtra eos qui nõ habent formam à lege vel Principe ſtatutam, & etiam contra eos, qui pondus legitimum non appendũt Bald. in margarita, Innocen. in verbo. moneta. Angel. in. l. 1. C. de fal. mo

fal. mone. Plaça in. l. 1. C. de veter. nũmiſ. poteſta. poſt Matheum de Afflic. in conſtitu. Neapol. lib. 3. titu. 11. col. 2. Et eſt ratio, quia dicta moneta quamuis ſignata ab his qui dictæ fabricæ ſunt à rege prępoſiti dicitur falſa ratione materiæ adulterinæ. vt teſtatur Couarr. veter. colla. nũmiſ. cap. 8. num. 1. Et plus dicit Iodoc. in ſua practica crimi. cap. 65. nu. 2. quòd tales ita delinquentes committũt crimen læſæ Mageſtatis, & pœna. l. 1. C. de falſa mone. & l. quicunq; nummos. & ſequen. ff. ad leg. Cor- Cornel. de fal. puniendos eſſe.

8. Quinto obtinet locum quoque dicta cõcluſio, cõtra eos qui adulterant & falcificant monetæ imaginem, contra quos poteſt Dominus Rex procedere per proceſſum regaliæ in vim dicti vſatici, moneta: quia aliam imprimendo formam ac effigiem falſum committere dicuntur. l. lege Cornelia teſtamentaria. in exordio. ff. ad legem Cornel. de fal. & tenet Iodoc. in praxi cap. 65. num. 3.

9. Sexto, ampliatur dicta conclu ſio, quòd etiam Dominus Rex poſ ſit per proceſſum regaliæ in vim eiuſdem vſatici procedere, cõtra nummos tondẽtes, & mutilantes: Nam corrumpendo numorũ pon dera, nempe non tribuẽdo nũmis pondus æquum, plenum & conſue tum, aut iuſti ponderis, nũmos circuncidendo, eoq; modo ponderis æquitatem auferendo, falſum cõmittere dicuntur, vt volunt Doctores in. l. lege Cornelia cauetur. ff. ad leg. Cornel. de fal. & eſt glo. 1. ſuper verbo. de fraudata. in cap. quanto. & ibi Panor. extr. de iure iuran. & in. l. 1. C. de veter. nũmiſma. poteſta. & probatur expreſſe per tex. in dicto vſati. moneta. ibi. nec in auro, vel argento minuere. Et huius criminis rei regulariter eſt impoſita pœna mortis naturalis, ſi ſeruus eſt, ſi vero liber beſtijs ſubijcitur. l. quicunque. ff. ad leg. Cornel. de fal. Iodoc. tamen in dicta practica dicto cap. 65. num. 4. tenet dictos tondentes, & mutilãtes, vt fures patibulo & laqueo plectendos eſſe. Apud nos ſolet per Proreges emitti edictum inter generalia edicta, quòd hodie eſt cap. 50. in edictis generalibus Excellentiſsimi Don Ioãnis Teres Archiepiſcopi Tarraconæ Locũ tenẽtis & Capitanei generalis in præſenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Ruſcilionis, & Ceritaniæ, quo expreſſe pœna mortis naturalis imponitur tondentibus, & minuentibus monetam auream & argenteam à ſuo iuſto valore, & pondere: quocunq; artificio id faciant.

10 Septimo procedit etiam dicta concluſio, contra eos qui monetã tingunt: nam tales eadem pœna puniuntur, qua illi qui monetam mutilant. vt probatur in dicta. l. qui-

quicunque. ff. ad leg. Cornel. de fal. glo. & Doctores in. l. 2. C. de fal sa mone. Marsil. in. l. qui falsam num. 101. ff. ad leg. Cornel. de fal. Et propterea Dominus Rex quẽ admodum procedit per processum regaliæ contra monetam mutilantes & tondẽtes vt supra ostẽsum est, potest & procedere per eundem processum contra monetam tingentes: quia tales illo artificio monetam adulterare dicuntur; & sic regiam Magestatem offendunt: ac in pœnas dicti vsatici Moneta. incidunt. Quomodo autem tingatur moneta, vide remissiue Menochi. de arbitrar. lib. 2. Centuria. 4. casu. 316. num. 42. Et quæ moneta possit tingi, vide declaratum per eundem Menochi. in dicto casu. 316. num. 34. & 35.

II. Octauo, obtinet quoque locum dicta conclusio contra eos qui scienter falsam monetam expendunt: quia contra eos potest Rex procedere per eũdem processum regaliæ: cum circa monetam falsum committere dicantur. vt tenet Bart. in. l. Cornelia. ff. ad leg. Cornel. de fal. & cum eo Abb. in cap. quanto. de iure iuran. quos secutus est Barbat. in consil. 51. col. fin. lib. 3. in quibus locis prædicti aiunt, tales puniri pœna falsi ordinaria. Quod intelligũt verum, quãdo moneta quam expendunt est plumbea, vel stannea: secus si ex alia materia, vt ex viliori argento: quia tunc inquiunt eos pœna extra ordinaria iudicis arbitrio puniendos esse. Et fatentur hoc ex. l. lege Cornelia. ff. ad. leg. Cor. de fal. & ex. l. saccularij. ff. de varijs, & extraordi. crimi. Nihilominus tamen, iste articulus valde iniure, & apud scribentes controuersus est. vt tradit Menochi. de arbitra. lib. 2. Centur. 4. casu. 316. num. 51. per quem & per eum relatos latius videri poterit. Apud tamen nos Proreges solent emittere generale edictũ: de quo patet inter edicta generalia Excellentisimi prænominati Proregis. cap. 49. quo expendentibus falsam monetam vsque ad summam quatuor librarum, imponitur pœna seruiẽdi in regijs triremibus ad septenniũ: si vnde illam habuerint optimam rationem non reddiderint. Consulo tamen super his, quòd quando casus occurret, iudex cõsideret personæ numerantis conditionem. Nam si nobilis & bonæ famæ & conditionis sit, facile credendũ erit, eum bona fide falsam monetam pro vera enumerasse, & è contra si vilis, & deiecta sit persona. Atque ita in his plurimũ versatur iudicis arbitrium. vide late hæc per Menochi. de arbitrar. dicta Centuria. 4. lib. 2. & dicto casu. 316. num. 60. & 61.

Deueniendo nunc ad actitandum & conficiendum processum regalię in vim dicti vsatici. Mone-

ta.

ta. debes scire, quòd iste processus est inchoandus cum supplicatione per fisci procuratorem in forma sequenti Domino Regi, seu eius Locum tenenti generali offerenda.

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

12 *Monetatam auri, quàm argenti, quæ cuditur in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ, pertinet tãtum ad Dominum nostrum Regem, & per cõsequens, fabricãtes monetam, in dictis Principatu & Comitatibus, absque licentia, & permissu dicti Domini nostri Regis, & fabricantes falsam monetam, & illam expendentes, bonamq; monetam tondentes, & diminuentes incidunt in pœnas vsatici Barcinonæ incipientis Moneta. Quẽ vsaticum violare non dubitarunt quidam filij perditionis habitatores villæ de Cabra: & signanter. N. et. N. qui in dicta villa, & alijs partibus Cathaloniæ, diebus elapsis parum Deum timentes & regiã correctionem: non dubitarunt falsam monetam argenteam, scilicet peças de dos reals, y de quatre, y reals censillos, nummos, & aliam falsam fabricare, & illam pro bona expendere, bonamq; monetam tondere, & diminuere, in graue vilipendium Regiæ iurisdictionis, populorumq; detrimentum, & damnum, & alia crimina, & delicta cõmisserunt, & perpetrarunt, propter quæ inciderunt in pœnas dicti vsatici, et aliorum eidem applicabilium. Supplicat propterea, & aliás fisci procurator regiæ curiæ, de prædictis inquiri, culpabiles capi, bona eorum inuentariari, & sub tuto poni, procedi, & enantari, Secũdum mentem, seriem, & tenorem dicti vsatici, & aliorum eidem applicabiliũ, & in omnibus iustitiæ complementũ fieri & ministrari, iuribus fisci semper saluis, officio Regio implorato. Quæ licet, etc.*

Altißimus &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. *Magnificus. N. iudex regiæ curiæ, quo citius & secretius fieri posit informet se de contentis in præinserta querela*

& serua-

& seruata forma dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium super supplicatis & alijs in personam nostram debite prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem die. 19. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. _____*Recepta dictis die, & anno, facto verbo in Regio concilio prouidet quod aliquis ex regijs alguZirijs accedat ad loca Principatus Cathaloniæ & Comitatuum Ruscilionis, & Ceritaniæ, quo oportuerit, qui inquirat, inquisita fortificet, quos culpabiles inuenerit capiat, & ad carceres regios Barcinonæ adducat, bona eorum inuentariet, & sub tuto ponat, & alia faciat necessaria & oportuna, iuxta mentem & practicam dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium: & pro his fiant instructiones commissiones, & litteræ iuxta regiæ curiæ stylum.*

N. Iudex regiæ curiæ.

Postea in vim dictæ prouisionis expediuntur regij commissarij per Regentem Regiam thesaurariam ad illam exequendam cũ memoriali, seu memorialibus, iuxta formam supra in regalia vsatici Authoritate & rogatu scriptã. Et commissarij deinde procedunt ad inquirendum, & capiendum. Et casu quo reus capiatur, proceditur contra eum in omnibus, vt in causis ordinarijs; exceptis defensionibus rei, quæ debent fieri in forma supplicationis, nõ in forma cedulæ, & exceptis sententijs tormẽtorũ, & diffinitiuis, quæ fiũt in prima persona Domini Regis, aut eius locum tenentis generalis.

Cap. 17. De processu regaliæ in vim vsatici. Iudiciũ in curia datum.

1. *Regalia in vim vsatici iudicium in curia datum introducta est in fauorem Domini Regis, & totius Reipublicæ, & in odium delinquentium.*
2. *Rex solus est qui potest facere processũ in vim vsatici iudicium in curia datum.*
3. *Verbum iudicium in iure multis modis sumitur.*
4. *Appellare non licet â Principis sententia, sed supplicare.*
5. *Sententia Principis tenenda & obseruanda est, adeõ, quõd contra dolose contrauenientes potest procedi, per pro-*

processum regaliæ in vim vsatici iudicium in curia datum. Et qualiter hoc intelligatur, & passim obseruetur. vide ibi.

6. *Differentia inter regaliam vsatici iudicium in curia datũ, & aliàs regalias.*

7. *Forma supplicationis offerendæ per fisci procuratorem ad inchoandum processum regaliæ in vim vsatici iudicium in curia datum, & in calce formæ prouisionis.*



Heorica huius regalię legitur in vsatico. iudicium in curia datũ. Cuius vsatici verba hęc sunt. Iudicium in curia, vel à iudice de curia electo, ab omnibus sit acceptum, & omni tempore secutum: & nullus aliquo ingenio, vel arte, ausus sit recusare. Quod si fecerit, vel facere voluerit, persona sua cum omnibus quę videtur habere veniat in manu Principis ad suam voluntatem faciendam: quia qui iudicium curiæ recusat curiam falsat, & qui curiã falsat, Principem damnat, & qui Principem vult damnare, punitus & damnatus sit omni tẽpore ipse & cuncta sua progenies: quia demens est, & sine sensu, qui sapientiæ & scientiæ curiæ vult resistere, vel cõtrastare, in qua sunt Principes, Episcopi, vel Abbates, Comites, & Vicecomites, & Vasvassores, Philosophi, & sapientes, atque iudices.

1. Hæc regalia quæ fundata est ex isto vsatico, est vna de principalibus regalijs Domini Regis in sui fauorem & totius Reipublicæ, ac in odium delinquentium introducta. ita Marquil. in dicto vsatico notab. 3. Et adeò est hæc regalia propria Domini Regis, & eius ossibus affixa, quód ipse solus, & non alius potest facere processum in vim dicti vsatici; quemadmodũ, & ipse solus facere potest processus regaliarum in vim vsaticorum Simili modo, authoritate & rogatu, Camini, & Moneta, vt supra latius ostensum est. ita Marquil. in dicto vsatico. versicu. Sed contra prædicta.

2.

3. Et pro intellectu huius regalię debes prænotare, quód quamuis verbum iudicium in dicto vsatico positum in iure sumatur multis modis, quos in eodem vsatico practici referunt, ad quos te remitto,

4. tamen ibi sumitur pro Principis sententia à qua non licet appellare, sed supplicare tantũ ad ipsum met Principem: cum in temporalibus superiorem non recognoscat. vt in. l. 1. ff. à quib. appell. non licet. & facit pro his tex. in. l. fi. C. de legib. vide etiam practicos in dicto vsatico ita sentientes.

Et prædictis prænotatis ex dicto vsatico, quantum attinet ad instítutum nostrum, & ad practicã qua in vim illius vtimur colligo

5. ex dicto vsatico, quòd iudicium

siue

siue pronuntiatio, vel sententia Principis, vel lata ab aliquo iudice eo præsente, & nomine suo, ab omnibus obseruari debet, & in aliquo minime cõtraueniri, sin min⁹ potest Dominus Rex cõtra huius modi sententijs resistentes, & eas dolose non obseruantes procedere per processum regaliæ, in vim dicti vsatici. Iudicium in curia datum. vt expresse probatur in. eod. vsati. & ibi per practicos.

Sed intellige prædictam conclusionem procedere, & locũ tantum obtinere, cõtra eos qui in causa citati fuerunt, contra quos tanquam sententiam in dicta causa latam non obseruantes, vel contra venientes, proceditur & procedi potest, per processum regaliæ in vim dicti vsatici. Secus vero, quando nõ fuissent citati in causa: quia tunc contra tales nõ citatos, & sententiæ regiæ contrauenientes, proceditur via ordinaria pro modo & qualitate delicti, & cõtrafactionis. Et ita vidi pluries in Regia audientia tentum & obseruatũ fuisse: vnde not. differentiã inter hãc regaliam, & alias supradictas regalias. Nam aliæ quæ fiunt in vim vsaticorum Simili modo, Camini & stratæ, Authoritate & rogatu, & Moneta. fiunt casui tãtum, nec opus est, quòd tempore quo regalia fit constet de delinquentibus, sed postea facta regalia, de illis inquiritur. Hæc autẽ quæ fit in vim huius vsatici iudicium, non solum fit casui, sed & personis simul: quia cõstare debet, de his qui sententiæ contra fecerunt. Et hoc iure vtimur. 6

Forma autem supplicationis per fisci procuratorem regiæ curiæ offerendæ ad incohãdum processum regaliæ in vim huius vsatici debet fieri mutatis mutandis, in forma sequenti. 7

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

Die. 28. Aprilis. 1603. ad relationem magnifici. N. Doctoris Regiæ audientiæ fuit lata quædam diffinitiua sententia in causa vertente inter. N. ex vna, et. N. parte ex altera, in qua fuit declaratum, etc. narra in summa declarationem regiam, et postea dices. *Deinde die. 3. Maij. 1603. fuit prouisum quòd fieret executio dictæ regiæ sententiæ, et ideo fuerunt litteræ executoriales expeditæ. 13. eiusdem mensis Maij. Denique vigore dictarum litterarum die 17. prædicti mensis dictus. N. fuit missus in possessionem bonorum dicti.*

dicti.N.& præcipué cuiusdàm agri siti in termino.N. in loco vocato.N.& licet dictus.N.in possessionem dicti agri,& fructuum in illo existentium perceptione per neminem molestari debuerit, nihilominus tamen, quidam filij perditionis de præsenti mense non dubitarunt segetes dicti agri,vi vel clam à dicto agro asportare contra ueniendo dictæ regiæ sententiæ,& incidendo in pœnas vsatici Barcinonæ incipiẽtis iudicium in curia datum. Jdcirco,& aliàs,fisci procurator regiæ curiæ exhibens prædictam regiam sententiam, litteras executoriales,instrumentum possessionis,& informationem super his receptam,vt in serantur supplicat amplius inquiri,& culpabiles capi,bona eorum inuentariari,& sub tuto poni,procedi,& enã tari secundum mentem,practicam & stylum dicti vsatici,& aliorum eidem applicabilium,& in omnibus iustitiæ complementum fieri & ministrari. Quæ licet,etc.

Altissimus, &c.

N.fisci aduocatus.

Prædictæ supplicationi, seu in illius calce fieri debet decretatio sequens.

Magnificus.N. iudex regiæ curiæ quo sitius & secretius fieri possit informet se de contentis in præsenti quærela, & seruata forma dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium,in personam nostram debite prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem die. 22. Aprilis. 1603.

N.Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——*Recepta dicta die,facto verbo aliquis ex regijs alguatzirijs accedat ad omnia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Rusciliouis & Ceritaniæ,quo oportuerit qui inqui-*

rat, inquisita fortificet, & .N. & .N. loci de. N. capiat, et ad regios carceres Barcinonæ adducat, & alia faciat iuxta practicam, & stylum dicti vsatici, & aliorum eidem applicabilium, & pro his fiant & expediantur commissiones, & prouisiones oportunæ.

.N. Iudex regiæ curiæ.

Et capto seu captis reis, proceditur contra eos in omnibus, vt in causis ordinarijs exceptis scedulis & deductionibus quæ fieri debent in forma supplicationis, & non in forma scedulæ, sicut in alijs regalijs, & exceptis sentẽtijs tormentorum & diffinitiuis quæ fiunt in prima persona Domini Regis, aut eius locumtenentis generalis.

Capit. 18. De forma procedendi ad faciendam regaliam propter causæ connexitatem.

Excellentissime Domine Locum tenens generalis.

DOminus Rex potest ad se suumq, Regium conciliũ euocare negocia propter causæ cõnexitatem, ne continentia causæ diuidatur iuxta. l. nulli. C. de iudicijs. Vnde fit, quòd si sumus in casu regaliæ, & superueniat negocium quòd ab illa regalia dependeat, dicti negocij superuenientis cognitio pertinebit ac pertinere debet ad Dñm Regẽ: vt prædicit ꝓpter causæ connexitatẽ. Quare scire debes, ad faciendã regaliam propter causæ connexitatẽ in forma sequenti ꝓcedendum esse.

IN Ciuitate Vici diebus elapsis de mense Aprilis, fuit secuta quadam rixa inter. N. et. N. & alios ex vna, & vna, & .N. parte ex altera, in qua rixa quadã filij perditionis fecerunt validam resistentiam. N. assessori ordinario vicarij dictæ Ciuitatis, & ratione dictæ resistentiæ factæ dicto. N. fuit formatus processus regaliæ. Et quia ad auditum fisci procuratoris regiæ curiæ peruenit, quód occasione dictæ rixæ de qua fuit formata regalia, postmodum inter eas dẽ partes, & uos valitores & fautores sunt secutæ plures aliæ rixæ, & signan-

ter

ter de mense Aprilis proximé effluxi fuit noctu, & hora captata vulneratus. N. in capite de quo vulnere positus fuit in periculo, & discrimine vitæ. Quod delictũ perpetratũ fuit, (vt ita perceptum est) causa & ratione dictæ prioris rixæ. Et cum propterea causa sit iam effecta cõsistorialis ratione dicti processus regaliæ, & inquisitio illius cũ dependentibus annexis & cõnexis pertineat & spectet ad vestrã Excellentiã, & Regiũ conciliũ, supplicat propterea fisci procurator regiæ curiæ, præsentẽ causam vulnerũ illatorũ dicto. N. cũ eius depẽdentibus ad se suumq; Regiũ cõcilium euocari, & illã cõmitti magnifico. N. cui causa dictæ regaliæ fuit cõmissa: qui inquirat, & culpabiles capi faciat, & ĩ omnibus iustitiæ cõplemẽtũ ministret. Quæ licet, etc.

Altissimus &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. ——— *Magnificus. N. recognoscat supplicata, & verbum faciat.*

Prouisa per. N. Regentem Cancellariam die. 27. Maij. 1603.
N. Scriba mandati.

Postea si recognitis supplicatis, & facto verbo in Regio concilio, videbitur causam debere euocari, scriba mandati facere debet sequentem decretationem. Euocata causa prætextu quo supplicatur, committatur magnifico. N. qui super supplicatis debite prouideat.

Et incontinenti iudex consecutiue faciet prouisionem sequentem.

Recepta die. 29. Aprilis. 1603: facto verbo in Regio cõcilio prouidet, quòd aliquis ex Regijs Algutzirijs accedat ad Ciuitatem vici, et ad omnia loca Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ, qui inquirat, inquisita fortificet, et quos culpabiles inuenerit capiat, et alia necessaria, et opportuna faciat, et p̃ his fiãt & expediantur litteræ commissiones, et prouisiones oportunæ.

In reliquis vero huius processus procedetur, prout in alijs regaliæ processibus dictum est.

Cap. 19. De processu in crimine læsæ Majestatis in primo capite.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

1. *LÆsæ mageſtatis crimen in primo capite pluribus poteſt cõmitti modis.*
2. *Læsæ Mageſtatis crimen in primo capite committit, qui facit tractatum cõtra perſonam Domini Regis, vel illius ſtatum, vel Reipublicæ.*
3. *Læsæ Mageſtatis crimen in primo capite committit, qui venit in bellũ armatus contra ſuum Principem.*
4. *Læsæ Mageſtatis crimẽ in primo capite cõmittit, qui cũ hoſtibus Do. Regis pacẽ, & amicitiam contraxerit.*
5. *Læsæ Mageſtatis crimen committit qui caſtra Regis tãquam hoſtis inuadit.*
6. *Læsæ Mageſtatis crimen committit in primo capite cuſtos arcis, ſeu caſtri, qui illud tradit hoſtibus.*
7. *Læsæ Mageſtatis crimen committitur contra Principem non recognoſcentem ſuperiorem, vel contra Rempublicam, quæ ſibi ipſi præſes eſt.*
8. *Confiſcatio bonorũ delinquentiũ in crimine læsæ Mageſtatis locũ obtinet.*
9. *Cõfiſcatio bonorũ in crimine læsæ Mageſtatis, fit â lege licet non ſortiatur effectũ, niſi ſecuta hominis ſententia.*
10. *Proceſſus in crimine læsæ Mageſtatis, in primo capite forma.*

1. IMprimis nos ſcire oportet, crimẽ hoc læsæ Mageſtatis in primo capite pluribus modis poſſe cõmitti: quos reſcenſet Gigaſ. de crimi. læsæ Mageſ. in rubri. qualiter & á quib. & Franciſ. Luca. de priuileg. fiſ. in ſecunda parte principali. ĩ rubri. de crimi. læsæ Mageſta. quos etiam allegauit Iul. Clar. in. §. læsæ Mageſtatis. in prin. Et huius criminis à Doctoribus plura ponũtur exempla. Et primo de ſubdito qui facit tractatũ contra perſonam Dñi, vt in caſu in quo conſuluit Socin. Iuni. cõſil. 105. lib. 3. & Alciat. conſil. 456. vel contra ſtatum Principis, vel Reipublicæ. vt in caſu Bal. conſil. 58. & ſequen. lib. 1. & Alexan. conſil. 13. lib. 6. & Iaſon. conſil. 86. lib. 3. Alciat. conſil. 453. Secundo de illo qui venit armatus in bellum contra ſuũ Principẽ. vt in caſu Alciati in conſil. 467. Tertio, de eo qui cũ hoſtibus Dñi Regis pacẽ & amicitiã cõtraxerit. vt in caſu Decij cõſil. 604. 605. & 690. & Grammat. cõſil. 13. & 31. Quarto, de illo qui tẽtauerit tãquã hoſtis occupare caſtra, vel Ciuitates ipſi⁹ Dñi. vt in caſu Iul. Cla. in dicto. §. crimine læsæ Mageſt. in prin. Quinto de illo, qui caſtra Regis tãquã hoſtis inuaſerit. vt in caſu Ruini. conſil. 1. & 2. lib. 5. Sexto de cuſtode arcis ſeu caſtri, qui illud tradit hoſtibus. vt in caſu. Nicol. Boer. de cuſto. claui. num. 25. vel denique de illo qui reuelauerit ſecreta Principis. vt in caſu Marſil. conſil. 1.

7. Prædicta autem crimina committuntur contra Reges, & Principes qui non recognoſcunt ſuperiorem, & etiam contra Ciuitatem, quæ etiam ſuperiorem non recognoſcit: quia ſibi ipſi præſes eſt,

est, prout omnes concludunt Doctores. vt refert Gigas. de crimi. læsæ Majes. fol. 30. q. 28. & Bosi. in titu. de crimi. læsæ Majes. nu.
8. 51. Et in hoc crimine bona delinquentium confiscantur. vt dicit glos. in auth. bona damnatorum. C. de bon. proscrip. in verbo fisco. quam glos. sequuntur Doctores. vt dicunt Cepola consil. crimin. 17. in. 4. dubio. & Iul. Clar. in. §. læsæ Magistatis. in
9. versi. Pręterea. Statim enim quòd perpetratũ est hoc delicti millius rei dominiũ, & administrationem bonorum suorum amittũt: quia á lege dicta bona ipso iure confiscãtur; licet confiscatio nõ sortiatur effectũ, nisi secuta sententia hominis, per quã declaretur, reũ incurrisse in crimen læsæ Majestatis.

Et dato quòd contra aliquem impetitum de hoc crimine procedendum sit, curabis formare processum instante fisci procuratore modo & forma sequenti.

Excellentissime Domine

Locum tenens generalis.

EXistentibus *in profundo malorum. N. & N. huius patriæ & Principatus originarijs eiectis à pace & treuga inimicisq; sacræ & Regiæ Majestatis delatis de pluribus homicidijs, & resistentijs, & alijs enormissimis criminibus & delictis, per eos commissis, et perpetratis, propterquæ. et aliàs fuerunt & sunt processati processibus regaliæ factis in vim vsaticorũ Barcinonæ, et aliàs addendo mala malis nõ dubitarũt his pxime lapsis diebus vna cũ cohadunatione, et societate aliorũ prauorum et inimicorũ delatorũ capere habitatores præsentis* Principatu *Cathaloniæ, et Comitatuũ* Ruscilionis et Ceritaniæ, *vassalloq; S. R. Majestatis, et signãter nobilẽ. N. procuratorẽ generalẽ vicecomitatũ Capraria, & debasso, illũ seu illos secũ captũ, et captos per vim deferendo, & transportando, ad partes, et terras Regis.* N. *hostis et inimici præfatæ S. R. Majestatis, ipsosq; in manibus dictorũ inimicorũ ponendo, et cum dicto* Rege. N. *et seu gẽtibus inimicis præfatæ S. R. Majestatis, et nostris confederando, et cũ eis dẽ pasciscendo, dictũ Principatũ Cathaloniæ, et Comitatus Ruscilionis, et Ceritaniæ, cũ vassallis dicti Regis. N. et alijs inuadere, et deuastare, prout cũ dictis inimicis ingressus fuit dictũ Principatũ, et Comitatus similia faciendo et perpetrando secreta huius patriæ Principatus et Comitatuum reuelando, crimen læsæ Majestatis*

in primo capite, & alia crimina & delicta committendo, & perpetrando. Id circo & aliàs, fisci procurator regiæ curiæ prædicta omnia & singula Excellentiæ vestræ humiliter exponendo supplicat de prædictis omnibus & singulis inquiri, & contra prædictos, & quemlibet ex ipsis, et quoscunque alios qui eisdem, & cuilibet ex ipsis consilium, auxilium, fauorem, et iuuamen dederunt, & dabunt, & in prædictis consenserunt, & consentient, & eos qui sciuerint ipsos fuisse & esse nunc vel in futurum in aliqua parte seu partibus dictorum Principatus, & Comitatuum, & non denuntiauerint in continenti vestræ Excellentiæ & regiæ curiæ tanquam rebelles & delatos de crimine læsæ Mageſtatis in primo capite procedi, & enantari: personas & bona capiendo & puniendo, & regijs erarijs dicta bona confiscando, & rigide procedendo, prout in crimine læsæ Mageſtatis in primo capite solitum est fieri, & puniri debent. Ac etiam supplicat, quòd pro his expediatur, & fiant litteræ oportunæ & necessariæ iuxta stylum regiæ curiæ. Et licet de prædictis notoriè & manifestè constet, ad vberiorem cautelam, etsi & quatenus opus sit exhibet & producit regium edictum propter bellum proconitZationes, processus, & alia acta, prout designabuntur iuribus fisci semper saluis. Quæ licet, etc.

Altissimus &c.
N. fisci aduocatus.

Prædictæ supplicationi fit decretatio sequens.

Magnificus. N. iudex regiæ curiæ recognoscat supplicata, & super ipsis debite prouideat.

Prouisa per Excellentissimum Dominum Locumtenentem generalem die. 29. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Tunc iudex curabit recipere informationem de contentis in supplicatione per viam inquisitionis, & constito de supplicatis, procedet ad faciendam prouisionem sequentem.

Rece-

Recepta die.18. Maij.1603. facto verbo in Regio concilio prouidet, quòd.N.et.N. citentur & compareant personaliter intra decem dies coram sua Excellentia,& regia curia ad dandum rationes de crimine læsæ Majestatis,in primo capite de quo impetuntur per fisci procuratorem regiæ curiæ,cum comminatione, quòd aliàs elapso termino procedetur contra eos,& quemlibet ipsorum,et eorum bona,prout in similibus solitum est fieri,& si opus fuerit citentur per edictum,seu præconium,& pro his fiant et expediantur litteræ,præconitzationes & prouisiones solitæ,& oportunæ,& inserantur seu consuantur exhibita.

.N.Iudex regiæ curiæ.

Postea in vim supra dictæ prouisionis sunt expediendæ litteræ citatoriæ,& debent fieri in forma sequenti.

PHIlippus diuina fauente clementia Rex,etc.

DON Ioannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ,Consiliarius Locumtenens et Capitaneus generalis pro S.C.& R. Majestate in Principatu Cathaloniæ,& Comitatibus Ruscilionis et Ceritaniæ,Pere Cucala villæ Riuipulli humili supplicatione pro parte fisci procuratoris regiæ curiæ coram nobis et in regio concilio oblata percepimus,quód te existente in profundo malorum &.N.vulgo dicto lo bastart Cabruja huius patriæ Cathaloniæ originarijs,eiectis á pace et treuga,inimicisq; dictæ Regiæ & Catholicæ Majestatis, delatis de pluribus homicidijs,et resistẽtijs officialibus regijs factis,incendijs,sacrilegijs, latrocinijs, et alijs enormissimis perpetratis,atque et alijs processatis processibus regaliæ factis in vim vsaticorum Barcinonæ,& aliàs nouissimè processatis de resistentia,et nece temerario ausu perpetratis in personam de.N. Locumtenentis nostri generalis,et addendo mala malis de diuersis capturis his proxime diebus lapsis,vna cum cohadunatione,& societate aliorum deprauatorum inimicorum dictæ Regiæ Majestatis factis de nonnullis habitatoribus dicti Principatus Cathaloniæ vassalis eiusdem Regiæ Majestatis,et signanter de captura

facta de dicto regio. N. & de trãsportatione eorum per eum ad partes, & terras de N. hostis & inimici præfatæ Regiæ Mageſtatis ponendo eos in manu & poſſe dictorum inimicorum, cõfederãdo & paſciſcendo cum eiſdem, bona Cathalanorum inuadendo, & deuaſtãdo, ingreſſus cum dictis inimicis in eoſdem Principatum & Comitatus faciendo, & ſecreta huius patriæ dictis inimicis reuelando, crimen læſæ Mageſtatis in primo capite, & alia enormiſſima crimina & delicta committendo, & perpetrando, ea propterea ſupplicat nobis humiliter, vt ſuper prædictis omnibus & ſingulis inquirere & contra te, & alios prædictos, & quemlibet ex ipſis, & quoſcunque alios tibi, & eiſdem, & cuilibet, cum ipſis conſilium, auxilium, fauorem & iuuamen dantes, & etiam contra illos qui tibi, & eiſdem dederunt, & in prædictis concenſerunt procedere & enãtare perſonas, & bona capiendo, & puniendo, eorumq; bona regijs erarijs confiſcando, & contra eos qui ſciuerint te & ipſos fuiſſe, & eſſe nunc vel in futurum, in aliqua ſeu aliquibus partibus dictorum Principatus & Comitatuum, & nobis, regiæq; curiæ in continenti non denuntiauerint, tum quia rebelles, et delatos de crimine læſæ Mageſtatis, in primo capite, & rebellionis, prout in crimine læſæ Mageſtatis ſolitum eſt fieri et puniri debeant, etiam procedere et enantare, et aliàs ſibi de congruo iuris et iuſtitiæ remedio prouidere dignaremur, prout hæc et alia in dicta ſupplicatione ad quam habetur relatio latius cõtinetur. Vnde attenta prædicta ſupplicatione, et humiliter ſupplicatis in eadem, eisque tanquam iuſtis, et rationi conſonis benigniter annuentes, præcedente legitima informatione, per dilectum conſiliarium Regium. N. vtriuſq; iuris Doctorem iudicem regiæ curiæ ſuper prædictis recepta, cui huiuſmodi negocium à nobis eſt commiſſum, factoq; per eum verbo in dicto Regio concilio, harum ſerie decerta ſcientia deliberate, et conſulto, te citamus, tibique dicimus et mandamus, vt compareas perſonaliter intra decem dies poſt noſtrã huiuſmodi tibi vel contra te faciendam citationem in dicta villa Riuipulli, in domo vnde originem trahis, vel in alijs locis oportunis in antea continué numerandos, coram nobis, et in regia curia, addã

dum

dum rationes de crimine læsæ Majestatis, in primo capite, de quo impetitus es per dictum fisci procuratorem regiæ curiæ, & aliàs persecuturus huiusmodi causam, & omnes et singulos illius actus, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, alioquin lapso dicto termino, quem tibi præciſe & peremptoriè assignamus, nisi comparueritis, vt præfertur procedemus, & procedi mandabimus in prædictis contra te, & bona tua vt iuris fuerit & rationis, & prout in similibus solitum est fieri, tua absentia in aliquo non obstante: verum contumacia exigente. Datum Barcinone. die. 22. Maij. 1603.

Lo Archebisbe.

Vt. N. Regens.
Vt. N. Regens Thesaur.
Vt. N. fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex regiæ curiæ.

Sub simili forma expediri debent litteræ citatoriæ, vniuscuiusque ex delatis, quæ intimantur, aut personaliter, aut in loco habitationis illorũ, aut in loco originis.

Potest etiam fieri supra dicta citatio per edictum, seu præconium, & casu quo ita fiat est facienda sub forma sequenti.

ARA hojats tothom generalment queus notifiquen, y fem à saber de part del Excellentissim Señor Don Iuan Teres per la gracia de Deu y de la S. sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Conseller, Lloctinent y Capitagenerał de la S. C y Real Majestat en lo Principat de Cathaluña, y Comptats de Rossello y Cerdanya, que à humil supplicatio per part del procurador fiscal de la regia cort, deuant sa Excellentia, y en lo Real concell presentada à effecte, que essent Pere Cucala de la vila de Ripoll, y. N. dit lo bastard Cabruja en lo profundo dels mals que esser poden, y essent gitats. etc. insera tur narratiua superioris citationis. *De hont atessa la dita supplicatio, y les coses en aquella supplicades, ab serie y veu de la present publica crida, de certa scientia, y deliberadament, y consulta cita, y per citat hauer vol à tots los dits de sus nomenats delats y enemichs de sa Majestat, y en aquells diu y mana, y à quiscu de aquells que compare-*

pareguen personalment dins deu dies apres de la publicatio de la present crida en auant comptadors, y continuament venidors deuant de sa Excellentia, y en la real cort, per a dar raho de dit crim de lesa Magestat, del qual per dit procurador fiscal son impetits, y altramẽt per a prosseguir la present causa: y tots y sengles actes de aquella, fins à sententia diffinitiua inclusiuament. Altrament, passat lo dit termini, lo qual â ells precisament y peremptoriament assignant, sino comparexen com es dit, procehira y procehir manara en les predites cosses contra ells, y bens llurs conforme sera trobat fahedor de dret y raho demanara, y conforme en semblants actes es acostumat de fer: llur absentia en res no obstant, empero cõtumacia exigint. E perque no pugan alguna ignorancia allegar, mana sa Excellentia, la present publica crida esser feta y publicada per los llochs acostumats de la present Ciutat de Barcelona, y altres Ciutats, viles y llochs acostumats del Principat y Comtats, y guarts si, qui guardar si ha, etc.

Lo Archebisbe.

Vt. N. Regens.
Vt. N. Regens Thesaur.
Vt. N. fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex regiæ curiæ.

Huiusmodi præconio sigillato sigillo paruo regio & registrato, & publicato per loca solita Barcinonæ, cum sono quatuor tubucinarũ, atque elapso termino in eo præfixo, debet fisci procurator procedere ad accusationem contumaciæ. Quod faciet in forma sequenti.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

Fisci procurator regiæ curiæ accusat contumaciam aduersus et contra Petrum Cucala, et. N. dictum lo bastart Cabruja legitimè citatos, et non comparentes, supplicans illa admissa, iustitiam fieri et administrari, contra ipsos procedi, et enantari, ita et prout per fisci procuratorem fuit supplicatum. Et exhibet, et produ-

producit litteras citatorias, & illarum præsentationem, prout ecce. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. ——— *Remittatur relatori causa, qui super supplicatis in personam nostram debite prouideat.*

Prouisa per Dñm Locumtenentem generalem die. 24. Maij. 1603.
N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die. 24. Maij 1603. admissa contumacia si et in quantum inserantur seu consuantur producta, & portetur processus, & intimetur.*

N. Iudex.

Et intimatione in valuis regiæ curiæ facta; interim, & in quantum fieri possit, fortificetur inquisitio.

Postea fisci procurator debet petere ad sententiam assignari sub forma sequenti.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

AD sententiam seu declarationem faciendam assignari, contra Petrum Cucala, & N. dictum lo bastard Cabruja, legitimé citatos, & contumaces, quam contumaciam itterum accusat fisci procurator, supplicans illa admissa, dictam sententiam ferri, & exequi, et procedi contra prædictos, et quemlibet ex ipsis et bona illorum, vt aliás fuit supplicatum: iuribus fisci semper saluis. Quæ licet, etc.

Altissimus, &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. ——— *Remittatur relatori causa, qui in personam nostram super supplicatis prouideat.*

Prouisa per Dominum Locum tenentem generalem, die, etc.
N. Scriba mandati.

Proui-

Prouisio iudicis. ——— Recepta die. 29. Maij. 1603. admissa contumacia, si et inquantum assignat ad sententiam ad diem crastinam; et intimetur.

.N. Iudex

Et fiet intimatio in valuis regiæ curiæ.

Sequitur nunc sententia in forma sequenti proferenda.

NOS Don Ioannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius Locumtenens et Capitaneus generalis, etc. visis supplicationibus fisci procuratoris regiæ curiæ oblatis, cõtra Petrum Cucala, et .N. dictum lo bastard Cabruja originarios Principatus Cathaloniæ legitimè citatos, contra quos contumacia fuit accusata, et non comparuerunt intermino, nec post, delatos de pluribus homicidijs, et resistentijs regijs officialibus factis et nouissimè de resistentia facta Michaeli .N. regio alguzirio, et de captura nobilis .N. et illius transportatione ad Regnum Francia, et ad hostes dictæ Regiæ Magestatis operæ rebellionis, et infidelitatis faciendo crimen læsæ Magestatis in primo capite, et aliàs committendo. Visis processu, et testibus super his receptis, et litteris citatorijs, et relationibus de eisdem factis, et contumatijs accusatis. Visis omnibus actitatis, et denique toto processu, et eius meritis consideratis, visis alijs videndis, et attentis attendẽdis, sacro sanctis Euangelijs corã nobis positis, et illis reuerenter inspectis, vt de vultu Dei nostrũ procedat iudicium, et oculi mentis nostræ cernere valeant, quod æquum, et iustum est, visa assignatione ad sententiam, ad quam proferendã itterum, et ad cautelam cum præsenti assignamus, insequendo cõclusionem in Regio concilio factam, pronuntiamus, sententiamus, et declaramus in hunc qui sequitur modum.

Attento, quòd per merita processus, et aliàs, constat dictos Petrũ Cucala, et .N. dictum lo bastard Cabruja fuisse legitimè citatos, et eorum contumaciam accusatam, et non comparuisse, et sic et aliàs legitimé constat de intentione fisci procuratoris, ideo, et aliás pronuntiamus, sententiamus, et declaramus, omnes, et singulos prædictos

ctos esse rebelles, & infideles Regiæ Majestatis, & totius Principatus Cathaloniæ, & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ, & consequenter crimen rebellionis, infidelitatis, et læsæ Majestatis in primo capite commisisse, & eorum bona esse confiscata, & erarijs regiæ curiæ applicanda, prout cum præsenti applicamus. Jn super declaramus esse procedendum contra quoscunque fautores, receptatores, consiliatores, & auxiliatores prædictorum rebellium, & illorum bona, & quòd pro his fiant & expediantur prouisiones, commissiones, præconia, & alia oportuna.

Vt. N. Regens.

Vt. N. fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex.

Lata per Excellentissimum locum tenentem generalem in quadam aula domus eius propriæ habitationis, & lecta per. N. Regium mandati scribam die, etc.

Postea in vim dictæ regiæ sententiæ, prædictus Petrus Cucala, &. N. dictus lo bastard Cabruja debent voce præconia pro rebellibus, & in fidelibus Regiæ Majestatis & Reipublicæ, & delatis de crimine læsæ Majestatis publicari, ne per aliquos illis detur fauor, auxilium, consilium, & iuuamen, nec eos in suis domibus terminis, locis, castris, & iurisdictionibus sustineant: sub etiam præcepto, quòd vbicũque sciuerint eos habitare, & delitescere, darẽt suę Excellẽtiæ, & regię curiæ sub pœnis iuxta regiæ curiæ practicam & stylum, in similibus apponendis, & alijs de iure appositis.

Notate quòd hæc praxis deducitur ex titulo, & præsertim ex. l. 1. de his qui latrones, & alijs crimi. reos occul. vbi cauetur, ne cui quam liceat alienum delictũ occultare, neque delinquentes pati, quòd in suis possessionibus quiescant, & delitescãt, immo propter dictam occultationẽ dicitur, quis delictum facere suum iuxta tradita, per Bal. in. l. 1. dicto titu. de his qui latro. & alijs crimi. reos. occul. num. 2. & probat tex. in. l. pen. C. ad legem Iul. de vi publi. Fit enim hæc publicatio, vt omnes plenam habeant sciẽtiam horum facinorosum hominum, & ne postea ignorantia excusentur à pœna. vt ibidem per Bal.

Et facto dicto pręconio, ac casu

quo

quo procedendum sit contra fautores, receptatores, & auxiliatores facinorosorũ hominum, fisci procurator curabit contra illos formare processum in forma sequenti.

Cap. 20. De processu contra fautores, receptatores, & auxiliatores facinorosorum hominũ eiectorum, á pace & treuga.

1. *Socius criminis dicitur, qui pro occultando latronem illum capere omittit.*
2. *Sustinentes in suis possessionibus criminosos, quomodo de iure puniantur.*
3. *Receptare quid propriè sit.*
4. *Receptare delinquentem dicitur ille, qui præbet ei alimenta.*
5. *Receptatores puniri, quando scienter crimen fautoriæ, & receptationis committũt.*
6. *Fautores eiectorum á pace & treuga tenentur constitutionibus, pacium & treugarum.*
7. *Rex non potest procedere cõtra eiectos á pace & treuga, per processum fautoriæ, nisi præcedente monitione, quõd infra certum temporis spacium â dicta fautoria desistant.*
8. *Fautores eiectorum â pace & treuga, si moniti â fautoria non desistunt, possunt publicari, etiam pro eiectis â dicta pace & treuga.*
9. *Relatio litterarum monitoriarum, fautoribus eiectorũ, â pace & treuga præsentatarũ, á portarijs per quos litteræ mittuntur facienda est, sub pœna priuationis officij, & fustigationis.*
10. *Fautores eiectorum á pace & treuga arbitrio iudicis puniuntur.*
11. *Forma confisciendi processum fautoriæ.*

CONtra fautores, receptatores, & auxiliatores facinorosorũ hominũ variæ fuerunt cõditæ leges, varias quoque pœnas statuentes. Iure enim cautum est, 1. cum socium dici criminis, qui pro occultando latronem, illum capere omittit, & tales sic alienum delictum occultantes, propter dictã occultationem delictum facere suum dicuntur. l. 1. & notãtur hæc in tota illa rubri. C. de his qui latro. & alijs crimi. reos occul. Præterea in. l. 2. eiusdem titu. Archadius Imperator statuit, dominos prædiorum, seu procuratores vel primates possessionum, cum criminosi in suis possessionibus latitant, impunes non manere si præsentes, & scientes vltro non obtulerint, vel admoniti eos exhibere distulerint. Nam dominus quidem possessionis dominio priuatur: procurator vero, seu primates perpetuo exilio subiacere debent. est etiam tex. in. l. 1. C. de fal sa mone. ibi. siquis autem militum huiusmodi personam de custodia exire fecerit, capite puniatur. videte quoque tex. in. l. 1. C. de deser 2. torib.

torib.& occultatorib.lib.12.& in. l. cũ ancillis. C.de inceſt.& in vtilib.nuptijs. Quibus quidem iuribus legitimê conſtat, fautores, receptatores, & auxiliatores delinquẽtium reſpectiué puniẽdos eſſe.

3. Receptare enim proprium eſt abſcõdẽdi cauſa refugiũ reo præſtare in ſuo agro,vel edificio, alieno ve,de quo eſt caſus ſingularis in.l. 1.§.quod autem ait prætor. verſi. Et eſt propriè.ff.de ſeruo corrup. tenet Salycet.in.l. 1. C. de his qui latro.

4. Prædictis addo præbere quoq; illis alimenta qui pacem publicã perturbant receptare dici,contra quos lege regia diſpoſitũ, eſt procedi poſſe præcedente tamen prouiſione de capiatur in ſcriptis facta, & ſeruata forma proceſſuum via ordinaria. vt in cap. curiæ. 4. Regis Philippi.in curijs Montiſſoni Anni.1585.& eſt nunc cap. fi. in titu.de fautoria in noua compilatio.

5. Verum prædicta obtinere locum,ac intelligenda eſſe exiſtimamus , quando hoc fautores & receptatores ſcienter faciunt.l.2.C. de his qui latro. ibi ſcienter non obtulerint. facit text. in. l. ſiquis forte. C. de deſertorib. & occul. lib. 12. ibi ſciens prudenſq; commiſerit. adeò quòd exiſtimat Bal. in dicta.l.1.C.de his qui latro. requiri plenam ſcientiam,quantum ad imponendam pœnam corporalem argumen.tex in.l.in lege.ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & quantum ad imponendam pœuam mitiorem , quæ ex culpa conſueuit imponi ſufficere ſcientiam per famam,vel ſuſpicionem, vt quia malefactor fugiebat, & rumor erat poſt eum: quia rumor inducit ſuſpicionem. vt in.l.capite quinto.ff. ad leg.Iul.ď adulter.& facit quod nota. in. l. ſi vt allegas. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Conſiſtit enim hæc ſcientia receptandi latrones, vt quia notorium ſit, eos eſſe latrones, vel quia eſſet publica vox & fama in loco. vt not. in. l. ſi tutor. in verbo.oſtenderis. ff. de pericu. tutor. vbi dicta glo. inter alia dicit, præſumptionem ſcientiæ tũc demum dari, quãdo in Republica ſciebatur. vide Salycet. in dicta. l. 1. in fi. & plene in. l. ea quidem. C.de accuſatio. in materia famæ. in vlti. q. aliás enim,ſemper præſumeretur ignorãtia.per.l.verius. ff,de probationib. Atque ita vidi pluries Regium cõcilium proceſſiſſe contra iſtos fautores , qui facinoroſis hominibus pacem Reipublicæ publicam perturbantibus præbent alimenta , vel quoquomodo illos receptant.

Quo vero ad receptationem & fautoriam eiectorũ à pace & treuga, & inimicorum Domini Regis hic noſter Principatus proprias & peculiares ſtatuit leges: quæ nõ ſolum puniunt iſtos fautores, & rece-

receptatores, verum etiam ſtatuunt modum & formam quibus contra illos procedi valeat. Extant enim generales cõſtitutiones Cathaloniæ in titu. defautoria, & extant quoque pracmaticæ ſanctiones. in volu. pracmaticarum. eodem titu. de fautoria. Et plures aliæ ſub pacibus & treugis. Ex quibus aliqua quę ad procedendi modum pertinent deducuntur.

6. Et primo, quòd quando procedetur, contra fautores eiectorum à pace & treuga ad inſtantiã partis quærelantis procedi debet ſeruatis conſtitutionibus pacium & treugarum, & ſecundum vſum, & practicam earũdem, ſuper quibus extant plures cõſtitutiones, in titu. de pace & treuga, vbi videas. 7. Vbi vero, inſtante fiſci procuratore, vel ex officio curia procedere intendat, tunc neceſſariũ eſt, quòd præcedat monitio; patẽtibus litteris intimanda, & notificanda ijs, qui fautores, & receptatores exiſtimantur, & prætenduntur. Quibus quidem litteris dictis fautoribus iuberi debet, quòd infra ſpacium alicuius temporis arbitrio iudicis præfigendum à dictis fauctoria, & receptatione deſiſtant, ſin minus, quòd elapſo termino procedẽt contra eos, prout ius & iuſtitia poſtulabunt. Hinc 8. fit, quòd facta dicta monitione, ſi poſtea recepta contra eos informatione reperiantur culpabiles, poteſt procedi ex officio vel ad dicti procuratoris inſtantiam ad declarandum & publicandum illos pro eiectis à pace & treuga, & aliàs ad illos puniendum iuxta pacium & treugarum cõſtitutiones: earumque mentem. probantur hæc expreſſe in cap. 25. Reginæ Mariæ in curia Barcinonæ. 1422. nunc eſt conſtitutio. 1. in titu. de fautoria in noua compilatione.

Secundo diſponunt dictæ con- 9. ſtitutiones relationem præſentationis dictarum litterarum monitoriarum fieri debere à portarijs per quos dictæ litteræ mittuntur infra ſpacium. 20. dierum immediate ſequẽtium, ſub pœna, quòd ſi hoc facere dicti portarij diſtulerint priuentur officio, & fuſtigẽtur in illo loco in quo regia reſidet audientia. vt in cap. curiæ. 4. Caroli Imperatoris in curijs Mõtiſſoni anni. 1542.

10. Tertio eiſdem legibus ſancitũ eſt, ipſos fautores eiectorum à pace & treuga, ſi de fautoriæ crimine conuincuntur arbitrio iudicis puniendos eſſe, attentis criminis & fautoriæ qualitate, conditionibus receptãtis, & receptati, quòd arbitrium dictis qualitatibus attẽtis extendi valeat, vſque ad mortis pœnam incluſiue. vt in pracmati. Ferdinandi. 2. quæ eſt cap. 3. in titu. de fautoria, in volu. conſti. in noua compilatio.

Deueniendo nunc ad practicã con-

contra fautores fisci procurator suscipiet formare processum offerendo supplicationem in forma sequenti.

Excellentissime Domine
Locumtenens generalis.

IVan Calcurra del Bisbat. N. es publicat per enemich de la S.C. R. Magestat, y gitat de pau y treua per los enormes delictes per ell perpetrats, segõs cõsta ab la crida, y publicatio ab deliberatio del Real cõcell, de la qual se fa fe vt ecce, & com sia puingut à noticia del procurador fiscal de la regia cort, q̃ dit Juan Calcurra es receptat y afauorit per molts barons gentils homẽs, y altra gent, à causa de la qual fauor y ajuda dit Calcurra à ꝓpetrats, y quiscu dia no cessa de perpetrar molts detestables crims, e delictes. Per tãt, & aliàs dit procurador fiscal humilmẽt supplica euocada la present causa, à cautela, si y en quãt menester sia, al cõcell real y a vostra Excellẽtia prouhir en manar, que sia procehit cõtra los fautors, ajudadors, e cõplices de aq̃ll, si y en quãt per cõstitutiõs de Cathaluña, & aliàs de dret y justitia se deu is pot procehir, y que sobre aço sien fetes les prouisions, y altres monitions necessaries lo real offici de vostra Excellentia implorant. Qua licet. etc.

Altissimus, &c.
N fisci Aduocatus.

Dictæ supplicationi, seu in eius calce est facienda per Regentem Cancellariam decretatio sequens.

Euocata causa prætextu quo supplicatur committatur magnifico. N. iudici regiæ curiæ qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa etc. die. etc

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta dictis die et anno, insequendo cõclusionẽ in Regio concilio factam, fiant litteræ monitoriæ in forma solita, & etiam vbi opus sit, præconitzationes solitæ, & oportunæ.*

IN vim huius prouisionis monentur fautores, quod á fautoria & receptatione desistant duobus modis. Primo per præconium. Secundo per

patentes litteras. Et per præconium fit dicta monitio in forma sequenti:

ARA hojats tots hom generalment, queus notifica y fem á saber de part del Excellentissim señor Don Iuan Tores per la gracia de Deu y de la santa Sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Cõseller, Lloctinent y Capita general de la S.C. R. Magestat del Rey nostron Señor, en los present Principat de Cathaluña, y Comtats de Rossello y Cerdanya, que com sa Excellentia tingues desig de prouehir quant en ells es, que los poblats en los dits Principat y Comtats sien preseruats de tots mals, infortunis, y inconuenients, assi que pacifica ment puguen viure, y habitar en llurs cases, y heretats, y que los delinquents criminosos y de mala vida sien extirpats, foragitats, o altrament castigats, o punits segons llurs demerits. E com en dies passats sien estats publicats per gitats de pau y treua, y per enemichs de la prefata Real Magestat Iuan Calcurra del Bisbat de Comenge, y. N. y. N per les causes y rahons en los processos sobre aço actitats cõtengudes, manant ab la dita publicatio que ningu los sostingues, ni donas concell, fauor, ni ajuda amagadament, ni manifesta: e si lo cõtrari era fet, seria enantat contra ells y bens llurs, y cada hu dels contrafahents com à fautors, complices ajudadors dels demunt gitats y separats de pau y treua, virilment, y poderosa, segons forma, serie y tenor de les constitutions de Cathaluña: y per les penes en aquellas apposades, segons per justicia se trobara esser fahedor, com mes llargamẽt en les dites publications seconte. E sia sa Excellentia estat supplicat p̃ lo procurador fiscal de la regia cort, q̃ cõtra los fautors, ajudadors, conselladors, y sostenidors dels demũts dits gitats y separats de pau y treua, manar prouehir segõs en dites cõstitutiõs de Cathaluña es disposat, y altramẽt segõs es de justitia. Per tãt sa Excellẽtia precehint desliberatio y conclusio del Sacre y Real concell sobre aço feta, supplicant y instant lo dit procurador fiscal de la regia cort, ab veu de la present publica crida, diu, notifica, mana, y amonesta á tot hom generalment de qualseuol stat, grau, o condicio sia, que dins sis dias primers vinẽts apres de la publicatio de la present publica crida cõtinuamẽt cõptadors, y seguidors desistan, y no curen de afauorir, acõcellar, ajudar, y sostenir en llurs cases y habitacions, è iurisdictions

los

los demunts dits anomenats gitats e separats de pau y treua, nº algu de aquells, ni permetan que per officials o subdits, ni gents a ells sots mesa, ni per la familia llur sian affauorits, aconsellats, ajudats, sostenguts en manera alguna: altrament, sa Excellentia manara procehir contra los contrafahents, y cascu dells, y bens llurs, segons que per constitutions de Cathaluña de pau y treua, ó altramẽt trobara esser fahedor. E perque de dites coses algu no puga ignorancia allegar, mana sa Excellentia esser feta y publicada la present publica crida, perque sia a tots manifest: y guart si qui guardar si ha.

Lo *Archebisbe.*

Vt. N. Regens.

Vt N fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex.

Sequitur nunc monitio quæ per litteras patentes fieri debet, & forma litterarum est quæ sequitur.

Don Phelip per la Diuina gratia Rey, etc. Comte de Barcelona, etc.

DON Joan Teres per la gracia de Deu y de la Sancta Sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Conseller, Lloctinent y Capita general de la S. C. R. Magestat en los present Principat de Cathaluña y Comtats de Rossello y Cerdanya, al amat de la prefata Real Magestat Don Juan Crespi señor ques diu de Bufarull salut y dilectio, en dies passats son estats publicats per gitats, y separats de pau y treua, y enemichs de sa Megestat en Iuan Calcurra, y N. y N. per les causes y rahons en los processos sobre aço actitats cõtengudas, manant ab la dita publicatio, que ningu los sostingues, ni los donas concell, fauor, y ayuda, amagadament, ni manifesta, é si lo contrari era fet, seria enantat contra ells y bẽs llurs, y de cada hu dels contrafahents, com a fautors, cõplices, ajudadors, acõcelladors, sostenidors dls demũts dits gitats y separats de pau y treua, virilmẽt, y poderosa; segõs forma, serie, y tenor deles constitucios de Cathaluña,

y per les penes en aquellas apposades segons per iustitia se trobara fahedor com mes llargament en les dites publications seconte. E siam estats supplicats per lo procurador fiscal de la regia cort, que contra los fautors, ajudadors, consselladors, è sostenidors dels demunts dits gitats, y separats de pau y treua, manassem procehir segons en dites Constitutions de Cathaluña es disposat: y altrament segons es de ſustitia. Per tant ab tenor de les presents deslliberadament, y consulta de nostra scientia, precehint deslliberacio y conclusio del sacre Real concell, en è sobre açofeta, vos diem, manam, y amonestam, que dins sis dies primers vinents apres que la present vos sera presentada desistau, y no cureu afauorir, aconsellar, ajudar, y sostenir en vostres cases, habitacions, y jurisdictions los demunts dits nomenats y separats de pau y treua, ni algu de aquells, ni permetau que per vostres officials o subdits, o gent à vos altres sots mesa, ni per la familia vostra, ni llur, seran afauorits, aconsellats, ajudats, ó sostinguts en manera alguna: altrament procehirem contra vos, y quiscu dells, y bens vostres y llurs, segons per constitutions de Cathaluña de pau y treua: y altrament trobarem esser fahedor

Dada en Barcelona a. 17. de Abril. 1603.

Vt. N. Regens Thesaura.

Vt. N. fisci aduocatus.

Vt. N. Iudex.

Prædictæ litteræ expediuntur omnibus militibus & baiulis, ac iuratis de consilio beneuisis. Et postea inseruntur in processu relationes præsentationum dictarum litterarum, ac etiam relationes publicationum dictorum præconiorum de locis in quibus fuerint publicata.

Postea si ad notitiam fisci procuratoris peruenitur, quòd post præsentationem litterarum monitoriarum aliqui non dubitarunt dare fauorem, consilium, auxilium, & iuuamen Ioanni Calcurra eiecto à pace & treuga vel alijs, & velit contra tales procedere instabit contra illos in forma sequenti.

Excel-

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

QVia peruenit ad notitiam fisci procuratoris, quòd post præsentationem litterarum monitoriarum aliqui non dubitarunt dare fauorem, consilium, auxilium, & iuuamen, Ioanni Calcurra eiecto & separato á pace, & treuga, & publicato, id circo fisci procurator regiæ curiæ supplicat mandari, quòd de prædictis inquiratur, & procedatur contra eosdem tam per processum fautoriæ, quàm aliàs et ita, & prout constitutiones Cathaloniæ, vsatici Barcinonæ, & alia iura patriæ, & communia disponunt, & in omnibus iustitiæ complementum fieri. Quæ licet, etc.

Altissimus, &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. _____ *Remittatur relatori causæ qui super supplicatis debite prouideat.*

Prouisio iudicis. _____ *Recepta dictis die et anno ministratis testibus paratus est illos recipere. Et aliquis ex regijs alguatzirijs accedat per omnia loca Principatus Cathaloniæ, & de prædictis se informet, & expediantur litteræ, & commissiones solitæ & oportunæ.*

In vim supra dictæ prouisionis expediuntur litteræ commissionis regio alguatzirio in forma sequenti.

PHILippus Dei gratia, etc.

DON Joannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius Locũtenens generalis, etc. dilecto regio alguatzirio N. domicello salutẽ & dilectionẽ, cũ ex deliberatione regij concilij procedere intendamus contra nõ nullos, qui parui pendendo præconitzationes & monitiones mãdato nostro factas, & publicatas, non dubitarunt receptare et sustinere in eorum terris et domibus quosdam processatos processu regaliæ eiectos á pace & treuga, & pro talibus publicatis ad supplicationem fisci regij procuratoris, & partium instantiam in dictis præconitzationibus & moni-

tionibus nominatis virtute constitutionis com instigant, cum modificatione aliarum constitutionum incidendo in pœnas à iure, & cõstitutionibus Cathaloniæ statutas. Propterea confidẽtes de vestra peritia, fide, & legalitate, huiusmodi informationis receptionem vobis duximus committendam, veluti per præsentes committimus, dicentes, & mandentes vobis, quatenus vos personaliter conferatis ad quæcunq; loca vbi expediat, & informationem prædictam quo secretius fieri poterit recipiatis contra omnes, et quascunque personas cuius vis status, gradus, aut conditionis existunt, tam ecclesiasticas, quam seculares quæ post publicationem, & præconitzationem mandato nostro factarum receptarunt, & sustinuerunt dictos eiectos á pace & treuga, in dictis præconitzationibus & monitionibus nominatos, in vilipendium dictarum regiarum præconitzationum quorum nomina ad partem vobis tradi iussimus recipiẽdo & examinando omnes, & quoscunq; testes qui in prædictis aliquid scient, dictorumq; testium attestationes perfidum notarium in scriptis fideliter redigi faciendo. Cum vero dicti testes recepti fuerint eorum dicta, & attestationes ad nos, seu ad magnificum, & dilectum conciliarium regium. N. regiam Thesaurariam regentem adducatis, vt eis visis, quod iustum fuerit prouidere valeamus, committentes vobis in & super prædictis omnibus & singulis, cum incidentibus, dependẽtibus, seu emergentibus ex eisdem, voces, & vices regias atque nostras plenariè per præsentes. Per quas vniuersis & singulis officialibus tam regijs, quàm alijs ad quos spectet dicimus, & districtè præcipiendo mandamus ad pœnam florennorum auri Aragonum millere gijs inferendorum erarijs, quatenus in prædictis omnibus et singulis nullum vobis faciant obstaculum, seu impedimentum, quin potius requisiti vobis assistant, præsentesq; auxilium concilium & fauorem oportunos. Dat. Barcinonæ. 29. Aprilis. 1603.

Vt. N. Regens.
Vt. N. Regens Thesaura.
Vt. N. fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex.

ET si ex informatione recepta per Regium commissarium constiterit in indiuiduo de aliquibus fautoribus qui post præconitzationem, & moni-

& monitionem eis factam fuerint fautores,& receptatores poterit tunc fisci procurator contra illos offerre supplicationem sequentem.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

COmparens coram vestra Excellentia. N. fisci procurator regia curia,humiliter exponit aduersus & contra nobiles. N. & N.& alios inferius nominandos,& quemlibet ex ipsis, ex eo & pro eo,quia licet in mandato vestra Excellentia prædicti nobiles litteratoriè,& aliàs sint monitine Ioannem Calcurra, & alios in dictis litteris monitorijs nominatos eiectos & separatos á pace & treuga, & pro inimicis sua Magestatis publicatos sustinerent, ne ve illis seu alicui illorum fauorem,auxilium,& iuuamen darent, vel præberent, immo ipsos euitarent,& euitari ab alijs facerent,prout hæc & alia in dictis litteris monitorijs,& præconitzationibus cõtinetur, quas & non nulla alia acta & inquisitiones prout designabuntur fisci procurator exhibet & producit,prout ecce;dicens, quòd prædicti nobiles contra prædicta regia mandata sustinuerũt prædictos Joannem Calcurra,& alios delatos eiectos à pace et treuga,& inimicos sua Magestatis,seu aliquem ex ipsis,& consilium auxilium,& fauorem eisdem dederunt,& dari permisserunt,receptando,receptari permittendo, alimenta & alia præstando, & dando,dari, & præstari permittendo, ipsosq́, et aliquem ex ipsis assosiando, res et negocia ipsorum et alterius ipsorum dirigendo, diuersisq́ modis et formis faciendo contra formam seriem et tenorem constitutionum pacium et treugarum, et vsaticorum Barcinonæ, et eorum, et earum,pragmaticas,vsus et obseruantias;et declarationes hactenus super his editas et obseruatas pacem et treugam violando, vti per informationem super prædictis receptam constat,dicens insuper dictus fisci procurator,quód ex causis præmissis dicti nobiles et alij inferius nominandi tanquã fautores,adiutores,cõsiliatores,sustentatores,et receptatores dicti Ioannis Calcurra, et aliorum eiectorum á pace et treuga eiecti et separati sunt. Ideo et aliàs dictus

fisci procurator supplicat decerni, & declarari prædictos nobiles, & alios inferius nominandos, & quemlibet ex ipsis, esse & fuisse ex causis prædictis ipso facto eiectos et separatos à pace et treuga, & pro talibus publicandos, & contra ipsos, et quemlibet ex ipsis, tanquam contra fautores adiutores dictorum delatorum & eiectorum à pace et treuga, et contra bona ipsorum, viriliter, et cum tota pace, secundumq; vestræ Excellentiæ beneuisum fuerit insurgendo, et insurgi faciendo, eisdem, et bonis illorum damnaq; potuerit faciendo, et inferendo excepta ignis immissione, & appositione, bona illorum dicipando, et destruendo, domos, fortitudines, et edificia eorum funditus diruendo, et contra ipsos, et quemlibet ex ipsis procedi, et enantari iuxta formam, mentem, seriem, et tenorem dictarum constitutionũ, pracmaticarum regiarum, vsaticorum Barcinonæ, & declarationem ipsarum, et iuxta stylum Regiæ audientiæ, iu et iustitiam in prædictis ministrando, vna cum condemnatione expensarum factarum hac de causa, et inde faciendarũ, dicens et exponẽs, prædicta, saluo iure pluris et minoris, etc. et cuiuslibet alterius iuris, et iuribus fisci semper saluis regium officium vestræ Excellentiæ humiliter implorando. Quæ licet, etc.

Altissimus &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. ——— Remittatur relatori causæ, qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per Dñm Locumtenentem generalem ex deliberatione Regij concilij die. 4. Maij. 1603.
N. Scriba mandati.

prouisio iudicis. ——— Recepta dictis die et anno, facto verbo in Regio concilio, et conclusione inde secuta, meritisq; processus attentis, prouidet quòd contra prædictos nobiles. N. et. N. fautores et receptatores fiant litteræ citatoriæ stillatæ, et inserantur producta.

N. Iudex.

IN

IN vim dictæ prouisionis expediũtur litteræ citatoriæ, in forma sequẽti.

PHILippus Dei gratia Rex, etc.

DON Joannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius Locumtenens & Capitaneus generalis, etc. nobili et dilecto Regio. N. salutem et dilectionem. Noueritis quòd die Datæ præsentium, comparens coram nobis. N fisci procurator regiæ curiæ, quandam nobis, et contra vos, et alios obtulit et præsentauit supplicationem tenoris huiusmodi. Excellentissime domine Locumtenens, comparens. etc. inseratur tota in huiusmodi litteris. *Qua quidem supplicatione coram nobis præsentata dictus fisci procurator instantissime supplicauit, contra vos et bona vestra et cuiuslibet vestrum tanquam contra fautores, complices, consiliarios, et adiutores, sustentatores, atque receptatores prædictorum à pace et treuga eiectorum, et separatorum seu aliquorum ex eis procedi, prout superius in præinserta supplicatione latius continetur, et aliás iuxta constitutiones pacium et treugarum, et pracmaticas sanctiones hactenus super his editas. Nos vero dicta supplicatione, vt iusta et rationi consona benigne exaudita, volentes in et super prædictis debite, vt decet prouidere, facto verbo prius in Regio concilio per. N. dicti Regij concilij Doctorem et Regiæ curiæ iudicem ac causæ relatorẽ, et concloſione inde secuta, dicto fisci procuratore regiæ curiæ humiliter supplicãte, meritis processus attentis, et aliás, harum serie vos citamus, vobisq; dicimus, et mãdamus, quatenus infra quindecim dierum spacium á præsentium præsentatione vobis facienda in antea continuè numerandos, personaliter et in propria persona coram nobis compareatis: paratusq; respõdere supplicationi præinsertæ: vsque ad sententiam seu declarationem audiendam inclusiuè, et aliàs audituros, et recepturus debitam punitionem et castigationem criminis dictæ sustentationis, et receptationis, et aliâs in tota præsenti causa gradatim, et successiuè ad procedendum in ea visurus, et aliàs facturus omnia, et singula, quæ procedenda et facienda erunt, in et circa prædicta iuxta constitutiones pacium et treugarum pracma-*

ticas,

ticas sanctiones, & earum mentem, seriem, et tenorem, declarationes obseruationes, & pracmaticas hactenus super his editas & obseruatas, aliàs, si infra dictorum quindecim dierum spacium quem vobis praciſè et peremptoriè aſsignamus coram nobis, vt praefertur non comparueritis, prout facere tenemini & debetis, nos procedemus viriliter ad insurgendum contra vos et bona vestra tanquam contra complicem, fautorem, consiliatorem, adiutorem, sustẽtatorẽ, atque receptatorẽ eiectorum à pace et treuga, et etiam contra fautores, complices, & receptatores vestros cum tota pace secundum quod nobis visum fuerit faciendum, vobis, et bonis vestris, et eorum damnum quod poterimus: excepta ignis appositione inferendo, videlicet bona vestra, & aliorum funditus destruendo, et alia faciendo, prout in similibus sunt solita et vsitata fieri iustitia mediante. Super praesentatione quaru, stmabimus relationi regij portarij praesentium latori, qui iurauit in regia Cancellaria relationem viridicam facere. Dat. Barcinonæ die. 7. Maij. 1603.

Dictis citatorijs litteris præſentatis, ponamus nunc, quòd reus citatus vult comparere, videamus igitur qua forma debeat fieri dicta comparitio. Et dic vt in ſequenti.

Excellentiſsime Domine
Locum tenens generalis.

HIS diebus non longe effluxis de mandato vestra Excellentia, & cum litteris patentibus fuit citatus nobilis. N. instante fisci procuratore, et cum illis fuit iniunctum, vt personaliter intra quindecim dies coram vestra Excellentia, aut coram. N. causæ relatore cõpareret responsurus contentis in supplicatione contra eum oblata, qua fuit supplicatum procedi contra ipsum tanquam contra fautorem adiutorem, & receptatorem Joannis Calcurra, pro pacibus et treugis publicati et eiecti, prout in dictis litteris continẽtur ad quas habetur relatio Et quamuis præfatus nobilis. N. nullatenus teneatur in prædictis, neque potuerit ob prædictam causam citari, eo quòd ipse auxilium, consilium, aut fauorem non præstitit dicto. N. nihilominus

minus tamen prefatus. N. vt filius obedientiæ saluis sibi omnibus exceptionibus, tam in iure quàm in facto consistentibus, comparet coram vestra Excellentia, vel coram causæ relatore, si et inquantum de iure teneatur, non aliás, nec in plus. Et firmat ius et de iure pro decem solidis cum iuris augmento et pro omnibus et singulis atque de iure, et secundum constitutiones Cathaloniæ firmãdum sit, et existat, promittens iudicio sisti, et iudicatum solui cum suis clausulis vniuersis & saluitatibus supradictis. Et deducit ac deducere intendit, in harum comparitione omnia ea adquæ secundum constitutiones Cathaloniæ, pragmaticas sanctiones, vsus, et practicas earũdem facere et deducere teneatur: supplicans vestræ Excellẽtiæ præsentem comparitionem, et iuris firmam admitti, et eum idoneæ manuleutæ tradi mandare. Et nominat in fideiussores vt in memoriali quod exhibet vt ecce continetur. Supplicans in omnibus iustitiæ cõplementum ministrari.

Altissimus &c.
N.

Nomina fideiussorum sunt. N. N. N.. et. N. postea in processu continuatur firma iuris.

Quibus peractis, Regens Cancellariam in personam Domini Locumtenentis generalis super supplicatis facit prouisionem sequentem.

Dominus Locumtenens generalis admissa dicta comparitione, et firma iuris, et alijs, si et inquantũ, mandat prædictum comparentem intus regios carceres poni, et ibidem eius depositionem exigi, cetera prouidenda remittit relatori causæ, qui super supplicatis debite prodeat.

Prouisa per. N. Regentem Cancellariam die. 22. etc.

N. Scriba mandati.

Cuius prouisionis vigore aliquis ex regijs virgarijs Regiæ audientiæ dictum comparentem ponit intus regios carceres. Et dicto comparente

in

in dictis regijs carceribus posito relator causæ exigit ab eo depositioné; qua depositione exacta in pede comparitionis seu supplicationis facit sequentem prouisionem.

Recepta die, etc. Attento quòd fuit exacta depositio, à dicto. N. citato, & monito, facto verbo in Regia audientia per. N. Regia audientia Doctorem, & causæ relatorem, & conclusione inde secuta prouidet, quód dictus. N. tradatur idoneæ manuleutæ arrestatus per præsentem Ciuitatem ad pœnam mille librarum, et intimetur.

N. Iudex.

Ex si hic qui comparuit vult se defendere debet offerre supplicationem in forma sequenti.

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

QVia nobilis. N. comparuit coram vestra Excellentia, & litteris citatorijs á Regia audientia emanatis, vt filius obedientiæ obtemperauit, & cupiat se defendere ab impetitis per fisci procuratorem, quare supplicat humiliter vestræ Excellentiæ pro parte dicti. N. quatenus dignetur mãdare relatori causæ, quòd inquisitionem contra ipsum receptam publicari prouideat, et sibi copiam tradi vt suas defensiones afferre possit: officium vestræ Excellentiæ humiliter implorando. Quæ licet, etc.

Altißimus, &c.
N.

Hoc petitur sæpius donec obtineatur.

Decretatio. _____ *Remittatur relatori causæ, qui super supplicatis debite prouideat.*

Prouisa etc. die. etc

Prouisio iudicis. _____ *Recepta die. etc. ad dicendum intra. 3. cur supplicata fieri non debeant et intimetur.*

N. Iudex.

Et

Et postea proceditur cursu ordinario sicut in alijs processibus.

NVNC demus quòd reus modo prædicto citatus, potest se á dicta comparitione excusare, aut propter senectutem, aut propter aliquem grauem morbum, vel impedimentum quibus impediatur arripere iter ad comparendum, & se præstandum & casu quo aliqua ex istis in eo concurrant, & velit se propterea excusare pro illius parte est offerenda supplicatio in forma sequenti.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

HIS diebus non longè de cursis fuit citatus. N. ad instantiam fisci procuratoris ex eo, quia vt prætenditur post publicationem & eiectionem de pacibus & treugis Ioannis Calcurra, eum vt prætenditur receptauit, & eidem alimenta prabuit procedendo contra præfatum. N. vt fautorem & adiutorem præfati Ioannis Calcurra quæ relati secundum constitutiones Cathalonia pacium & treugarum, & secundum vsus et consuetudines earundem prædicto N. iniungendo quòd compareret decima quinta die, coram vestra Excellentia, et seu huiusmodi causæ relatore, & aliâs prout in præfatis litteris continetur ad quas habetur relatio. Quam citationem compertam habent tam nobilis. N. filius dicti. N. quam Raymundus Crespi procurator dicti nobilis. N. Et scientes senectutem, & decrepitudinem dicti nobilis. N. & infirmitatem, & impossibilitatem ad comparendum, cum propter suam infirmitatem vulgo dictam mal de gota ó puagre, est impossibile eidem, quòd iter arripiat, nec ei esset possibile huc accedere & comparere coram vestra Excellentia: ideo præfati nobilis. N. & dictus Raymũdus Crespi procurator dicti. N. tam coniunctim, quàm diuisim comparent coram vestra Excellentia ad allegandum præfatam senectutem, & infirmitatem ac impossibilitatem veniendi ad præsentem Ciuitatem ad comparendum, supplicantes præfatam excusationem admitti, & nullatenus contra præfatum nobilem. N. suo impedimento, & infirmitate notoria durante, pro qua etiam licet notoria sit parati sunt informationem dare supplicant illam recipi mandari, & incontinenti prout eam in promptu dare offerunt, & etiam exhibent informationem de præ-

dicta

dicta infirmitate receptam supplicantes illam inseri. Et cum expræmissis, & aliás constabit præfatum nobilem. N. esse excusatum ad comparendum coram vestra Excellentia: quia nemo ad impossibile obligatur, supplicat humiliter nullatenus ratione alicuius contumaciæ contra eum procedi; quia contumax non est qui ad iudiciũ vocatus propter impedimentum naturæ, aut alterius infirmitatis, aut casus fortuiti venire non potest: supplicantes in omnibus ius & iustitiam ministrari: officium regium vestræ Excellentiæ humiliter implorando. Quæ licet etc.

Altissimus, &c.
N.

Decretatio. ——— *Remittatur relatori causæ, qui super supplicatis debite prouideat.*

Prouisa etc. die. etc
N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die. 8. Maij. 1603. facto verbo in Regio concilio ministratis testibus paratus est illos recipere, et consuantur exhibita, & intimetur.*

N. Iudex.

Scedula offerenda per dictum Raymundum Crespi, vt procuratorẽ dicti nobilis. N.

Exhibet et producit hæc pars informationem receptam de infirmitate nobilis. N. supplicans inseri.

Prouisio iudicis. ——— *Die 9. Maij. 1603. inserantur producta & intimetur.*

N. Iudex.

Et vt cunque sit, siue reus citatus contumax sit ratione dicti impedimenti, siue quia est arrogãs, siue quia timet comparere, fisci procurator regiæ curiæ curabit ter illius contumaciam accusare: procedendo semper in dicta accusatione per viam supplicationis, vt in forma sequenti.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

ACcusat fisci procurator contumaciam contra. N. legitimè citatum, & non comparẽtem, propterea supplicat ad vlteriora cau-

sæ

sæ procedi, & declarari, vt fuit supplicatum. Quæ licet, etc.

Altissimus, &c.
N. fisci aduocatus.

Prouisio iudicis: ——— *Recepta die. N. admissa contumacia, si et inquantum intimetur.*

N. Iudex.

Supplicatio offerenda pro parte dicti nobilis. N. citati & non comparentis.

Excellentissime Domine
Locum tenens generalis.

OBtinere debet locum contumacia nobilis. N. qui licet citatus, propter tamen impedimentum suæ infirmitatis non potest venire, de quo impedimento fuit data informatio. Quare humiliter supplicat dictus. N. dignetur vestra Excellentia mandare relatori causæ, quòd testes receptos ad probandum dictam infirmitatem publicet, & copiam partibus tradat Et attento impedimento notorio dicti nobilis. N. vt contumacem non procedat, sed excusationem iustam admittat. Quæ licet. etc.

Altissimus &c.
N.

Decretatio. ——— *Remittatur relatori causæ, etc:*

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die, etc. viso processu, & facto verbo, prouidebitur, intimetur.*

N. Iudex.

Potest etiam fisci procurator contra eundem nobilem. N. vti receptatorem facinorosorum hominum, & eiectorũ à pacibus & treugis, procedere & petere illius loca & iurisdictiones sub regio poni sequestro. Nam barones & quicunque alij à Domino Rege iurisdictionem habentes qui in suis terris & baronijs scienter receptant facinorosos homines, vel scienter patiuntur, quòd à suis procuratoribus

ribus, vel alijs eorum officialibus receptentur, de iure communi puniuntur, videlicet domini prædiorum seu procuratores, vel primates possessionũ, si pręsentes & sciẽtes vltro non obtulerint, vel admoniti eos exhibere distulerint priuantur possessionis dominio, procuratores vero seu primates perpetuo exilio. tex. est in. l. 2. C. ad his qui latrones. Tales enim qui pro occultando, & receptando latrones & malefactores illos capere negligunt, intelliguntur esse socij criminis. l. 1. dicto titu. de his qui latro. vbi Bal. & probatur in. l. pen. C. ad leg. Iul. de vi. probatur etiam arg. tex. in. l. 1. C. de fal. mone. & in. l. 1. C. de desertorib. & occultatorib. lib. 12. vbi Iustinianus de desertore sic loquitur, si quis forte desertorem agro tecto vè susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere, actor quidem, vel procurator loci qui de hoc sciens, prudensq; commisserit, capitali iudicio subiũgetur: dominꝰ vero si huius rei conscius fuerit, prædij in quo latuerit desertor amissione puniatur. Et ratio prædictorum est, quia cũ barones iurisdictiones quas habent in suis baronijs obtinuerint à Dño Rege, qui est iurisdictionis fons, si impie circa iurisdictionis exercitiũ agant sustentando latrones publicos ac eiectos a pace & treuga, & inimicos Domini Regis quos præhendere potius & punire deberẽt, poterit Rex vt suprema potestas tales barones iurisdictione abutentes punire, atque eorũ malitiam cohibere, illos legitimis pęnis cohercendo. Non enim potest quis re sua male vti: quamuis antiquitus liceret dominis seruos suos (si vellent) impune occidere, hodie vero nullis hominibus qui sub Regis imperio sunt licet sine causa legibus cognita in seruos suos supra modum seuire; immo qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri iubetur, quam si alienum seruum occiderit. Quod quidem fit, ne quis re sua male vtatur. Pari quoque ratione dicendum est, non licere baronibus tollerare, quòd in suis baronijs, & iurisdictionibus criminosi sustententur & delitescant, criminaq; eorum ibi receptentur, ne ipsa iurisdictione ipsis ad malos comprimendum, & bonos subleuandum concessa male vtantur. Et quòd abutentes iurisdictione ipsa priuari debeant, tenet Angel. in. l. si dominus. num. 6. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & faciunt quæ dicit. Bal. in. c. 1. §. publici latrones. de pace tenen. per illũ tex. in versi. Quicunque, quòd siquis habens castrum in feudum male tractet burgenses, quòd dominus debet illum monere modo debito, aliás curia domini potest sibi castrum auferre. Pro his quoque

facit

facit tex. in cap. 2. de postulatio. prelator. vbi propter abusum priuilegij perditur priuilegium. c. priuilegia. 11. q. 3. &. c. vbi ista. 64. distinctio. Probatur etiam Bald. authoritate. in. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. & in. l. cum proponas. C. de pact. vbi dicit, nunquam intelligi pro eo scriptum, qui facit contra id quòd scriptum est.

Scire tamen debes hanc pœnam priuationis bonorum & ipsius iurisdictionis contra barones receptantes scienter facinorosos homines & eiectos à pace & treuga in hoc Principatu non militare, in quo per legem generalem propriam & peculiarem bonorum confiscatio interdicta est: excepto in criminibus hæresis, & læsæ Magestatis in primo capite. vt in cap. 10. Regis Ferdinan. 2. in prima curia Barcinonæ sub titu. de bens de condemnats. Intelligo tamen hoc esse verum irreuocabiliter, non reuocabiliter. Quod fit per viam sequęstrationis, dummodo domini rerum fructibus & emolumentis ipsius rei sequæstratæ non priuentur. Et sic in Cathalonia, contra dominos vel barones iurisdictione abutentes, facinorosos homines scienter receptãdo, vel illos capere & punire negligẽdo, potest procedi sequestrãdo illorum iurisdictionem: vt in eo in quo delinquunt puniantur.

Nec refragatur, quòd iure cautum sit, prohibitam esse rerũ sequæstrationẽ vt in. l. vnica. C. de ꝓhibi. sequæstratio. Et præcipuê in Cathalonia in terris baronũ, aliorũ ve terminorũ, & iurisdictionũ, vt in cap. 52. curiæ anni. 1547. Nã hoc verũ esse fatemur regulariter, cũ multi sint casus in quibus licita est sequæstratio, & qui à regula excipiuntur. de quibus attetur Panor. in cap. dilectus. de sequæstratio. possessio. & fructu. & Iaſ. in. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisdare cogan. Inter quos legitur, quòd quando alicuius rei scandalum imminet, iudicem posse officio eius nobili rem apud tertium sequæstrare vt scandalis & malis obuiet. l. æquissimum. ff. de vsu fruc. Panorm. in dicto capit. dilectus. numer. 12. de sequæstratio. possessio. & fructu. In hoc enim iudicis arbitrium locum habet, qui prospicere debet num sequestrum decernere expediat. ita Bald. in. l. si fideiussor. §. fin. per illum text. ff. qui satisdare cogan. ibi in verbis. Si hoc iudici cederit. Graue certe scandalum est, dominos iurisdictionum pati scienter veluti conscij, quòd facinorosi homines, latrones, & pacem publicam perturbantes in suis terris & iurisdictionibus impune viuant & quiescant. Quod quidem, nedum contra bonum publicum fieri, sed

etiam in maximum suppremæ potestatis dedecus necessario fatendum est, cum ad eam potestatem ex sua suppræma regalia spectet malos comprimere, & bonos subleuare, vt in cap. Regum. 23. quæst. 5. Quam ob rem conueniens est, saluis tamen iuribus patriæ, quæ priuationem bonorum irreuocabiliter non admittunt, quòd in prædictis casibus saltem dictis iurisdictionibus reuocabiliter priuentur; quod fit per viam impositionis sequestri. Et sic vidi pluries practicari & interfui.

Forma autem qua id petere debet fisci procurator sequens est.

Excellentißime Domine
Locum tenens generalis.

NObilis. N. processatus processu regaliæ contra quem fuit prouisum, quód caperetur, et bona illius inuentarientur, et ad manus curiæ apprehenderentur, et sub tuto ponerentur, vt latius in dicto processu et prouisione continetur, quem exhibet et producit fisci procurator, vt ecce. Et est certum, quòd in dicto processu constat, quòd plura furta facta per plures processatos regaliæ et plures homines eiectos à pace et treuga receptantur in castro. N, vt de prædictis et alijs constat in processu de mandato vestræ Excellentiæ recepto, quem etiam exhibet, ideo et aliâs, dictus fisci procurator pro executione et obseruantia vsatici Barcinonæ incipientis camini et strate, virtute cuius fuerunt facti dicti processus regaliæ et virtute prouisionum in illis factarum ac etiam pro obseruantia constitutionum contra fautores facinorosorum hominum eiectorum à pace et treuga conditarum, et aliâs, supplicat castra et loca dicti nobilis. N. sub sequestro poni, et aliàs debite prouideri secundum mentem practicam et stylum dictorum vsatici et constitutionum et aliorum illis applicabilium, et in omnibus iustitiæ complementum fieri. Quæ licet, etc.

Altißimus, &c.
N. fisci aduocatus.

De-

Decretatio. ——— *Remittatur relatori causæ qui in personam nostram debite prouideat:*

Prouisa per Dñm Locumtenentem generalem die. 24. Aprilis. 1603.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis: ——— *Recepta die. &c. meritis processus attentis, & aliàs, insequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet, quòd in omnimoda iurisdictione castri & loci. N. possessi per nobilem. N. apponatur sequester per Dominũ Excellentissimũ Locumtenentem generalem nominandus, qui illam exerceat nomine regiæ curiæ donec aliter fuerit prouisum, & quòd pro his fiant, et expediantur prouisiones solitæ, & litteræ oportunæ.*

N. Iudex.

IN vim supradictæ prouisionis expediuntur litteræ appositionis dicti sequestri sub sequenti forma:

PHIlippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonũ. Comes Barcino. etc.

DOn Joannes Teres miseratione Diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis etc. dilecto Algutzirio regio. N. domicello salutem & dilectionem. Ex supplicatis humiliter perfisci procuratorẽ regiæ curiæ et deductis intelleximus, quòd in castro & loco. N. qui dicitur esse de. N. sustentantur plures processati processu regaliæ, & etiam eiecti à pace & treuga, inimicia suæ Regiæ Magestatis. vt in dicto processu continetur, quem cum alijs processibus exhibuit & produxit. Qua propter fisci procurator pro executione & obseruantia vsatici Barcinonæ incipientis camini & stratæ, virtute cuius fuerunt facti dicti processus regaliæ, & virtute prouisionum in illis factarum, ac pro obseruãtia constitutionũ Cathaloniæ cõtra fautores facinorosorũ hominum eiectorũ à pace et treuga conductarũ, & aliàs, supplicatur nobis humiliter, quatenus dictũ castrũ & locũ. N sub sequestro poni, et aliàs debite prouidere mandaremus. Nos vero dicta supplicatione vti iu-

sta, & rationi consona benigne ex audita, insequendo conclusionem in Regio concilio factam, tenore igitur præsentium de nostra certa scientia deliberate & consulto, eodem fisci procuratore regiæ curiæ supplicante, vobis dicimus, committimus & mandamus, quatenus visis præsentibus sine mora personaliter accedatis ad dictum castrum & locum. N. & ad alia loca vbi fuerit necessarium, & dictum castrum & locum cum omnimoda iurisdictione, & iuribus, & pertinentijs eorundem ad manus regiæ curiæ apprehendatis, & dilecto regio. N. commendetis, qui ipsum detineat nomine regiæ curiæ, exerceat, regat & administret, & alia faciat, quæ in in prædictis fieri requirantur, donec aliter fuerit prouisum. confecto per eum prius inuentario de omnibus & singulis, quæ à vobis in commendam acceperit, vt præfertur. Et præstito per eum iuramento de bene fideliter, & legaliter se habendo in exercitio prædictorum omnium & singulorum per vos eidem commissorum, præstitaq; per dictum. N. idonea cautione de restituendo omnia & singula in inuentario contenta: & specificata. Nos enim in & super prædictis omnibus & singulis per vos complendis & exequendis, cum incidentibus dependentibus & emergentibus ex eisdem, vobis vices, voces nostras, immo regias plenarie committimus per præsentes: per quas vniuersis & singulis officialibus tam regijs. etc. dic vt in alijs præceptiuis vt in fine illarum.

Cap. 21. De processu in vim constitutionis generalis Cathaloniæ incipientis. com instigant Regis Ferdinandi. 2. in tertia curia Barcinonæ. collocata sub titu. Quant sia licit ò no a quiscu venjarse sens jutge. in noua compilatione.

1. *VIndicare se nemini licet non seruata forma constitutionis com instigant.*
2. *Forma processus in vim constitutionis com instigant.*

1. EX cõstitutione generali Cathalonię Regis Ferdinãd. 2. incipiente com instigãt facta in. 3. curia Barcino. cap. 40. hæc generalis infert cõclusio. Nemini licere se ab iniurijs, & in vasionibus cõtra se illatis vindicare, non seruata forma dictæ constitutionis, & quòd vindicantes se ab inimicis suis, dicta omissa forma, ipsofacto incidũt in crimen proditionis, & sunt

sunt habendi & puniendi pro proditoribus, & eiectis à pace & treuga, &pro talib⁹ publicãdi. Demus nunc quòd aliquis incidit in dictam constitutionem, & quòd venit, pro proditore, & eiecto á pace & treuga, atque inimico suæ Magestatis publicandus, quæro, qua forma contra eum proceden dum sit? Respondeo, quòd forma sequenti.

Excellentißime Domine
Locumtenens generalis.

DIgnetur vestra Excellentia attento quod casus necium perpetratarum in personas. N. & N. & aliorum eiusdem comitiuæ nominatorum in memoriali, quod cum præsenti exhibet, fuerunt commissi in resistentia facta. N. & alijs officialibus regijs, resistendo illis proditorie, & appensate, & nullis præcedentibus diffidamentis. Et quia causa prædictarum necium fuit iam euocata ad Regium concilium prætextu regaliæ contra dictos delinquẽtes in vim vsatici authoritate & rogatu, & aliorum eidem applicabilium facta, & commissa magnifico. N. iudici regiæ curiæ ideo supplicat fisci procurator prædictos. N. & N. qui resistendo & aliás inciderunt in pœnas constitutionis cominstigant, prouideri fore & esse publicandos in vim dictæ constitutionis cum illius modificationibus pro inimicis & acuydatis Regiæ Magestatis, & in omnibus ius, & iustitiæ complementum ministrari. Quæ licet, etc.

Altißimus, &c.
N. fisci aduocatus.

Decretatio. ——— *Remittatur, dic vt in alijs.*

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die. 7. Aprilis. 1603. inserantur producta, & in sequendo conclusionem in Regio concilio factam prouidet & declarat. N. et. N. causis & rationibus in dicta supplicatione contentis incidisse in pœnas constitutionis cominstigant; cum modificationibus aliarum constitutionum, & consequẽter esse eiectos à pace et treuga, et acuydatos Regiæ Magestatis,*

& pro talibus esse publicandas. Et quòd pro his fiant, & expediãtur prouisiones solitæ & oportunæ.

N. Iudex.

Poterit etiam iudex alia forma facere dictam prouisionem, & dicere.

Recepta die &c. visa supplicatione oblata pro parte fisci procuratoris in effectu supplicãtis, &c. narretur effectus, et postea dices. *prout hæc & alia in dicta supplicatione continentur ad quam fit relatio. Viso processu, & illius meritis attentis, & aliàs insequendo cõclusionem in Regio concilio factam prouidet, & declarat dictos. N. & N. incidisse in pœnas constitutionis cominstigant, cum modificationibus aliarum constitutionum, & consequenter esse eiectos à pace & treuga, & acuydatos Regiæ Magestatis, & pro talibus esse publicandos, & quòd pro his fiant, & expediantur prouisiones solitæ & oportunæ.*

Et facta dicta prouisione illius vigore facienda est publicatio in forma sequenti.

ARA hojats tots hom generalment, queus notifica y fem à saber de part del Excellentissim señor Don Iuan Teres per la gracia de Deu y de la sancta Sede Apostolica Archebisbe de Tarragona, Cõseller, Lloctinent y Capita general de la S.C.R. Magestat, en lo present Principat de Cathaluña, y Comtats de Rossello y Cerdanya, que com. N. y. N. resistint proditorie y appensadament, y sens precehir deseximents alguns, a. N. official real hajen mort les persones de. N. et. N. de la comittiua de dit official segons que plenament ha constat per lo proces de regalia, sobre dites morts fet en virtut del vsatge de Barcelona, comẽçant authoritate et rogatu. *E com per dit effecte, precehint legitima informatio, a instãcia y humil supplicatio del procurador fiscal de la regia cort à sa Excellẽtia haja cõstat, los dits N. y, N. esser incidits enles penes de la cõstitutio feta p lo C. R. Don Fernãdo de bona memoria, en les corts generals celebrades en la Ciu-*

tat

tat de Barcelona en lo monestir de S. Frãcesch, comẽçãt com instigãt ab modificacio de les altres cõstitutions, y per conseguent esser gitats y separats de pau y treua, y acuydats de sa Real Magestat, per tant sa Excellentia inseguint la conclusio en lo Real concell feta, à relatio del magnifich y amat conseller de sa Real Magestat misser. N. Doctor de dit Real concell ab veu de la present publica crida notifica à tot hom generalment com los dits. N. y. N. son gitats y separats de pau y treua acuydats de sa Real Magestat, y diu y mana, que desta hora en auant los hajen y tingan per gitats y separats de pau y treua, y acuydats de sa Real Magestat. E que algu nols sostenga, nils aculla, nils done concell, fauor, ni ajuda, amagadament, ni manifesta. E si lo contrari faran, sera enantat contra ells, y quiscu dels contrafahents com a fautors complices y ayudadors, aconcelladors, y sostenidors de aquells virilment y poderosa segons serie y tenor de la dita constitutio, y per les penes en aquella apposades, y altrament segons que de iustitia se trobara esser fahedor. E perque algu de dites coses, no puga ignorantia allegar, mana sa Excellentia esser feta y publicada la present publica crida per los llochs acostumats de la Ciutat de Barcelona, y de altres Ciutats, viles y llochs de dits Principat y Comtats hont menester sia.

Lo Archebisbe.

Vt. N Regens.
Vt. N. Regens Thesaura.

Vt. N. fisci aduocatus.
Vt. N. Iudex.

N. Scriba mandati.

Cap. 22. De processu recursus interpositi à procedimentis factis per iudicem inferiorem.

1. *Recursus species est appellationis.*
2. *Differentia inter recursum & appellationem.*
3. *Recursus quid sit.*
4. *Recursus Principi reseruatus & quare.*
5. *Recursus est vna de principalibus regalijs Domini Regis.*
6. *Recursus remedium extra ordinarium est.*
7. *Recursus in duplici sunt differentia.*

8. *Recursus per areptionem itineris duobus potest contingere modis.*

9. *Recurrens ab ordinario debet pendente causa recursus detineri captus eodem modo quo erat captus tempore interpositionis dicti recursus.*

10. *Recurrens per arreptionem itineris, si tempore quo arripit iter detinebatur captus apud suum iudicem debet eodem modo, & eadem forma detineri apud iudicem ad quem.*

11. *Recurrens qui in causa recursus succumbit debet vna cum illius causa ad iudicem primittiuum, vt ad vlteriora procedat & iustitiam faciat remitti.*

12. *Recurrens qui venit ad suum iudicem remittendus, ideo quia in causa recursus non obtinuit, non potest per Dominum Regem, per viam compositionis, aut aliâs obtinere gratiam delictorum.*

13. *Rex & eius Regium concilium non potest in restitutione causæ recursus facienda apponere conditionem, quôd illa causa, quoad merita decidi habeat cum voto, & concilio duorum Doctorum Regij concilij.*

14 *Recursus causa, quoad merita efficitur consistorialis, quando declaratur recursui interposito locum esse.*

15. *Recurrens per arreptionem itineris, nõ quia sit captus, sed quia timet molestari, facit incõtinenti suam causam, quoad decisionem meritorum consistorialem.*

16. *Forma procedendi in causis recursuum.*

1. RECursus in causis criminalibus species est appellatio nis. vt tradit Iaco. de Mõte Iudai. in vsati. Iudei ceci in fi. Differentia autem inter appellationem, & recursum hæc est, quòd appellatio interponitur à sententia diffinitiua seu prouisione vim diffinitiuę habente, recursus vero à procedimentis, quæ grauatoria prætenduntur, & quæ in discursu causæ fiunt.

Est enim recursus iuxta tradita per Antonium Olibanum. in vsatico. Alium namq; cap. 14. nu. 116. refugium oppræssorum, cõsolatio desolatorum, via iudicũ errãtium. & facit. l. siquis in ea culpa. C. de custodia reor. ibi. vt iudicibus immodicè sæuientibus fræni, quædam tẽperies adhibita videatur Bar. in. l. fi. num. 7. de appellationib. recipien. Hoc auxilium sibi Princeps reseruauit, vt vndecunque, & ex quacũque parte prouinciæ suæ causas oppressorũ ad se euocaret, & opprimentes reprimeret: etiã officiales suos. Ad eius enim officium pertinet sub leuare bonos, & reprimere malos iuxta tex. in. c. officium regum est. 23. q. 5. Ex quo tex. deducitur recursum esse vnum de præcipuis regalijs Domini Regis cuius officium est de manu calumniantium liberare, vi oppressos, & peregrinis pupilliſ-

pilliſq; & viduis, qui facilius opprimuntur á potentibus præbere auxilium. Concordat tex. in. c. ab imperatoribus. 23. q. 3. & in. l. vnica. C. quando Imper. inter pupil. & vid. & patet idem Hierem. cap. 22.

6. Hoc autem remedium dicitur remedium extraordinarium tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, & tam in terris regijs quam baronum, vt tenet Oliban. in loco ſupra citato poſt Mier. per eum ibi allegatum. & idem Mier. colla. 11. in curia Alfonſi. cap. 2. col. 2 verſi. Sed recurs⁹. vbi dicit, quòd recurſus ex cauſa oppreſsionis eſt remedium extra ordinarium, quôd alius pro alio allegare poteſt ſine mandato, ſed habebit effectum, grauato ratum habente.

7. Et ſcias, quòd recurſus iuxta practicam noſtram in duplici ſũt differẽtia. Nam quidam eſt recurſus, qui interponitur per hominẽ captum in poſſe officialis ordinarij vel baronis. Et quidam eſt recurſus qui interponitur per arreptionem ittineris hoc eſt, quando reus accedit ad ſuperiorem, & ponit ſe in eius poſſe captum. Et de vtroque recurſu loquuntur conſtitutiones Cathaloniæ. vt in cap. 16. Caroli Imperatoris in. 3. curia Montiſſoni anni. 1537. & in cap. 1. in actis curiæ, & cap. 26. Regis Philippi in curia Barcinonæ anni. 1564. in cap. 57. Regis Philippi nunc fœliciter regnantis in curia Barcinonæ anni. 1599.

8. Rurſus ſcias, quòd recurſus qui fit per arreptionem itineris duobus poteſt contingere modis, vno, quando ille qui recurrit erat captus, & aufugit arripiendo iter ad ſuperiorem. Alio vero modo, quando non erat captus, ſed timẽdo ne contra eum fierent aliqua procedimenta, quibus poſſet moleſtari arripit ſponte iter, & accedit ad ſuperiorem ponendo ſe in eius poſſe captum.

Nunc vt plenius intelligantur circa prædicta, quæ in praxi ſciri & obſeruari debent curabis in dicta praxi ſeptem obſeruare concluſiones ſiue regulas, & ſunt quę ſequuntur.

9. Prima eſt, quòd quando recurritur per hominem captum ipſe recurrens pendente cauſa recurſus debet per ordinarium vel baronem detineri & conſeruari captus eodem modo, quo tempore interpoſitionis recurſus detinebatur, donec & quouſque ius dictum ſit ſuper oppreſsione prætenſa, & eſt ſummariè procedendum; vt patet, ex iuribus citatis.

10. Secunda regula eſt, quòd quãdo recurritur arripiendo iter per hominem, qui tempore quo arripit iter ad ſuperiorem, erat apud ordinarium vel baronem captus debet ille talis, per regiam curiã detineri captus eodem modo, &

eadem

eadem forma quibus apud iudicem ordinarium captus detinebatur per tex. expressum in cap. 16. Caroli Imperatoris in. 3. curia Montissoni anni. 1537.

11. Tertia est regula, quòd si in dictis duobus casibus declaratur recursui interposito locum non esse debet iudex suppremus causam & partes ad iudicem primittiuũ remittere, vt ad vlteriora procedat, & iustitiam faciat. vt ex iuribus citatis aperte probatur.

12. Quarta regula est, quòd postquam fuerit declaratum recursui locum non esse, & consequenter, quòd causa sit ordinario, vel baroni restituenda, vt dictum est, nõ potest Locumtenens generalis, vt iudex suppremus delinquentem, per viam compositionis vel aliàs remittere. cap, 57. Regis Philippi. in curijs Barcinonæ anni. 1599.

13. Quinta regula, quòd in casu quo constiterit recursui locum non esse, causa debet restitui simpliciter, & absque conditione apposita in restitutione, quòd illa causa quoad merita decidi habeat cum voto & consilio duorum Doctorum Regij concilij dicto cap. 57. dictarum curiarum anni. 1599

14 Sexta regula, quòd quando declaratur recursui interposito locum esse ex tunc causa efficitur consistorialis, & quoad merita, illa deciditur in Regio concilio, & hoc iure vtimur.

15 Septima & finalis regula est, quòd quando ille qui recurrit per arreptionem itineris non est captus, sed timendo per suum iudicem molestari, & inquietari, sponte recurrit ad Dominum Regem, seu eius Regium concilium, & ponit se in illius posse captum, in isto casu incontinenti quo ille reus est per regiam curiam captus, illius causa efficitur consistorialis, & cognoscit Regium concilium de illius meritis. Et ita vidi pluries obseruari.

16 Forma autem procedendi in causis recursuum hæc est, quòd per recurrentem seu ex illius parte fit supplicatio sequens.

Excellentissim
Señor.

IVan Carcoma de la vila ó lloch de. N. esta pres y capturat per lo Veguer, Balle, o Baro. N. y per aquell grauat y opprimit, perço que. &c. (narretur factum et inseratur grauamen) et postea dices, *per tant y altrament, sentintse dit Iuan Carcoma de les dites coses molt agrauiat, y entenent que esta debaix lo amparo y protectio de vo-*

vostra Excellentia, constituit recorre à vostra Excellentia, y a son Real concell de dit, o dits agraui, o agrauis, supplicant, lo recors esser li admes, y la present causa esser comesa à algun magnifich jutge de de cort, lo qual proueesca de lletres oportunes, y stillades, manant à dit Balle que dins vn breu termini trameta les enquestes fetes contra dit Iuan Carcoma, si algunes ne tindra, y per mostrar lo agraui o agrauis, que dit balle li fa, exhibeix vns actes de requestes all per part de dit Iuan Carcoma presentades, y respostes del mateix Balle, paraque sien insertades lo offici real de vostra Excellentia humilment implorant. Qua licet. etc.

Altissimus &c.
N.

Decretatio facienda dictæ supplicationi.

Magnificus Iosephus Ferrer iudex regiæ curiæ recognoscat supplicata, & super eisdem debitè prouideat, & si hesitet verbũ faciat.

Prouisa per Regentem Cancellariam die 4. Maij. 1603. Barcinonæ.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis: ——— Recepta dictis die & anno, facto verbo in Regio concilio prouidet, quód mandetur baiulo villæ de. N. & alijs ad quos spectet, quatenus intra dies decem mittant inquisitiones, si quas habent contra dictum Ioannem Carcoma: & interim nihil innouent. Et pro his fiant seu expediantur litteræ, & aliæ prouisiones necessariæ iuxta regiæ curiæ stylum.

N. Iudex regiæ curiæ.

Vigore dictæ prouisionis expediuntur litteræ in forma sequenti.

PHIlippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonũ. Comes Barcino. etc.

DOn Joannes Teres miseratione Diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis pro

S.C.

S.C.R. Magestate in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Ruscilionis et Ceritaniæ, dilecto Regio baiulo villæ de N. et eius locumtenenti, & alijs officialibus ad quos spectet salutem & dilectionem: Humili supplicatione nobis, et in Regio cõcilio oblata et præsentata, pro parte Ioannis Carcoma dictæ villæ, deductum & expositum fuit. etc. inserantur grauamina præsentata prout in supplicatione deducta fuerunt, et postea dices, quæ de causa recurrendo ad nos, & Regium concilium à dicto, & alijs grauaminibus, nobis humiliter supplicauit dignaremur causam dicti recursus eidem admittere, illamq; committere alicui ex magnificis iudicibus regiæ curiæ, qui de litteris, et alijs oportunis iuris et iustitiæ remedijs sibi debite prouideret, prout hæc et alia latius in dicta supplicatione enarrantur. Nos vero dicta supplicatione benigne suscepta illam ad prouidendum commisimus magnifico et dilecto conciliario Regio Iosepho Ferrer iudiciq; regiæ curiæ, per quem die et anno infra scriptis, facto verbo in Regio concilio fuit debite ac iuridicé prouisum. Id circo dictam insequendo prouisionem tenore præsentium, pœnaq; florenorum auri Aragonum quingentorum regijs inferendorum erarijs vobis dicimus, et mandamus, quatenus inquisitiones, si quas habetis factas contra dictum Ioannem Carcoma, illas seu illarum copiam authenticam, et fidem facientem nobis seu dicto magnifico relatori perfidum latorem infra dies decem à præsentatione præsentium vobis faciendam in antea continue numerandos, mitatis, adeo, vtilis visis, et in Regio concilio recognitis, quod iustum fuerit prouidere valeamus, interim vero contra personam et bona dicti Ioannis Carcoma, nihil innouetis, seu atemptetis: auferentes â vobis secus agendi omnem cum nullitatis decreto potestatem. Dat. Barcinonæ die. 6. Maij. anno. 1603. N. Regens.

Vt. N. Regens Thesaura.

Vt. N. fisci aduocatus.

Vt. N. Iudex.

Scriba mandati. N.

Et pro eo. N. not.

Præ-

Prædictæ litteræ registrantur, & expediuntur cum sigillo regio in forma solita.

Et missis per ordinarium regium vel baronem processibus seu inquisitionibus ad regiam curiam, illisq; visis, & lectis in Regio concilio, apparuerit recursui interposito locum non esse, tunc per iudicem & causæ relatorem est facienda prouisio sequens.

Die. 9. Maij. 1603. Visa supplicatione oblata pro parte Ioannis Carcoma villæ de N. diocesis de. N. die 9 præsentis mẽsis Maij, qua recursum interposuit a captura & procedimentis contra eum factis per baiulum dictæ villæ. Visa inquisitione contra eum per dictum baiulum formata. Visis videndis meritisq; processus attẽtis, et aliás, insequendo conclusionem die præsenti in Regio concilio factam prouidet, dicto recursui per dictum Ioannem Carcoma interposito locũ non fuisse, nec esse: sed causam et partes dicto baiulo de. N. restituendam seu restituendas fore et esse, prout cum præsenti restituit, & inhibitionem sibi factam tollendam esse, prout cum præsenti tollit. Et quód pro his fiant litteræ iuxta regiæ curiæ stylum.

N. Iudex regiæ curiæ.

Postea vigore dictæ prouisionis expediuntur litteræ restitutoriæ, & quibus inhibitio tollitur in forma solita.

Quando vero constat de grauamine tunc dicitur in supra dicta prouisione recursui interposito p. N. locũ fuisse & esse. Et in hoc casu causa retinetur, & quoad merita deciditur per iudicẽ ad quẽ. vt supra in. 6. regula dictum est.

Cap. 23. De processu, quando petitur executionẽ decerni pro treugis fractis.

PRÆcedente informatione super fractione treugarum, qua prætendat fisci procurator regiæ curiæ treugas fuisse fractas, debet dictus fisci procurator cũ supplicatione petere executionẽ fieri & decerni cõtra personas & bona illorum, qui in instrumento treugarum firmarunt, & cuiuslibet eorum insolidum, pro quantitate in instrumento apposita, & pro expensis factis & faciendis, ita tamen, quòd vno eorum soluẽte ceteri liberentur exhibendo instrumen-

strumẽtum treugarũ, & inquisitionẽ super prædictis receptam, & alia acta quæ necessaria videbuntur. Et dictam supplicationem cõcipiet in forma sequenti mutatis tamen mutandis.

Excellentissime Domine
Locumtenens generalis.

EXistentibus treugis conuentionalibus initis & firmatis. 14. mensis Maij. 1603 proximè præteriti inter. N. et. N. & alios quàm plures villæ de. N. ex vna, & . N et. N. et. N. & alios quam plures eiusdem villæ partibus ex altera, in & cum quibus promiserunt dictæ partes ad inuicem, quód dictis treugis durantibus, & tinentijs earundem non facerent neque fieri permitterent aut procurarent vel consentirent damnum neque iniuriam in personis & bonis ipsorum, vel cuiuslibet eorum, & in casu contrauentionis, sibi imposuerunt dictæ partes inter alia pœnam duorum millе ducatorum, pro medietate parti obedienti, & pra alia medietate erarijs Domini Regis applicandorum, pro qua pœna obligarunt dictæ partes sibi ad inuicem & simul regiæ curiæ personas, & bona habita & habenda eorum propria, et vniuscuiusque eorum insolidum prout in debiris fiscalibus, et cum alijs clausulis, et renuntiationibus in similibus apponi solitis, pro quibus præstiterunt sacramentum et homagium. in posse. N. Regij alguzirij, prout in instrumento dictarum treugarum pœnes. N. notarium seu scribam sub diuersit Kalendarijs recepto et testificato prædicta et alia latius continentur. Et licet ita res se habeat, nihilominus tamen non dubitarunt die Iouis qua computabatur. 16. Maij proxime lapsi, et seu intra tempus dictarum treugarum. N. aliàs dictus lo Gallo, et. N. et. N. et quam plures alij villæ. N. animo et proposito deliberatis, et absque aliqua causa occasionem quærẽtes, verbis primo iniuriare, et deinde dictus. N. aliàs lo Gallo pugno siue alapa percutere et cedere in facie dictũ. N. per viam publicam dictæ villæ pacifice incedentem, et de treugis inter eos existentibut publicè protestantem. Id circo et aliàs fisci procurator regiæ curiæ exhibens et producens instrumentum dictarum treu-

treugarum, & processum regalia, cuius vigore & occasione pœnes. N. regium algutzirium dicta treugæ firmatæ fuerunt, & inquisitionem super prædictis receptam prout ecce inserantur, supplicat humiliter dignetur vestra Excellentia mandare decerni & fieri executionem in personis, & bonis dictorum. N. aliás lo gallo, & . N. et. N. & aliorum qui in dicto instrumento treugarum firmarunt pro parte dictorum. N. & . N. & cuiuslibet eorum insolidum, pro nunc pro quantitate mille ducatorum in dicto instrumento apposita, & pro expensis factis & faciendis: ita tamen, vt vno eorum soluente cæteri liberentur, & in omnibus iustitiæ complementum fieri et ministrari, alijs iuribus fisco regio competentibus saluis & illesis remanentibus: Regiũ officium implorando. Quæ licet, etc.

Altissimus, &c.
N. fisci Aduocatus.

Decretatio. ——— Remittatur relatori causæ, qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per. N. Regẽtem Cancellariam die. etc. Barcinonæ.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— Recepta die. &c. meritis processus attentis & aliàs, insequendo conclusionem in Regio cõcilio factam prouidet, quòd fiat executio in personas & bona de. N. aliás lo Gallo, & aliorum in supplicatione nominatorum, qui pro eorum parte firmarunt in dictis treugis, & vniuscuiusque eorum insolidum iuxta seriem & tenorem instrumenti treugarum, pro nunc, pro quantitate mille ducatorum auri, & pro expensis factis & faciendis in ita tamen vt vno soluente cæteri liberentur, et pro his fiant litteræ & commissiones, & prouisiones oportunæ.

N. Iudex.

Et in vim huius prouisionis expediuntur litteræ executiuæ in forma solita.

Cap.

Cap. 24. De processu cõficiendo contra commissarios apostolicos iurisdictionem pro factis profanis in personas & bona laicorum & iurisdictioni Domini Regis submissorum exercentes, vt procedimenta per eos contradictos seculares facta reuocent, aut infra certum tempus compareãt banchum regium informaturi, vt ibi cognoscatur an in suo casu procedant.

1. *IVrisdictiones omnes scilicet temporalis & spiritualis tempore veteris testamenti apud ecclesiam residerunt.*
2. *Iurisdictiones post Christi aduentum scilicet spiritualis & temporalis residẽt apud ecclesiam, ideſt spiritualis actu, temporalis vero in habitu & potentia, & non in actu.*
3. *Iurisdictionis temporalis vsum & exercitium transtulit ecclesia in Imperatores & Reges ad eorum beneplacitum, & ad ecclesiæ vtilitatem, eiusq; defensionem.*
4. *Iurisdictio temporalis non debet impediri per spiritualem, nec econtra, Et casu quo ad inuicem impediantur, in Republica interitus & discordiæ nascuntur.*
5. *Iudices ecclesiastici regiam iurisdictionem vsurpantes pro extraneis regni habentur.*
6. *Regi in suo regno, vt iudici ordinario iurisdictio competit in extraneos iurisdictionem suam impedientes.*
7. *Commissarij apostolici procedendo cõtra laicos non in suo casu, vim illis inferunt, & ideo ad Regem spectat illos â dicta vi & oppressione liberare.*
8. *Iurisdictio tẽporalis tueri potest per Regẽ etiã contra clericos aliquid in præiudiciũ illius attentantes, pœnali iudicio erga illos procedendo.*
9. *Forma procedendi contra ecclesiasticos iudices regiam iurisdictionem vsurpantes.*

1. THeorica huius processus valde scitu digna est, nequis de huiusmodi processu, & procedimentis quæ in eo contra ecclesiasticos iudices fiunt vllo modo miretur. Scire igitur oportet, tempore veteris testamẽti ambas iurisdictiones scilicet spiritualẽ & tẽporalẽ apud ecclesiã residisse. vt ex varijs sacræ illius scripturæ locis aperte demonstratur. Legitur primo Hierem. cap. 1. Ecce constitui te hodie super gentes & regna, vt euellas, & dicipes, edifices, & plantes, quã professiã theologi in dicto cap. 1. & iurisperiti in cap. 6. de maiorita. & obedien. & in cap. 2. de re iudica. in. 6. & in extrauag. vnam sanctam. de maiorita. & obedien. intellexerunt procedere non solum in rebus sacris, verum etiã in profanis. Præterea. 1. Reg. cap. 15. habetur, Samuelem Profetam vsum fuisse gladio materiali contra

tra Regem Agag. Et idem Elias cõtra quadragintos Prophetas de Baal. vt. 3. Reg. cap. 18. Probatur idem aperte Deuteronomi. cap. 17. vbi cũ Deus alloqueretur Moysen ait illi. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinẽ, & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicũ inter portas videris variari verba, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tempore. Legitur etiã Genesis. cap. 2. & 3. ipsum met Deum summum sacerdotẽ ab initio mundi vsque ad tẽpus Noe gubernasse, & sua sententia, Adã & Euam, atque Cain, in causis capitalibus respectiuè cõdemnasse. Et etsi non legatur Noe sacerdotẽ fuisse, tñ. sacerdotis officium exercuit: quia Deo holocausta obtulit, & ei altare edificauit, & vt iudex totius iurisdictionis ecclesiasticæ & secularis omnẽ exercuit iurisdictionẽ. vt not. per Innocen. & Antoni. de Butr. in cap. licet ex suscepto. de foro competen. & vide Petrum Bellu. in Specu. rubri. 11. §. videndũ. nu. 2. Alia quoque varia exempla in sacris litteris commorãtur præcipuè de Moyse, Mathia Machabeo, Ionata, Simone, & Ioãne filio Simonis, qui cum sacerdotes essent vtramque iurisdictionẽ scilicet spiritualẽ & tẽporalẽ exercuerunt. 2. Post vero Christi aduentũ, & post quam Deus tradidisset Petro claues terreni & celestialis imperij. vt Math. cap. vlti. fateri quoq; nos oportet, dictas iurisdictiones residere etiã apud Ecclesiã, hac tñ. distinctione, quôd spiritualis residet actu, tẽporalis vero in habitu & potẽtia, & nõ in actu: quia vsus & exercitiũ huiꝰ tẽporalis iurisdictionis trãstulit Ecclesia in Imperatores & Reges ad eorũ beneplacitum, & ad Ecclesiæ vtilitatẽ eiusq; defẽsionẽ. not. glo. in cap. nouit. in verbo. nostrã. de iudicijs. Constat enim noluisse Deũ quód administratores rerũ spiritualiũ circa exercitiũ gladij materialis, & rerũ tẽporaliũ occuparẽtur. 3. vt aperte docuit Deus, quando dixit Petro mitte gladiũ tuum in vaginã Marci. 26. volẽs per hęc verba significare, quòd quãuis ille materialis gladius, & sic iurisdictio tẽporalis esset sancti Petri, resideatq; in illo, & in suis successoribus in pontificatu, quod percipitur ex propria illius verbi. *tuũ.* Significatione, non debere ecclesiam vti illo gladio, & rebus temporalibus, nisi in quantum dictæ tẽporales res haberent dependentiam à spirituali gubernatione. Quæ res quoque comperta est ex Imperatorũ coronationibus quas Imperatores ab ipsa ecclesia recipiunt, & inquibus Papa eis ensem euaginatum tradit dicens illis, Accipe gladium de super beati Petri corpore sumptum. ita.

habetur in Pontificali. & in cap. venerabilem. de electio. cap. romani. de iure iuran. c. legimus 93. distinctio. extrauagan. vnam sanctam. de maiori. & obedien. Aufrer. in clemẽ. 1. num. 55. de officio. ordi. Ioan. Garcia. de nobili. glo. 9 num. 53. versi. Secunda cõclusio. Ex quibus ergo colligitur, quòd cũ istæ iurisdictiones distinctæ & separatę sint, ita vt spiritualis actu pertineat ad ecclesiam, tẽporalis vero seu illius vsus & exercitium ad Principes & Reges terræ. vt in dicto cap. nouit. & in cap. causam. qui filij sint legi. & in cap. celebritatem de consecratio. distinctio. 3. in fi. & in auth. de fide instrumentorum circa prin. per vnã co
4. lumnam. Vna non debet impediri per aliam, immo vna indiget altera scilicet Reges Pontificibus pro eterna vita, & Pontifices regibus pro temporalibus rebus. c. 1. 23. q. 8. & not. in cap. nouit. Nam ex huiusmodi impedimento & iurisdictionum perturbatione immittendo potestates ecclesiastica & secularis ad inuicem falsem in messem alienam, nascuntur in Republica interitus, & discordiæ. vt testatur Osorius. lib. 1. de Regis institutio. sic inquiens, omnis Reipublicæ interitus in munerum perturbatione cõsistit, dum enim quilibet suũ negocium non facit, sed alienum officium atq; munus vsurpat, nihil rectê, nihil ornatè fieri potest sed omnia perturbari & commisceri necesse est. Ijs, facit, quód alieni muneris non est facienda vsurpatio. c. quod quidam. 1. q. 1. sed concordia vti debent; quæ altissimo grata est. c. archiepiscopus. 9. q. 3. Et ideo quilibet debet terminis sibi constitutis se continere cõtentum. c. perlatum. 90. distinctio. Barba. in cap. 1. de constitutionib. num. 60. cum sequen. Tiber. Decian. in. 1. tomo. crimi. lib. 4. cap. 11. nu. 1. Iuuãtur hæc ex diuo Thoma. in lib. 4. de regimi. Prĩci. cap. 23. vbi asserit, tunc esse perfectam ciuium congregationem, quando quilibet in suo statu debitam habet dispositionem & operationẽ. Sicut enim edificium est stabile, quando partes eius sunt bene scitæ, sic de politia contingit: quæ firmitatem habet, & perpetuitatem, quando vnus quisque in suo gradu siue officialis siue subditus debite operatur: vt suæ conditionis requirit actio.

Ex quibus infero & colligo sequentem conclusionem, quòd quando iurisdictio regia impeditur seu perturbatur per ecclesiasticam, vt puta, inferendo iudices ecclesiastici vim personis secularibus, & regiæ iurisdictioni submissis, potest potestas secularis iubere dictis ecclesiasticis iudicibus etiam pœnali iudicio, quòd acta contra dictos seculares, & in præiudicium regiæ iurisdictionis

nis facta reuocent, aut quòd com pareant bancum regium informaturi. probatur hæc conclusio pluribus rationibus & fundamentis. Et Primo, quòd prælati ecclesiæ suiq; iudices & quæcunque aliæ ecclesiasticæ personæ regiã iurisdictionem vsurpantes, regisque regalias pro regni extraneis habentur. ita Bouadilla in sua Politica. Tomo. 1. lib. 2. cap. 18. casu. 6. num. 60. & ibi glos. in littera. D. & Salcedo in practi. crimi. cano. cap. 54. num. 18. &. 19. Carol. de Grassal. regal. Fran. iure. 7. & Couarru. practi. quæstio. cap. 35. num. 3. Sed regi vt iudici ordinario in suo regno competit iurisdictio in extraneos iurisdictionem suam impedientes, Innocen. in cap. dilecto. de pœn. per cap. 1. de officio delega. Bellu. in specu. Rubri. 18. §. denuo. numer. 7. Aufrer. in tracta. de potesta. secular. super ecclesiasticis personis. reg. 1. num. 23. Gulielm. Benedic. in cap. Raynutius. in verbo. & vxorem nomine Adelasiam. 2. num. 141. in medio. Ioan. Monachi. in cap. cum episcopis. de officio ordi. in. 6. Bald. in cap. ad hæc de pace iuramen. fir. Salcedo super practi. Bernard. Diaz. cap. 54. num. 18. pag. 155. Ergo per potestatem secularem iudicibus & cõmissarijs apostolicis exercentibus in laicos vassallos Domini Regis iurisdictionem, vt extraneis mandari potest quòd reuocent, aut quód compareant bancum regium informaturi. Secundo, probatur dicta cõclusio, nam commissarij apostolici capiendo prætextu breuis apostolici laicos regiæ iurisdictioni submissos, & eorum bona exequendo, atque cõtra eos procedendo non in suo casu, vi dictos laicos opprimunt, & injuria afficiunt: cum nec id illis in vim dicti breuis, nec prætextu causæ spiritualis fieri permittatur. Sed ita est, quòd ad Reges spectat & eorum proprium officium est facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos text. est in. c. regum. 23. quæst. 5. & constat idem authoritate Ioannis Papæ octaui, quæ à Gratiano traditur in. c. administratores dicta. 23. q. 5. & habetur Hierem. cap. 21. &. 22. Ergo in casu nostrę conclusionis, poterit potestas secularis iubere iudicibus ecclesiasticis, quòd acta cõtra seculares reuocẽt, aut quód coram Rege compareant reddituri rationem de sua iurisdictione, & an in suo casu procedant. Tertio confirmatur dicta conclusio ex eo, quód quilibet potest suam iurisdictionem tueri etiam pœnali iudicio. vt in. l. vnica. in prin. & ibi. glo. in verbo. pœnali iudicio. ff. siquis ius dicenti non obtempera. & not. Innocen. in. cap. 1. de

5.

6.

7.

8.

officio delega. vide Aufrer. late in tracta. de poteſta. ſecula. ſuper eccleſiaſt. perſo. Poteſt enim iudex in dicto caſu non ſubditos coercere iuxta cap. Romana. de pœnis. lib. 6. ad quod videtur facere text. in cap. ex parte in Chriſto. de verbor. ſignifica. vbi iudici permittitur defendere iuriſdictionem & territorium ſuum. Ad idem eſt text. in cap. dilecto. de ſentent. excommunicationis in. 6. not. per Innocen. in capit. olim. 1. de reſtitutio. ſpolia. Faciunt etiam tradita per Caſſanæ. in conſuetudi. Burg. rubri. 1. §. 5. in gloſ. ſilnagrace. num. 85. quia conceſſa iuriſdictione, conceduntur omnia ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt. l. 2. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. l. ad legatum, &. l. ad rem mobilem. ff. de procuratorib. faciunt cap. propterea. cap. ſane. 2. & capit. prudentiam. de officio & poteſta. iudicis delega. Et ob id, iudices temporales in dictis caſibus clericos mulctant; nec propter hoc puto eos incidere in ſententiam excommunicationis, nec facere contra libertatem eccleſiaſticam, quæ licet ſit fouenda, & amplianda, non tamen quòd alijs ius ſuum auferatur. argum. capit. ex tenore. de foro competen. Non enim debet apponi laqueus fauore eccleſiarum. vt in capit. mulier. de iure iuran. & ibi gloſ. in verbo periurij. Quarto prædictis inconfirmationem noſtræ concluſionis additur, quòd niſi remedium hoc & auxilium aduerſus iudices eccleſiaſticos adhiberetur, qui tantum monentur quôd reuocent, aut cõpareant ad hoc, vt tollatur vis quæ ab eis vt prætenditur iniuſtiſsimè fit ſecularibus perſonis, & eorum bonis, grauiſsimè oppri merentur innocentes à iudicibus eccleſiaſticis, qui procul à Romana curia paſsim iuriſdictione & poteſtate eccleſiaſtica abuterentur.

Prædictæ tamen concluſioni maximopere obſtare videt, quòd iudices eccleſiaſtici, eccleſiaſticæ ſunt perſonæ, & negocia tractant ſpiritualia, quorum iudices temporales non ſunt capaces. cap. decernimus. & cap. quanto. extr. de iudicis, & propterea exemptionẽ habent, vt neque in ciuilibus, neq; in criminalibus comparere compellantur coram poteſtatibus ſecularibus: nedum de iure humano Pontificio, ſed etiam de iure diuino. probatur de iure humano per text. in cap. atſi clerici. capit. clerici. & cap. qualiter. de iudi. cap. 2. de foro competen. c. continua & multis illius quæſtionis capitibus. 11. q. 1. Doctores in prædictis locis, & præter eos Guiller. Benedic. in cap. Raynutius. de teſtamen. in verbo & vxorẽ. in. 2. num.

num. 322. & num. 410. Carol. de Grassal. lib. 2. regal. Fran. cap. 17. Cassanæ. in consuetudinib. Burg. rubr. 1. §. 5. versi. Archidiaconus. num. 44. Couarru. practi. quæst. cap. 31. num. 3. circa fi. De iure vero diuino probatur ex cap. si Imperator. 96. distinctio. vbi legitur, non à legibus publicis, non á potestatibus seculi, sed à Pontificibus & sacerdotibus omnipotẽs Deus Christianæ religionis clericos & sacerdotes voluit ordinari, & discuti. vbi glo. in verbo discuti affirmat, quòd antequam esset aliqua cõstitutio, clerici non erãt de iurisdictione seculari, & quód omnes constitutiones quæ emanauerunt quòd clerici non sunt iudicandi nisi ab Episcopis non sunt nisi iuris declaratio. Probat idem Bonifacius Octauus in cap. quamquam. de censib. in. 6. vbi inquit, iure diuino & humano clericos & eorum bona libera esse à secularium potestate. probatur etiam ex glos. in dicto cap. quamquam. in verbo: diuino. inquiens hoc deduci ab exemplis Iosephi Patriarchæ Genes. cap. 47. & Artaxersis Regis Persarum. Esdræ. 1. cap. 7. atque Diui Mathæi. capit. 17. Faciunt etiam adhæc tex. in. c. sacerdotibus. 11. quæst. 1. & Constantini Imperatoris testimonium relatum à Gratiano in. c. continua. 11. q. 1. & in. c. futuram. 12. q. 1. qui præsidens in sancta Synodo quæ apud Nicæam congregata est, cum quærelam quorundam clericorum conspiceret coram se deferendam ait, vos à nemine diiudicari potestis: quia solius Dei iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis, & id circo non potestis ab hominibus iudicari. Hoc idem confirmatur ex concilijs Colonienſe sub Innocen. 3. capit. 43. & Tridentino. cessio. 25. cap. 20. de reformatio. in quibus dispositum est, Ecclesiæ & personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus institutam esse. Ergo recte concluditur, non licere regiæ iurisdictioni mandare iudicibus ecclesiasticis, quòd acta per eos contra seculares personas gesta reuocent, aut quòd compareant banchum regium informaturi. Tamen respõdeo, argumentum hoc non obstare, neque obtinere locum in nostro casu scilicet, quando à personis ecclesiasticis regia perturbatur iurisdictio occupanturq; ab eisdem regiæ regaliæ, & personis secularibus regiæ iurisdictioni submissis vis aliqua in iustè & indebitè infertur. Qui casus ex declaratione & interpretatione Romani Pontificis legumque humanarum non includuntur neque comprehenduntur in iure diuino. vt expresse probatur ex rationibus supra in con-

firmationem noſtræ concluſio-- nis adductis , quibus addo alia iuris pontificij diſpoſito in. c. nos ſi incompetenter. 2. q. 7. vbi Papa in his quæ in competenter gerit, & inſubditis iuſtè legis tramitem non conſeruauerit, voluit Regis ſeu poteſtatis ſecularis iudicio cuncta admiſſorum ſuo-- rum emendare. Nam licet ius Diuinum nec in vniuerſum, nec in vlla ſui parte à Principe humano tolli poſsit, Ludoui. Rom. in ſingula. 419. Sabarel. in repetitio. cap. perpendimus. de ſenten. ex communi. Deciſ. Rotæ Roma. cap. 10. de conſuetudi. in antiquis. quæ aliàs eſt cap. 840. & probatur in. c. ſunt quidam. 25. q. 1. tamen poteſt per ſummum Pontificem declarari & interpretari; ex cuius declaratione conſtat ius illud ad caſum aliquem non extendi ex aliqua cauſa; diſpenſandi vero nulla competit ei facultas. ita Thom. quodlib. 4. articu. 3. & quodlib. 9. articul. 15. Idem Thom. prima. 2. quæſt. 97. arti. 4. verſi. Præterea eſt lex. Silueſter. in verbo. Papa. quæſt. 16. Pariſi. cõ ſil. 68. nu. 199. vol. 4. Ioan. Baptiſ. de ſancto Seueri. in tracta. de penſionib. q. 29. Quam obrem tutius erit dicere Romanum Pontificem iura naturalia & diuina poſſe interprætari & declarare non autẽ in illis diſpenſare, probat text. in cap. maiores. de Baptiſmo. in cap. per venerabilem. qui filij ſint legiti. Etenim lex diuina continet ea quæ ab ipſo Deo determinata ſunt, non ſolum in communi ratione iuſtitiæ, ſed etiam quoad ſingulares actus, qua ratione, diſpenſationẽ ab alio quàm ab ipſo Deo non recipit. ſecundum Thom. 1. 2. quæſt. 100. arti. 8.

Vnde patet, Romanum Pontificem circa ius diuinum aut naturale interprætandi poteſtatem habere, non diſpenſandi. Declaratio enim ex eo etiam contingit in iure naturali, quia licet illud ſit immutabile quo ad prima principia, ſcilicet ratione viuendum eſt, & quoad ea quę neceſſario ex primis principijs deducũtur vt ſunt præcepta Decalogi, quæ & iure humano declarari poſſunt quoad actus quos prohibent vel imperant, cõcluſiones tamẽ quę ex primis principijs iuris naturalis oriuntur frequentius non tamen in vniuerſum quandoque ex cauſis ſpecialibus á iure ipſo naturali deductis deficiunt; ratio enim dictat, vt deponenti reddatur depoſitum ſi illud exigat, id tamen frequentius eſt, nec ſemper ratio id ſuadet cum iuſtiſsima ratione denegari aliquot caſibus poſsit. l. bona fides. ff. depoſi. vbi, nec ideo lex naturalis lege humana tollitur ſed declaratur. Tho. 1. 2. quæſt. 54. arti. 5. Fortu. in. l. veluti. ff. de iuſti. & iure. col. 7.

Atque

Atque ita ex prædictis deprehenditur differentia inter dispensare circa ius, & declarare ius. Nã dispensat circa ius, qui data legis obligatione ab ea priuatim aliquem eximit. Etenim secundum Thomam. 2. 2. quæst. 88. articu. 10. lex ponitur respiciendo ad id quod est vt in pluribus bonum, sed quia contingit huiusmodi, vt in aliquo casu non esse bonum, oportuit, per aliquem determinari in illo particulari casu legem non esse seruandam. Et hoc est authore Thoma propriè dispensare in lege. Cuius rei sit exemplum. in cap. de multa. de præbend. Iure enim humano nobiles & litterati duo beneficia curam animarum habentia obtinere prohibentur. At Romanus Põtifex aliquem nobilem, aut litteratum ab hac iuris humani prohibitione eximere potest. ita Paris. consil. 68. numer. 195. vol. 4. Domini. de Sot. de iusti. & iur. lib. 1. quæst. 7. arti. 3. Couar. relection. 2. partis. cap. 6. §. 9. num. 2. Declarare vero ius est, quando quis ita illud explicat, vt ostendat aperte an ius illud id quod agitur includat nec ne. l. fi. C. de legib. cap. cum venissent. de iudi. l. scire leges. cum sequen. proximis. ff. de legib. Quod quidem exemplis demonstratur. Pone, quòd præcepit lex naturalis non esse occidendum, verum euenit casus quòd quis ob sui defensionem occidit, nunc si dubitetur, an ille casus sit compræhensus sub illa naturali lege, occurrunt tunc leges humanæ & declarant, non esse compræhensum: quia per illam legem naturalem homicidium ad defensionem commissum minime prohibetur. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Naturalis enim ratio dictat, defensionem omnibus permissam esse. Sic etiam lex illa furtum non facies, ita intelligenda est, vt furtum committere non dicatur, qui famæ coactus victus gratia alienum assumit. cap. siquis propter necessitatem. de fur. Et sic patet, quòd lex illa naturalis non humana lege tollitur, sed declaratur.

Retenta igitur opinione, quòd Dominus Rex potest procedere contra iudices ecclesiasticos, & quoscunque commissarios apostolicos suam iurisdictionem regiam perturbantes & vsurpantes oportunum est, quòd ad praxim huius processus deueniamus.

Scias propterea nostrum forensem vsum & praxim hac in re sic se habere. Quòd oblata quærela firmantis ius & de iure in Regio concilio cum exhibitione actorum & procedimentorum iudicis ecclesiastici vim inferentis, dantur litteræ regiæ directè iudici ecclesiastico, quibus illi præcipitur, quòd casset

reuocet, & annullet omnia procedimenta facta contra. N. & quòd illa deleat á suis regestris, aut intra dies decem post dictarum litterarum præsentationem in antea numerandos personaliter compareret coram Rege, seu eius Locumtenẽte generali, & in Regia audientia, atque in banco regio hora audientiæ dictum bancum regium informaturus. Et rationes si quas haberet cur ad prædicta reuocandum non teneretur deducturus & allegaturus, aliàs quòd procederetur contra illum, & bona sua per iuris remedia solita & oportuna.

Et quærela firmantis ius & de iure fieri debet in forma sequenti.

Excellentißime Domine Locumtenens generalis.

IOannes. N. loci. de N. vexatur & molestatur in debite coram. N. conseruatore conseruatoriæ Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ instante. N. agricola loci de. N ratione cuiusdam pretensi debiti ad cuius solutionem dictus. N. non tenetur. Et licet teneretur, quod expresse negatur, non poterat nec debebat ante dictum conseruatorem conueniri tanquam iudicem ecclesiasticum & incompetentem ac nullam in laicis iurisdictionem habentem. Atque ita, cum procedimenta facta per dictum conseruatorem qui iudicialiter pro dicto pretenso debito procedit contra dictum Ioannem. N. laicum & regiæ iurisdictioni submissum sint nulla, & nulliter facta. & in præiudicium regiæ iurisdictionis ideo, & alias, dictus Ioannes. N. de foro & iurisdictione vestræ Excellentiæ, & Regiæ audientiæ, & non de iurisdictione iudicis ecclesiastici firmans ius & de iure pro decem solidis cum iuris augmento iuxta stylum dicto. N. conseruatori prafato, & dicto. N. instanti, supplicat dictam iuris firmam admitti, & ea admissa eidem conseruatori mandari, quód omnia procedimenta per ipsum facta contra dictum Ioannem. N. et eius bona laicum, & sic de iurisdictione regia cesset reuocet et annullet, et certa die per vestram Excellentiam prafigienda compareat coram vestra Excellentia seu eius Regia audientia banchum regium informaturus, et

aliàs

aliàs ad allegandum & deducendum causas si quas habet ob quas ad prædictam reuocationem minime teneatur. Et præsentem causam eo prætextu, quòd agitur de occupatione et violatione iurisdictionis regiæ, ad se suamq; Regiam audientiam euocari et alicui ex magnificis regijs consiliarijs committi qui de litteris et prouisionibus iuxta stylum prouideat, et ius iustitiam faciat et ministret. officio etc. Quæ licet etc.

Altißimus
N.

Cui quidem supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Magnificus N. recognoscat supplicata, et verbum faciat.

Prouisa per Reuerendum Cancellarium. 10. Martij. 1603. Barcino.
N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die. 12. prædictorum mensis et anni, facto verbo in* Regia *audientia prouidet, quód inserantur producta, et admissa firma iuris si et inquantum scribatur ha. N. conseruatori prætenso cassęt reuocet et annullet procedimenta contra dictum Ioannem. N-ius firmantem laicum facta, et intra dies decem de reuocatione fidem faciat, vel compareat banchum regium informaturus, et fiant litteræ ad id oportunæ.*

N. Iudex.

Et vigore dictæ prouisionis instante dicto Ioanne. N. expediuntur litteræ prouisæ in forma sequenti.

PHIlippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonũ. Comes Barcino. etc.

DOn Joannes Teres miseratione Diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis pro S. C. Regiæ Mageſtatis in Principatu Cathaloniæ, et Comitatibus Ruscilionis et Ceritaniæ dilecto regio. N. prætenso conseruatori

sancti

Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ ſalutem & dilectionem. Humili ſupplicatione nobis & in Regia audientia oblata pro parte Ioannis. N. extitit deductum quòd ipſe per vos moleſtatur & inquietatur in ſtante. N. agricola loci de N. ratione cuiuſdam pratenſi debiti, & cum ipſe ſit laicus & de foro & iuriſdictione Domini Regis, & non alicuius iudicis eccleſiaſtici dicta procedimenta ſunt nulla, & nulliter facta ac in præiudicium regiæ iuriſdictionis; ideo firmando vobis ius & de iure in manu & poſſe noſtris & Regiæ audientiæ pro decem ſolidis cum iuris augmento cum ſuis clauſulis vniuerſis ſupplicauit dictam iuris firmam admitti, & ea admiſſa, vobis mandari quatenus omnia procedimenta per vos contra eum, & eius bona facta caſſaretis, reuocaretis, & annullaretis, & certa die per nos præfigenda compareretis coram nobis, & in Regia audientia banchum Regium informaturus, deducendo & allegando cauſas ſi quas habetis ob quas ad prædictam reuocationẽ minime teneremini, & præſentem cauſam, quia agitur de accupatione et violatione regiæ iuriſdictionis ad Regiam audientiam euocari, & alicui magnifico regio Doctori committi qui de litteris & prouiſionibus oportunis prouideret. Nos autem dicta ſupplicatione vt iuſta benigne ſuſcepta illam magnifico & dilecto conſiliario regio. N. V. I. & dictæ Regiæ audientiæ Doctori commiſimus. Quo referente, die & anno infra ſcripto, facto per eum verbo in Regia audientia, admiſſaq; dicta iuris firma, prouidimus, quód ſcriberetur vobis quatenus caſſaretis, reuocaretis, & annullaretis procedimenta per vos contra dictum Ioã nẽ. N. laicum facta, & de reuocatione fidem faceretis intra dies decem vel compareretis banchum Regium informaturus, & fierent litteræ oportunæ. Ea propter, prædicta omnia & ſingula intimantes et notificantes dicto Iaanne. N. nobis ſupplicante harum ſerie vobis dicimus, voſq; monemus, quòd intra dies decem poſt præſentium præſentationem vobis faciendam in antea continue numerandos operis per effectum caſſetis reuocetis et annulletis procedimenta quæcunq; cõtra dictum Ioannem. N. facta, et ad priſtinum reducatis ſtatum, et a veſtris regeſtris pœnitus deleatis, et de eorum reuocatione intra eoſdem decem dies authentice nobis et dicto magnifico relatori

fidem

fidem faciatis, partes et causam prædictas ad nos eorum iudicem cõpetentem remittendo: cum sic iustitia suadente facere debeatis. Aut intra eosdem decem dies personaliter coram nobis in banco Regio seu coram dicto magnifico. N. relatore compareatis bancum Regium informaturus, daturus, allegaturus, & redditurus rationes iustas, si quas habetis cur prædicta facere non teneamini: aliàs pro conseruatione regiæ iurisdictionis procedemus, & procedi mandabimus contra vos et bona vestra vt iuris fuerit et rationis. Taliter, quód regia iurisdictio saluare maneat pariter et illæsa. Dat. Barcinone die. t. anno. t. N. Regens.

Vt. N. Iudex.

Scriba. N.

In communi Locumtenentie. x. fol. &c.

Et posito ac dato, quód dictus conseruator seu ecclesiasticus iudex non pareat litteris sibi præsentatis non solum non reuocando procedimenta, nec in bancho Regio comparendo, sed ad vlteriora contra laicũ, & eius bona profana procedendo, tunc instante parte læsa & grauata expediuntur aliæ secundæ litteræ eidem ecclesiastico iudici directe. Et forma qua petitur dictas secundas litteras expediri est tenoris sequentis.

Excellentißim
Señor.

NO obstant que per part de Iuan. N. fos supplicat que vns procehiments fets per. N. conseruador del Sant Sperit de la Ciutat de Leyda contra dit Iuan. N. persona secular, y de iurisdictio secular, y no ecclesiastica, fossen manats reuocar, o per cert dia comparegues deuant de vostra Excellentia, per deduhir les causes y rahons, per que fer nos degues, y fos feta prouisio per lo magnifich misser. N. Doctor del Real concell, al qual se comete dita causa, y en virtut de aquella spedides lletres de la real cancellaria, ab la forma deguda, y aquellas presentades al dit. N. pretes conseruador, com ab lo acte de aqui fet consta, lo qual exhibeix, no empero a dubtat dit conseruador en preiudici de dita causa y citatio en virtut de dites lletres feta,

attentant

attentant é innouant de fer alguns procehiments, y expedir alguns manaments, y fer presentar aquells al dit Juan. N. los quals ab requesta per esta part presentada se ha instat se reuocassen tornant altra vegada presentar y notificar dites lletres com ab lo acte de aqui fet, lo qual exhibex, es de veure: supplica perço a vostra Excellentia dit Iuan. N. sia de son real seruey manar expedir altres lletres o cartells per al dit pretes conseruador ab les comminations solites y necessaries iuxta lo stil del Real concell, y en quant sia menester, que lo procurador fiscal de la regia cort, y fassa part, y justitia esser li feta y administrada. lo offici, &c.

Altissimus. N.

Cui supplicationi solet fieri decretatio sequens.

Remittatur relatori causa, qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per. N. Regẽtem Cancellariam die. etc. Barcinonæ.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis. ——— *Recepta die. 12. Maij. 1603. facto verbo in Regio cõcilio prouidet, quòd inferantur producta, & quòd fiant secundæ litteræ seu cartella oportuna cum comminatione bannimenti & alijs oportunis iuxta stylum.*

Et vigore dictæ prouisionis in calce supra dictæ supplicationis factæ instante dicto Ioanne. N. per notarium processus expediuntur secundæ litteræ quæ sunt tenoris sequentis:

PHIlippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonũ. Comes Barcino. etc.

DOn Joannes Teres miseratione Diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis pro S. C. Regiæ Magestatis in Principatu Cathaloniæ, et Comitatibus Ruscilionis et Ceritaniæ dilecto regio. N. prætenso conseruatori Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ salutem & dilectionem. Humili sup-

supplicatione nobis & in Regio concilio oblata pro parte Ioannis N. extitit in effectu deductum, quòd licet pro eius parte fuisset nobis supplicatum quatenus vos moneremus, non nulla procedimenta per vos instante. N facta contra dictum Ioannem. N laicum, cassaretis, & reuocaretis aut aliàs die certa in Regia audientia personaliter compareretis more solito banchum regium informaturus, & fuerit per nos causa prædicta commissa magnifico & dilecto consiliario regio. N. V. I. & dictæ Regiæ Audientiæ Doctori. Et ex prouisione per eum facto verbo in Regia audientia facta, fuerint informa solitâ emanatæ litteræ vobis directæ prædicta in se continentes, quæ vobis præsentatæ & notificatæ fuerunt prout nobis authentícè constat: vos nihilominus non dubitastis in præiudicium dictæ causæ & citationis vobis dictarum litterarum vigore factæ, attentando, & innouando aliqua alia procedimenta facere contra dictum Ioannem N. qui iterum repræsentando dictas regias litteras vos requisiuit quatenus prædicta procedimenta reuocaretis, prout per publicum instrumentum nobis constat. Et cum prædicta procedimenta cõtra dictum Ioannem. N. laicum & de foro & iurisdictione regia & non ecclesiastica facta sint in emulationem dictæ litis, & regiæ iurisdictionis, & aliàs supplicauerit secundas litteras vobis directas in forma expediri cum solitis & assuetis comminationibus. Nos autem videntes supplicata fore iusta, & rationi consona, volentes regiam iurisdictionem illæsam seruare, vt tenemur, dicto magnifico relatore referente, factoq; per eum verbo in regio concilio prouidimus, quòd fierent secundæ litteræ cum comminatione bannimenti, & alijs oportunis iuxta stylum. Ea propter, prædicta omnia & singula intimantes & notificantes dicto Ioanne. N. nobis supplicante, harum serie vobis dicimus vosq; requirimus & monemus quatenus intra dies decem post præsentium præsentationem vobis faciendam in antea continuè numerandos, cassetis & annulletis procedimenta quæcunq; contra dictum Ioannem. N. instante dicto. N. facta, & ad pristinum reducatis statum, illa à regestris vestris pœnitus delendo, & de eorum reuocatione intra dictum terminum authentice nobis & dicto relatori fidem faciatis, causam etpartes prædictas ad nos eo

rum

rum iudicem cõpetentem remittendo: cum sic iustitia suadente facere debeatis. Aut intra eosdem decem dies personaliter coram nobis in banco Regio seu coram dicto. N. relatore prout in prioribus litteris continetur compareatis bancum Regium informaturus, daturus, & redditurus rationes iustas, si quas habetis cur prædicta facere non teneamini: aliàs, si prædicta per nos iustè & secundo requisita facere recusaueritis, quòd non credimus; pro conseruatione regiæ iurisdictionis procedemus & procedi mandabimus contra vos et bona vestra, etiam ad banniendum vos à dicto Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ: & aliás prout de iure & stylo inuenerimus faciẽdum. Taliter, quòd regia iurisdictio salua remaneat pariter et illæsa. Dat. Barcinone die vigesimo sexto Aprilis, anno a natiuitate Domini Millesimo, sexentesimo tertio.

N. Regens.

Vt. N. Iudex.
Scriba. N.

Et præsentatis dictis litteris, ponamus quòd ipse conseruator & iudex ecclesiasticus persistat in contumacia non parendi, per quam Regis iurisdictio offenditur, & partes iudicis impediuntur quo minus fortiantur effectum. iuxta Bar. in. l. vni. ff. si quis ius dicenti non obtempera. immo proteruus sit procedendo ad vlteriora, tunc iterum parte instãte, & fisci procuratore regiæ curiæ mittuntur aliæ & tertiæ litteræ, quibus idem quòd in prioribus litteris præcipitur. Sin minus, quòd decima die post dictarum tertiarum litterarum præsentationem & intimationem, & si feriata sit die sequenti non feriata cum dierum continuatione compareat coram Domino Rege, seu eius locum tenente generali, & in Regio concilio, seu relatore causæ, ad vidẽdum declarari se incidisse in pœnam banni sibi appositam. Et sic ad expediendas dictas tertias litteras, pars læsa & grauata iterum comparet coram Domino Rege & offert ei sequentem supplicationem.

Excellentissim
Señor.

A Instantia de Iuan. N. fonch supplicat a vostra Excellẽtia attes los procehimẽts cõtra sos bẽs fets per lo pretes cõseruador de

Sant

Sant Sperit de la Ciutat de Leyda eran indebitament fets, y perço cometent dita causa al magnifich misser. N. Doctor del Real concell, fonch prouehit, que comparegues per informar lo Real concell, y per no hauer comparegut foren prouehides altres lletres ad fines banni. E com no haja obtemperat dit conseruador á dites prouisions: supplica perço a vostra Excellentia, attes dites contumacies en no comparexer y obehir als manaments del real concell dit conseruador esser bandejat, o altrament prouehit per los remeys de justicia necessaris y oportuns: exhibint les lletres presentades a dit conseruador, perque sien insertades, y justitia esser li feta, y administrada. lo offici, &c.

Altissimus. &c.
N.

Cui supplicationi fit decretatio sequens.

Remittatur relatori causa, qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per. N. Cancellarium die. etc. Barcinonæ.

N. Scriba mandati.

Prouisio iudicis fit postea in calce dictæ supplicationis in forma sequenti.

Recepta dictis die & anno, facto verbo in Regio concilio prouidet, quód fiant tertiæ litteræ quibus scribatur N. conseruatori quatenus die decima non feriata post litterarum præsentationem cum sequentium continuatione compareat in Regio concilio ad videndum declarari se incidisse in pœnam bannimenti, & fiant litteræ oportunæ iuxta stylum.

N. Iudex.

Et vigore dictæ prouisionis expediuntur per notarium causæ tertiæ litteræ quæ sunt tenoris sequentis.

PHIlippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonũ. Comes Barcino. etc.

DOn Joannes Teres miseratione Diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis pro

S. C.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

S.C.Regiæ Mageſtatis in Principatu Cathaloniæ, et Comitatibus Ruſcilionis et Ceritaniæ dilecto regio. N. prætenſo conſeruatori conſeruatoriæ Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ, litteris regijs fuiſtis diebus elapſis monitus quatenus non nulla procedimenta per vos in ſtante. N. facta conſtat, Joannem. N. laicum de foro & iuriſdictione regijs & diſtrictualem noſtrum caſſaretis, & reuocaretis, aut aliàs die certa in dictis litteris contenta in dicto regio cõcilio coram magnifico & dilecto conſiliario regio. N. dicti Regij concilij Doctore cui dicta cauſa extitit commiſſa perſonaliter compareretis, bancũ regium more ſolito informaturus; prout latius in dictis regijs litteris continetur: quæ vobis vt conſtare vidimus præſentatæ fuerunt. Et cum prædicta in dictis regijs litteris contenta facere non curaueritis, fuiſtis alijs ſecundis litteris regijs Datis Barcinone die. N. itẽrum monitus, quatenus prædicta in dictis prioribus regijs litteris contenta & monita ad impleretis, cum expreſſa cõminatione, quòd aliàs pro conſeruatione regiæ iuriſdictionis procederemus, & procedi mãdaremus contra vos & bona veſtra tanquam perturbatorem regiæ iuriſdictionis etiam ad banniendum vos à dictis Principatu & comitatibus, & aliàs prout de iure & ſtylo inueniremus faciendum: taliter, quòd regia iuriſdictio remaneat ſalua pariter & illæſa. Et quia nedum monita in prioribus, verum etiam & in ſecundis litteris contenta facere & implere renuiſtis, in contemptum dictarum regiarum litterarum, & præiudicium regiæ iuriſdictionis, ac damnũ dicti Ioannis. N. Id circo, die & anno infra ſcriptis conquærendo dictus Ioannes. N. de veſtra notoria renitentia & recuſatione, exhibendoq; præſentationes dictarum litterarum ſupplicauit, vos tanquam perturbatorem regiæ iuriſdictionis banniri à Principatu & Comitatibus; aut aliàs prouideri de oportunis iuris et iuſtitiæ remedijs. Nos autem dicto magnifico, N. relatore referente, factoq; per eũ verbo in Regio concilio prouidimus, quód fierent tertiæ litteræ, quibus ſcriberetur, quatenus die. 10. non feriata, poſt litterarum præſentationem cum ſequentium continuatione compareretis in dicto Regio concilio ad videndum declarari vos incidiſſe in pœnam banni menti, & fierent litteræ oportunæ iuxta ſtylum. Ea propter prædicta omnia

omnia & singula vobis intimantes & notificantes, dicto Ioãne. N. nobis supplicante, harum serie vobis dicimus, vosq; monemus, quatenus intra dies sex post præsentium præsentationem vobis faciendam in antea continuè numerãdos, operis per effectũ cassetis, reuocetis, & annulletis procedimenta quæcunque contra dictum Ioannem. N. instante dicto. N. per vos facta, & ad pristinum reducatis statũ, illa penitus à regestris vestris delendo, & de eorum reuocatione intra dictum terminum autẽticè nobis fidem faciatis, partes & causas prædictas ad nos eorum iudicem competẽtem remittẽdo, cum sic iustitia suadente facere habeatis, aut intra eosdẽ dies decẽ, personaliter corã nobis in bãco regio, seu corã dicto N. relatore, prout in prioribus litteris continetur compareatis bãcum regium informaturus daturus & redditurus rationes iustas si quas habetis cur prædicta facere nõ teneamini: aliàs, si prædicta facere recusaueritis, vel distuleritis, tenore præsentium vos citamus, vobisq; dicimus & mãdamus, quatenus dicta die decima non feriata post præsentium præsentationem vobis faciendam cum sequentium continuatione personaliter compareatis coram nobis seu in dicto Regio concilio coram magnifico N. relatore ad videndum declarare vos in pœnam bannimenti in posterioribus litteris comminatam incidisse. Alioquin lapso dicto termino, quem vobis præcisè & peremptoriè assignamus nisi prædicta per nos primo secundo & tertio iustè monita ad impleueritis vt præfertur, procedemus & procedi mandabimus in prædictis contra vos, & bona vestra, prout de iure & stylo inueniemus fore faciendum & & procedendum taliter, quód regia iurisdictio salua remaneat pariter et illæsa vestra absentia in aliquo non obstante verum contumacia exigente. Dat. Barcino. die. t. anno. t. Rouirola Cancellarius.

Vt. N. fisci Aduocatus.

Vt. N. Iudex.

Scriba. N.

Post vero dictarum tertiarum litterarum præsentationem, dicto conseruatore adhuc renuente comparere, nec velle dicta acta reuocare, immo appensate & ex proposito vilipendẽdo dictas regîas litteras per-

seuerante inferre vim dicto Ioanni. N. laico & vassallo Domini Regis, tunc pars læsa vna cum fisci procuratore regiæ curiæ debent offerre supplicationem qua in effectu petant & supplicent mandari declarari dictum conseruatorem vt perturbatorem regiæ iurisdictionis incidisse in pœnã bannimenti, & alias pœnas eidem cũ dictis vltimis litteris cõminatas. Et forma supplicationis qua id petere debent est huiusmodi tenoris.

Excellentissim
Señor.

NO obstant que per part de Iuan. N. se prosseguis vna causa en lo Real cõcell y deuant del magnifich misser. N. Doctor del Real concell, contra dels procehiments heren estats fets per. N. pretes conseruador del sant Sperit de la Ciutat de Leyda, y que ab vnes lletres presentades a dit conseruador se li manaue que dins deu dias apres de dita presentatio cõparegues en lo Real concell, per a veures declarar esser incidit en pena de bãdeig, no ha dubtat dit conseruador passar auant, fent procehimẽts contra. N. narrentur hic procedimenta, et postea concludatur *Supplican perço dits procurador fiscal, y Iuan. N. a vostra Excellentia, se seruesca manar prouehir que dits excessos sien refrenats, y que dit pretes conseruador attes que no ha obehit a les prouisions fetes en lo Real concell, sia publicat, y bãdejat: exhibint los procehimẽts fets perque sie insertats, juntament ab les lletres terceres se li presentarẽ molts dies fa, y justitia esser feta y administrada: lo Real offici de vostra Excellentia benignament implorant. Quæ licet &c.*

Altissimus, &c. N.

Idem petit fisci procurator.

Vt. N. fisci aduocatus.

Cui quidem supplicationi fit decretatio sequens.

Remittatur relatori causa, qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per .N. Regentem Cancellariam. 14. Martij. 1603. Barcino.

N. Scriba mandati.

Nunc

Nunc prouisio iudicis est facienda in forma sequenti.

Recepta die. 20. Aprilis. 1603 viso processu, & illius meritis attẽtis, & signanter attento ex processus meritis constat, cum litteris â Regia audientia emanatis, & .N. protenso conseruatori Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ præsentatis die 7. Marcij. 1603. fuisse dicto .N. conseruatori prætenso iniunctum quatenus intra dies decem cassaret, reuocaret, et annullaret procedimenta per ipsum dicto nomine facta contra dictum Ioannem .N. & de reuocatione fidem faceret, vel compareret bancum regium informaturus & constat die. 14. Aprilis, proximé lapsi ad prædicti Ioannis .N. instantiam fuisse alias secundas litteras prouisas, & dicto .N. prætenso conseruatori personaliter præsentatas die. t. eiusdem mensis Aprilis quibus eidem fuit iniunctum, quatenus dicta procedimenta tanquam perturbatiua regiæ iurisdictionis contra laicos facta cassaret & reuocaret ad pœnam bannimenti, vel compareret bancum regium informaturus. Constat etiam ob recusationem dicti conseruatoris fuisse alias tertias litteras prouisas die. t. Aprilis dicti anni. 1603. eidem conseruatori etiam personaliter præsentatas die. t. eiusdem mensis quibus fuit ei iniunctum quatenus die. 10. non feriata post litterarum prædictarum præsentationem cum sequentium cõtinuatione compareret ad videndum declarari se incidisse in pœnam prædicti bannimenti, attento non curauit reuocare procedimenta contra dictum Ioannem .N. laicum facta in præiudicium regiæ iurisdictionis: vel comparere bancum regium informaturus cur ad prædicta non teneatur. Et attento constat dictum .N. conseruatorem in eadem recusatione & contumacia persistere, et ad vlteriora processisse, & procedere contra dictum laicum in præiudicium regiæ iurisdictionis, vilipendendo dictas regias litteras, regiam iurisdictionem, præheminentiam, & illius regalias contemnendo. Hijs igitur & alijs meritis processus attentis & aliás, insequendo conclusionẽ in regio cõcilio factã prouidet & declarat, quòd inferãtur producta, et p defensione dictarũ iurisdictionis, præheminẽtiæ, et regaliarũ, et reparatione tãti et tã notorij grauaminis declarat locũ fuisse et esse declarationi dictarũ pœnarũ dicto cõseruatori cõminatarum &

*imposit arum, & quòd ad dictum effectum faciendi dictam declaration*em *portetur processus magnifico regenti Regiam cancellariam.*

Vt. N. Iudex.

In vim supradictæ prouisionis defertur processus Regenti Regiam cancellariam. Et ipse Regens viso dicto processu & illius meritis attentis procedit ad faciendam dictam bannimenti declarationem. Et sententiæ forma est quæ sequitur.

Jesu Christi & eius Beatissimæ Matris Mariæ nominibus humiliter inuocatis.

EXcellentissimus Dominus Locumtenens generalis visa supplicatione die. 13. Martij. 1603. oblata per Ioannem. N. in effectu supplicantẽ, etc procedes per omnes visos vsque ad motiua et dispositiuã sententiæ. Et cancludes visos. *Viso denique toto processu et procedimentis factis contra dictum. N. conseruatorem, & alijs videndis visis sacro sanctis Dei quatuor Euangelijs coram positis, & illis reuerenter inspectis, vt de Diuino vultu rectum prodeat iudicium, sua Excellentia insequendo conclusionem in Regio concilio factam pronuntiat, sententiat, & declarat in modum sequentem.*

Attento, ex meritis processus constat, N. prætensum conseruatorem sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ velle procedimentis iudicialibus cognoscere, & de facto cognouisse de persona & bonis Ioannis. N. loci. de. N. districtualis & vassalli Domini Regis, bona illius reperta, sub inuentario describi faciendo, atque sic in eum eiusq; res & bona prædicto nomine iurisdictionem exercendo. Propterq; constat, dictum Ioannem. N. tanquam de foro & iurisdictione Domini Regis, & non iudicis ecclesiastici firmasse in Regia audientia ius & de iure pro decem solidis cum iuris augmento, & alijs clausulis dicto. N. prætenso conseruatori, ac in & cum supplicatione per eum die. 3. Aprilis. 1603. petijsse admissa dicta iuris firma illi mãdari, quód omnia procedimenta contra dictum Ioãnem. N. & eius bona facta reuocaret, & annullaret, vel quód certa die per suam Excellentiã præfigẽda compareret corã sua Excellentia, eiusq; Regia audiẽtia bancum

regium

regium informaturus, prout hæc & alia latius in dicta supplicatione sunt cõtenta ad quã fit relatio. Et constat, in dim regiarũ prouisionũ referente magnifico N. regij cõcilij Doctore factarũ scilicet die. 13. Marcij. & die. 2. Maij. & die. 6. Maij. 1603. dictum. N. conseruatorem litteris emanatis à Regia audientia, & eidem præsentatis fuisse semel, bis, & tertio monitum, quód procedimenta facta contra dictum Ioannem. N. ius firmantem laicum, & de iurisdictione Domini Regis tanquam regiæ iurisdictioni præiudicialia & nociua reuocaret, cassaret, & annullaret, & de reuocatione fidem faceret intra dies decem, aut intra eosdem compareret bancum regium informaturus, cõminatione adiecta, quòd alioqui tanquam regiæ iurisdictionis perturbator à præsenti Principatu bannire-tur. Et constat, dictum. N. conseruatorem contumaciter minimè curasse dicta procedimenta reuocare, & minus ad bancum Regium ad illum informandum accedere. Immo constat, eum tertio alijs regijs litteris monitum, & eisdem, eidem iniunctum, quód die. 10. non feriata post dictarum tertiarum litterarum præsentationem cum sequentium continuatione compareret in Regio concilio ad videndum declarari se incidisse in pœnam bannimenti. Et constat dictum. N. conseruatorem omnibus monitorijs litterijs neglectis pertinaciter & contumaciter ad vlteriora contra eundem Ioannem. N. processisse, & procedere in præiudicium regiæ iurisdictionis, ac dictas regias litteras, præheminentiam, & regalias Domini Regis contemnendo; propter quod instantibus dictis Ioanne. N. & . N. fisci procuratore patrimoniali in et cum supplicatione per eos oblata die. t. Maij. 1603. constat in Regio concilio inse-quendo conclusionem ibidem factam fuisse die. t. dicti mensis, & anni prouisum et declaratum pro defensione dictorum Regiæ iurisdictionis, præheminentiæ, et regaliarũ, et reparatione tanti et tã notorij grauaminis locum fuisse et esse declarationi dictarum pœnarũ dicto. N cõseruatori cõminatarũ, et impositarũ et quòd addictũ esse dictũ faciẽdi dictã declarationẽ portaretur pcessus Regẽti regiã cãcellariã. Ex quibus manifestè cõstat, dictũ. N nomine prætensi cõseruatoris velle ex proposito et appensata iurisdictionem regiam inquietare et perturbare, et in casu non permisso sibi illam appropriare.

Hijs & alijs meritis attentis & aliàs sua Excellentia dictam insequendo conclusionem in Regio concilio factam pronuntiat & declarat dictum. N. præfatum conseruatorem tanquam perturbatorem regiæ iurisdictionis in pœnam bannimenti, & cum supramentionatis litteris sibi impositam incidisse, & propterea eum à præsenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ banniẽdum fore, & esse, prout cum præsenti bannit, & pro bannito habendũ, & publicandũ fore & esse, & pro tali tenẽdum, et reputãdum donec aliter sit prouisum, & regiam iurisdictionem in præiudicio illi illato reintegrauerit. Et pro his fiant litteræ, prouisiones, commissiones, & præconitzationes oportunæ iuxta regiæ curiæ stylum.

Vt. N. fisci Aduocatus. *V. N. Regens.*

Lata per. N. Regentem cancellariam & de illius mandato lecta per. N. regium scribam mandati & notarium publicum per totam terrã die decima quinta Maij. M. D Ciij. instante. N. fici procuratore regiæ curiæ, & Ioanne. N. præsentibus testibus. N. & N. ciuibus Barcinone, & cum pluribus in multitudine copiosa.

Supradicta sententia debet postea intimari dicto conseruatori absenti cum litteris à regia cancellaria emanatis quæ litteræ faciendæ sunt in forma sequenti.

PHIlippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonũ. Comes Barcino. etc.

DOn Joannes Teres miseratione Diuina Archiepiscopus Tarraconæ, Consiliarius, Locumtenens, & Capitaneus generalis pro S. C. Regiæ Mageſtatis in Principatu Cathaloniæ, et Comitatibus Ruscilionis et Ceritaniæ dilecto regio. N. conseruatori Sancti Spiritus Ciuitatis Illerdæ, salutem et dilectionem in causa seu quæstione firmæ iuris quæ in regia extitit audientia sub examine magnifici et dilecti cõsiliarij regij. N. V. I. et dictæ Regiæ audiẽtiæ Doctoris inter Ioãnẽ. N. ex vna, et vos dictũ conseruatorẽ ex altera partibus causis et rationibus in processu super his actitato cõtentis per nos die decima sexta Maij anni præsentis ad instantiam dicti Ioãnis. N. et

procu

procuratoris fiscalis curiæ regiæ fuit de consilio. N. regentis cancellariam insequendo conclusionem in Regia audientia factã lata cõtra vos regia sententia siue declaratio cuius dispositiua est tenoris sequẽtis. Inseratur hic dispositiua dictę sentẽtię, et postea scribatur. *Eapropter dictis Ioãne. N. & fisci procuratore regiæ curiæ nobis supplicantibus, prædictã regiã sententiam, & omnia & singula in ea cõtenta tenore præsẽtium vobis intimamus, et notificamus, ad effectũ, vt depræmissis plenam & perfectam notitiam habeatis, & omnia et singula in ea contenta ad impleatis. Dat. Barcinone die trigesima Maij. M. DCiij. N. Regens.*

Vt. N. fisci Aduocatus.

Fateor me nostris temporibus non vidisse Regiam audientiam ad executionem dictæ sententiæ deuenisse, neque huiusmodi sentẽtias fuisse debitæ executioni demãdatas. Et potest esse ratio, quia semper successit, quòd quando deuenitur ad dictam bannimenti condemnationem ecclesiastici iudices ante sententiæ executionem, aut reuocant procedimenta, aut comparent in banco Regio, & sic effectum fuit dictas sententias executiones non meruisse.

Sed ponamus casum in quo dicta sententia necessario veniat exequenda, quæro quomodo & qua forma illa executioni demandabitur? Respondeo, quòd quamuis hoc in facti contingentia non viderim, sum opinionis in huiusmodi executionibus attente, & cum magna consideratione fore, & esse procedendum. Nam potestas secularis in isto casu contra ecclesiasticos non est contentiosa: ideo quòd iure diuino exempti sunt à dicta seculari potestate, sed est politica vel economica. vt testatur Carol. de Grassalis. lib. 2. regaliar. Franciæ. iure. 16. Gregor. in. l. 57. glos. 2. in fi. titul. 6. pagina. 1. recopilatio. Azeue. in. l. 4. titu. 1. num. 12. lib. 4. & Bouadilla in sua Politi. tomo. 1. lib. 2. cap. 18. numer. 62. Itaque, quemadmodum pater familias à domo sua potest clericum sibi inobedientem & pacem dictæ domus perturbantẽ & inquietãtem expellere, ita & pari ratione Rex potest à suo Regno clericos mandatis suis rebelles, iurisdictionẽq; regiam perturbãtes, ac ipsius Regis vassallis vim inferentes, tãquã putrida membra eijcere iuxta Diui Hieronymi sententiam relatam in. c. resecandæ. & in. c. ecce. 24. q. 5. quibus textibus cauetur

putridas carnes resecandas esse, & scabiosam ouem à caulis repel lendam, ne tota domus massa corpus & pecora ardeant, corrumpã tur, putrescant, intereant.

Atque ita tribus aulis Regij concilij ad hoc congregatis præsidente tunc in eis Duce Feriæ vt locumtenente generali, me etiam interueniente, politicè, & economicè procedendo, Regij consiliarij decreuerunt formam qua dicta regia sententia exequi posset. Et forma inquam omnes consiliarij inclinarunt sequens fuit, Quòd post intimationem dictæ sententiæ factã, mitteretur ad iudicem ecclesiasticum condemnatũ quoddam monitorium quo ei præciperetur, quòd intra dies sex pro executione & effectuatione dictæ regiæ sententiæ exiret à Cathalonię Principatu, & Comitatibus Rusci lionis & Ceritaniæ, & quòd in dicto monitorio insererentur omnes causæ, rationes, & motiua in quibus dicta regia sentẽtia se fundat. Et si elapsis dictis sex diebus, videretur eum contemnere dictũ monitoriũ, ac omnia hucusq; circa prædicta facta, ac perseuerare & perseuerare velle in sua contumacia & perfidia, molestandi & inquietandi laicos, & vassallos Domini Regis, ac etiam hoc modo regiam iurisdictionem perturbãdi, quòd tunc ad eundem mitteretur aliquis ex regijs officialibus, qui petita prius assistentia iudicis ordinarij ecclesiastici, siue obtenta, siue non obtenta, illum decenter, & cum vrbanitate caperet, & captum pro executione dictæ regiæ sententiæ à regno extraheret.

Cap. 25. De processu

in vim vsatici mariti vxores, in quo ostenditur, qualiter procedendum sit contra mulieres adulterium cõmittentes: & qua pœna maritis instantibus plectendæ sint: & an propter adulterium ab eis commissum, dotem amittant.

1. *Sacrificium quod in lege veteri offerebatur pro detegendis mulierum adulterijs.*
2. *Lex zelotypia quando locum habeat.*
3. *Adulteriũ omni iure prohibitum & diuersis pœnis iuxta iura diuersa punitum.*
4. *Maritus potest propria authoritate capere vxorem suam adulteram, & eam tenere immuratam præstitis ei alimentis in victu & vestitu. Sed tutius est quòd adeatur iudex, & quòd eius authoritate id fiat.*
5. *Maritus volens accusare vxorẽ de adulterio debet offerre libellum, in quo cõtineantur omnia ea, quæ sub isto numero animaduertuntur. videatur totus numerus.*
6. *Maritus debet præstare idoneam cautionem, quòd faciet & seruabit omnia contenta in regia declaratione hic descri-*

descripta antequam illi eius vxor tanquam adultera tradatur.

7. Obseruatio Regij concilij.

8. Forma libelli offerendi per maritum contra vxorem adulteram.

9. Adulterium puniri non potest nisi instãte & accusante marito.

10 Sententiæ forma qua mulier vt adultera condemnatur quôd tradatur eius viro immuranda iuxta vsaticum mariti vxores, & regiam declarationem inclusam in corpore iuris municipalis.

11. Maritus propria carens domo potest petere vxorẽ suã vt adulterã immurari, in aliqua ex domunculis domus de les Gyptiachas. Et ita fieri proui detur.

12. Cautionis præstandæ forma per maritũ ad immurãdũ vxorem suã pro adulterio.

13. Apochæ firmandæ forma, quando commentariensis tradit aliquã mulierem marito suo ad illam immurandam pro executione sententiæ.

14 Forma instrumenti confisciendi, quando aliqua mulier vt adultera, & pro executione sententiæ immuratur. & ibi inseritur forma executionis.

15. Vxor non potest accusare maritum de adulterio, quoad pœnã ei infligendã, sed bene quoad thori separationem.

16. Vxor, facta thori separatione propter adulterium commissum per illius virum, recuperat dotem, & donationẽ propter nuptias.

17. Vxor propter adulterium per eam commissum amittit dotem, & eam maritus lucratur.

18. Vxor non solum amittit dotem propter adulterium verum etiam bona paraphernalia.

19. Vxor non solum propter adulterium amittit dotem, sed etiam propter osculum alteri viro datum.

20. Vxor quæ illegitimê matrimonium contraxit, si interim fornicauerit, dicitur committere adulterium: quamuis postea matrimonium declaretur nullũ.

21. Mulier effecta sponsa, fornicando ante nuptialem benedictionẽ dicitur adulterium committere.

22. Vxor adhoc vt teneatur de adulterio, & puniri possit, debet accusari per maritum.

23. Hæredes mariti, eo decesso sine accusatione facta cõtra vxorẽ nõ possunt in repetitione dotis excipere de adulterio; exceptis tribus casibus. vt ibi.

24 Maritus non lucratur dotem propter suæ vxoris adulterium, si ipse reconciliat vxorem.

25. Maritus qui rem habet cum vxore adultera nõ facta prius pœnitentia peccat mortaliter.

26. Donatio inter virum & vxorem non valet. Fallit quando protrahitur ad tẽpus finiti matrimonij. Fallit. 2. quando fit reciprocê.

27 Forma instrumenti, quando aliqua mulier quæ commisit adulterium dat & absoluit dotem suam marito.

Dicturus hoc in loco de adulterio per vxorẽ in mariti iniuriam & infamiam commis-

ſo, cenſui primo loco præmittendum eſſe, adulterij crimen adeo
1. fuiſſe Deo exoſum, quòd in antiqua lege vt Numeri. cap. 5. filijs Iſrael Zelotypis id eſt maritis qui anxij erant, ne alter vxore potiretur, quãdam zelotypiæ legem ſtatuit. Quam Deus condidit dum alloqueretur ad Moyſen dicens, loquere ad filios Iſrael & dices eis, Vir cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtrupo, ſi ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuã, quę vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur, adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ ordeacæ, non fundet ſuper ea oleum, nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium. Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino, aſſumetq; aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento ta
2. bernaculi mittet in eam. Cumque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eiº, & ponet ſuper manus illius ſacrificiũ recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipſe autem tenebit aquas amariſsimas, in quibus cum execratione, maledicta conijecit. Ad iurabitq; eam, & dicet, ſi nõ dormiuit vir alienus tecum, etſi non polluta es, deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſsimæ, in quas maledicta conijeci. Sin autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro, his maledictionibus ſubiacebis. Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo ſuo putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur. Ingrediantur aquę maledictæ in ventrẽ tuum, & vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier Amen, amẽ. Scribet que ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſsimis, in quas maledicta conijecit: & dabit ei bibere. Quas cum exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificiũ zelotypię, & eleuabit illud coram Domino, imponet que illud ſuper altare: ita dumtaxat vt prius, pugillum ſacrificij tollat de eo quod offeratur, & incendat ſuper altare: & ſic potum det mulieri aquas amariſsimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempta viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato vẽtre computreſcet femur: eritq; mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Quod ſi polluta non fuerit, erit in noxia, & faciet liberos. Et hoc præcepit Deus fieri in caſu quo mariti zelotypij

lotypij & anxij suis vxoribus essent, & nequirent eas in adulterio deprehendere, sed lateret adulterium quod testibus argui non posset.

At contra mulieres de adulterio conuictas aliam in lege veteri Deus statuit legem, in qua pœna adijcitur, quód adulter morte moriatur: & erat genus mortis lapidatio. vt Leuit. cap. 20. & Deuteron. cap. 22. Vnde patet, de iure Diuino secundum legem Mosaycam prohibitum reprobatumq; fuisse adulteriũ, cui quoad reprobationem omne aliud ius concordat. Nam de iure canonico, tam
3. masculus quam fœmina excomunicantur. cap. intelleximus, de adulter. Et fœmina in monasteriũ detruditur vbi toto tempore vitæ suæ permanere, & pœnitentiam agere cogitur, si eam maritus recipere nolit. cap. gaudeamus. eod. titu. de adulter. De iure. ff. adulterium secundum magis communẽ opinionem puniebatur tantummodo pœna deportationis. vt attestantur Cuman. in consil. 154. post num. 2. Marsil. in practi. crimi. §. oportune. num. 40. De iure Codicis omnes consentiunt puniri pœna vltimi supplicij. Et probatur ex tex. in. l. quamuis. la. 2. C. ad leg. Iul. de adulter. Et hanc dicit esse communem opinionem Alex. in consil. 13. post num. 3. lib. 7. & Cuman. in loco supra citato. Quod quidem tam in masculo, quàm in fœmina locum obtinet videte Augusti. ad Angel. de malefi. in verbo che hai adulterato. num. 44. quam etiam refert Anton. Gomez. in. l. 80. Tauri. num. 47. De iure vero authenticorum quod superuenit, in fœmina propter sexus fragilitatem commutata est pœna mortis in pœnam, quòd virgis cedatur, & deinde quód in monasterium detrudatur, taliter, quòd si maritus intra biennium illam ad se nõ reuocet, ipsa cogitur habitum monachalem suscipere, & ibi perpetuo manere. text. est in auth. sed hodie. C. ad leg. Iul. de adulter. Et hanc dicit esse communem opinionem Imola in. l. cum mulier. post num. 18. ff. solu. matrimo. Et ita volunt omnes Doctores. vt dicit Sali. in. l. qui sepulchra. post num. 7. C. de sepulchro viola. Denique de iure quoque vsaticorum Cathaloniæ reprobatur adulterium, & eo iure sancitum est, vxores adulterãtes debere venire in manu & posse mariti cum cunctis quæ habuerit. vt est text. in vsatico. mariti vxores de cuius theorica, & processus forma iuxta dictum vsaticum hîc noster futurus est sermo.

Et quidem plura venirent dicenda circa intellectum dicti vsatici, quæ omittenda esse censui cũ practici affirment præsertim Iacob. de Monte iudai. & Marquil.

in

in eodem vsatico se nunquã vidisse de his quæ ibi cõtinentur fieri bellum, vel etiam offerri in curia reptamentum, & alia in ipso vsatico contenta non esse in vsu. Curabo igitur hic, referre cõsuetudinem quæ ex dicto vsatico tãquam ex titulo tali quali iũcta regia declaratione in serta in corpore iuris Cathaloniæ sub titu, de adulte. & strup. cap. 3. ĩtroducta est, vt ita ostẽdã, quid nostris tẽporibus cõtra vxores adulterãtes accusantib° maritis, tã in recto, quã in ritu obseruetur: quomodoq; in occurrẽti casu ꝓcessus vsque ad vltimũ quadrantẽ formãdus sit.

4. Iacobus de Mõte Iudai. & Marquillas in dicto vsatico testantur, consuetudinem ex dicto vsatico fuisse introductã, quòd si constet mulierẽ aliquã commisisse adulterium, & constet hoc per confessionẽ mulieris etiam extra iudicium factam, vel aliter manifestẽ etiam absque iudicio, quòd in tali casu maritus capit eam, & tenet immuratam vel in vna domo clausam, præstitis ei alimentis in vestitu, & victu ad ipsius mariti libitum. Et hoc fuisse in vsu scientibus & patiẽtibus ordinarijs iudicibus etiã prædicti Doctores fatentur.

Et quamuis ex dicta cõsuetudine relata, inferatur illud licuisse maritis facere sua propria authoritate, tamen, dicit Marquil. tutius esse, quód illud iudicis authoritate & condemnatione fiat, ne ipse maritus in. l. vni. C. de priuat. carcerib. incidat.

Atque ita in praxi hodierna duo potissimum obseruantur, quibus illa antiqua consuetudo limitatur. Quorum primum est, iudicem adiri debere coram quo maritus petat vxorem suam tanquã de adulterio accusatam & conuictam sibi ad eam immurandam tradi: & alia iuxta iura patriæ & præsertim vsati. mariti vxores eidem ad iudicari. Secundum est, quod alimenta in vestitu & victu vxori adulteræ præstari debeant, non ad ipsius mariti libitum, sed potius iuxta quandam regiam declarationem in corpore iuris Cathaloniæ clausam: quam infra referam, & in medium adducam.

5. Et veniendo ad primum in quo dicimus iudicem adiri debere, Ponamus, quòd maritus vult accusare vxorem de adulterio & dubitat qualiter procedendum sit, quæro, qua forma id fieri debeat? Respondet huic quæsito Marquillas in dicto vsatico. maritum. debere offerre libellum contra illam, & quód ipsa vxor debet in suis legitimis defensionibus admitti, & quòd inde causa ducitur inter eos vsque ad sententiam definitiuam.

Quæ sententia si absolutionis est, bene quidem, si vero condemnationis debet fieri quædam do-

domus certè latitudinis, longitudinis, & altitudinis, in qua ipsa mulier detruditur & immuratur cũ vestitu & victu limitatis: vbi ipsa defleat peccatum suum. iuxta regul. defleat. de regul. iur. in antiquis. Et pro his ponit duas libellandi formas quæ per eum videri possunt, quibus ex parte mariti in summa concluditur, quòd cum eius vxor propter adulteriũ, vel adulteria, per eam commissa, vna cum omnibus bonis, iuribus dotalibus, & omni auere debeat dari & adiudicari dicto eius viro iuxta iura patriæ, specialiter vsaticum. maritj vxores, ideo petit & supplicat, prædictam vxorẽ ad iura prædicta sententialiter & diffinitiuè condemnari, & illa sibi adiudicari iuxta dictum vsaticũ, & ius & iustitiam fieri, &c.

Et quamuis id quod dixit Marquillas, in casu condemnationis quandam domum esse fabricandam, in qua ipsa mulier detrudatur, & immuretur non procedat, ex dispositione & mente dicti vsatici, cum de domo aliqua vsaticus non loquatur, tamen credo ipsum Marquillam bene dixisse ex quadam regia declaratione, quæ in corpore iuris Cathaloniæ inclusa est, & præcipuè in libro pracmaticarũ. in titu. de adulter. & strup. cap. 3. Nam cum in eo tex. quædã mulier fuisset cõdemnata, vt eius viro traderetur iuxta vsaticum. mariti vxores. præstita securitate idonea per maritum, reseruatis Domino Regi, modo & forma super dicta securitate, ipse Dominus Rex ibi explicat modum & formam in executione sententiæ & dictæ traditionis habendam. Et
6. primo declarat, quòd antequam vxor eius viro tradatur iuxta dictum vsaticũ. mariti vxores. ipse maritus teneatur idoneam cautionem præstare, quòd tenebit illam in eius domo propria habẽte duodecim palmos de longitudine, & sex delatitudine, & duas cannas quę summã capiũt sexdecim palmorum de statura siue de altitudine, & quòd dabit eidem vxori vnũ saccum stramenti ideſt vnam marfagam de palla inqua dormiat, & vnum lodicem cum quo valeat se cooperire, & quod faciet in dicta domo vnum foramen siue clot in quo possit soluere tributa ventris sui naturalia, & per quòd foramen exiant illa fætida, & quòd dimittet vnam feneſtram in eadem domo, per quam dentur eidem vxori victualia, & quòd dabit illi decem & octo vncias panis cocti competentis pro qualibet die, & aquam quãtam voluerit, & quòd non dabit sibi aliquid aut faciet dari, propter quod illam præcipitet ad mortem, aut aliquid faciet vt ipsa vxor moriatur. Et hæc sũt quæ expreſsis verbis in dicta declaratione continentur.

Atque

Atque ita, iuxta theoricam di-
7. cti vsatici mariti vxores. infinalibus verbis, & dictæ Regiæ declarationis quibus cõstat, mulierem adulteram debere venire in manu eius viri cum cunctis quæ habuerit, seruata forma in ipsa regia declaratione præscripta, vidi fuisse obseruatum cum Anna Berta vxore Iulij Sempronij: quæ accusata per dictum suum virum de adulterio Regius fiscus instante dicto marito processit contra eam, & ea in regijs carceribus mãcipata & conuicta de adulterio datis eidem prius defensionibus ac seruatis seruandis sicut in alijs criminalibus causis fuit regia sententia condemnata, quód traderetur eius viro immuranda iuxta vsaticum mariti vxores, & formã præscriptam & statutam per dictam regiam declarationem præstita, per dictũ Iulium Semproniũ idonea cautione quæ iuxta ipsam regiam declarationem præstanda venit. Quæ regia sentẽtia lata fuit die. 17. Maij. 1591. referente Francisco Fort Regio cõsiliario ac collega meo.

Deueniendo nunc ad practicã iuxta theoricam præscriptam, & eam vsque ad vltimum quadrantem examinando, dico sequentia esse obseruanda.

Primo, maritus debet offerre li-
8. bellum vel facere denũtiationem coram iudice accusando vxorem de adulterio vel adulterijs in quibus dicatur, quòd cõstante matrimonio inter Titiũ & Bertã in facie sanctæ matris Ecclesiæ solemnizato, ac dicta Berta ad domum dicti Titij mariti sui introducta, ipa Berta tentata à diabolo in læsionem ipsius matrimonij pluries adulterium commisit & perpetrauit cum. N. Quæ cum publica sint & notoria ita, quód non possunt aliqua tergiuersatione celari, & propterea dicta Berta vna cum omnib° bonis, iuribus dotalibus, & omni auere debeat dari & adiudicari dicto Titio eius viro iuxta iura patriæ specialiter vsaticum mariti vxores. Id circo dictus Titius petit & supplicat, prædictam Bertam ad prædicta iura sententialiter & diffinitiuè condemnari & illa sibi ad iudicari, super his omnibus & singulis ius & iustitiã ministrando.

Scias igitur præscriptam accu-
9. sationem necessariam esse: cum adulterium contra vxorem puniri non possit nisi marito eius accute: ne cuiquam liceat fædare connubia. l. quamuis. ff. ad leg. Iul. de adulter. & probatur ex dicto vsati. mariti vxores, & ex tex. Euangelij Ioan. cap. 8. ibi mulier vbi sunt qui te accusabant.

Et propterea præcedẽte dicta accusatione ac instante marito, fiscus procedit contra vxorem vt reã de adulterio à virio suo accusatam

satam per inquisitionem, vt solitum est fieri in hoc Principatu Cathaloniæ. Atque ita contra eam facit suam præuentionem, & postea recipiuntur in offensam testes, etsi per illos existunt indicia vel conuincitur, capitur ipsa vxor & carceribus mancipatur, aqua depositio exigitur, & eidem inquisitio publicatur vt se defendat: & denique proceditur contra eã vsque ad sententiam diffinitiuam, seruatis sem per seruandis: quemadmodum in alijs causis aliorum criminum. Quibus peractis, si per processum constet eam esse conuictã de adulterio, & vt dedicto crimimine delatam debere condemnari, fertur sententia contra eam in modum sequentem.

Christi nomine in vocato.

EXcellentissimus Dominus Locumtenens & Capitaneus generalis. Visa præuentione facta per fisci procuratorem Regiæ curiæ & supplicationibus oblatis per Titium contra Bertam vxorem suam, delatam & inculpatam instante eius viro, quòd tentata à diabolo constante matrimonio inter ipsos, in læsionem ipsius matrimonij luxuriosæ vixit, & pluries adulterium commisit, & signanter cum. N. visis dictis & depositionibus testiũ, & dictæ Bertæ. Visa inquisitionis publicatione cum licentia aduocati & procuratoris, & termine concesso ad se defendendum. Visis defensionibus & illarum publicatione si quæ datæ sint, & assignatione ad relationem in Regio concilio, ipsaq; relatione facta per Frãciscum Sescases iudicem Regiæ curiæ, & præsentis causæ relatorem et conclusione inde secuta. Visa assignatione ad sententiam ad diem præsentem facta ad quam iterum ad cautelam assignat. Viso denique toto processu & alijs videndis visis, sacrosanctis quatuor Dei Euangelijs coram positis, & illis reuerenter inspectis, vt de Diuino vultu rectum procedat iudicium, dictam insequendo conclusionem, pronuntiat, sentẽtiat, & declarat, in hunc qui sequitur modum.

Et quia per merita præsentis inquisitionis, & aliàs, legitimè constat de intentione fisci procuratoris regiæ curiæ, & partis instantis contra Bertam vxorem Titij, id circo & aliàs, pronuntiat, sententiat, & declarat, & dictam Bertam condemnat, quòd tradatur dicto eius viro immuranda iuxta vsaticum, mariti vxores. Et formã

præ-

10. *præscriptam & statutam per regiam declarationem in corpore iuris municipalis clausam præstita prius per dictum Titium idonea cautione iuxta dictam Regiam declarationem: vt ei cedat in pœnã, ceteris vero in exemplum.*

Vt. N. fisci Aduocatus.

Publicetur:

Vt. N. Iudex.

N. Regens.

Lata per magnificum. N. Regentem cancellariam, & de illius mandato lecta & publicata per. N. S. C. & Regiæ Mageſtatis ſcribam mandati, & per totam terram & ditionem ſuam notarium publicum, Barcinone populatum, in quadam aula Regij palatij Barcinonæ die videlicet. 4. Aprilis 1603. inſtante. N. fiſci procuratore regiæ curiæ, pro vna parte præſente dicta delata & præſentibus proteſtibus. N. & N. ciuibus Barcinonæ, & alijs pluribus in multitudine copioſa.

11. Nunc tractemus qualiter ſit facienda executio ſupra dictæ ſententiæ. Et primo ponamus, quòd maritus cui tradẽda eſt eius vxor ad illam in eius domo immurandam, non habet domum propriã, vel ſi quam habet, caret in ea cõmoditate, quæro quid ipſe maritus facere poſsit vt dicta ſententia in eius fauorem lata debitæ mandetur executioni? Reſpõdeo, quòd in hoc caſu poteſt maritus offerre iudici ſupplicationẽ, qua petat Bertam eius vxorem in & cum ſupra kalendata regia ſententia condemnatam iuxta dictum vſaticum mariti vxores immurari in domo de les Egyptiacas in vna ex domunculis vel cellulis ibi ad dictum effectum edificatis cũ ad præſens dictus maritus careat domo propria. Eſt autem domus vulgo dicta deles Egpytiacas quędam domus Ciuitatis Barcinonæ, in qua plures ſunt edifficatæ domunculæ in quibus mulieres de adulterio inſtantibus viris cõdemnatæ & illorum maritis proprijs domibus carentibus immurãtur.

Atque ſic oblata dicta ſupplicatione & ea per Regentem regiam cancellariam remiſſa iudici vel relatori cauſæ, ſolet per ipſũ iudicem in calce dictæ ſupplicationis fieri prouiſio ſequens.

Recepta die. 17. Aprilis. 1603 inſequendo concluſionem in Regio concilio factam prouidet & declarat, quód dicta Berta tradatur

datur dicto eius viro immuranda in dicta domo vulgo dicta de les Egyptiacas iuxta formam seriem & tenorem dictæ regiæ sententiæ latæ die. 4. præsentis mensis & anni, attento consensu dicti Titij eius viri.

Et procedendo ad executionem dictæ regiæ sententiæ, maritus ante omnia debet præstare cautionem in & cum eadem regia sententia prouisam ac iuxta commemoratam Regiam declarationem in corpore iuris municipalis clausam. Forma autem dictæ cautionis sequens esse debet.

12. *VNiuersis & singulis præsentium seriem inspecturis, visuris, lecturis, & audituris, attestor & fidem facio ego N. authoritate regia notarius publicus ciuis Barcinonæ, quód instrumento apud me recepto & testificato Barcinonæ die xviij mensis Aprilis anni Millesimi Sexcentesimi tertij, magnificus Titius attendens in et cum regia sententia lata ad relationem magnifici & & dilecti consiliarij* Regij. *N. V. I. D. & de regio concilio die quarta prædicti mensis Aprilis pronuntiatum sententiatum & declaratum fuisse, & Bertam vxorem dicti Titij condemnatam quòd traderetur dicto Titio viro suo immuranda iuxta vsaticum mariti vxores, & formam præscriptam & statutam per regiam declarationem in corpore iuris municipalis clausam, & sic præstita prius per dictum Titium idonea cautione iuxta dictam regiam declarationem. Attendens in super die decimo septimo prædicti mensis Aprilis, per eundem Titium fuisse oblatã supplicationẽ qua in effectu supplicatur dictam Bertã eius vxorem quæ vt supra dictum est in & cum præ Kalendata regia sententia condemnata fuit quód tradatur dicto eius viro immuranda iuxta dictum vsaticum mariti vxores immurari in domo de les Egyptiacas in vna de domunculis ibi ad dictum effectum edificatis, cum ad præsens non habeat dictus Titius domũ in præsenti Ciuitate Barcinonæ: vt hæc & alia in dicta supplicatione latius continẽtur, ad quam fit & habetur relatio, insequendo conclusionẽ in Regio cõcilio factam dictoq; magnifico. N. relatore referẽte prouisum et declaratũ fuisse, quód dicta Berta tradatur dicto eius viro immuranda*

in dicta domo de les Egyptiacas iuxta formam, seriem, & tenorem dictæ regiæ sententiæ latæ die. 4. Aprilis. 1603. attento consensu dicti Titij eius viri, Ea propter præinsertas exequendo regias sententiam & prouisionem ac etiam insequendo formam mentem & tenorem dictæ regiæ declarationis in corpore iuris municipalis introclusæ Gratis &c. per firmam validam & solemnem stipulationem, ac virtute sacramenti & homagij per eum inferius præstiti pænaq; infra scripta conuenit & bona fide promisit Excellentissimo Domino Locumtenenti generali, & regiæ curiæ dictæq; Bertæ eius vxori licet absentibus & mihi notario infrascripto tanquam publicæ & authenticæ personæ pro ipsis & pro alijs etiam personis. &c. quòd quotiescunque dicta Berta immurata in vna de domunculis in dicta domo de les Egyptiacas præsentis Ciuitatis ad id destinatis & deputatis fuerit, quòd dabit seu dari faciet dictæ Bertæ vxori suæ vnum sach Payl. sufficiens in quo dormiat & vnum lodicem cum quo se cooperire ipsa valeat & decem octo vncias panis cocti competentis pro qualibet die, & aquam quantam voluerit. Et quòd non dabit dictæ Bertæ aliquid, aut faciet dari propter quod illam præcipitet ad mortem, aut aliquid faciet, vt dicta Berta moriatur. Et si contrarium fecerit quòd Deus auertat incidat & incidere vult in pœnam quingentarum librarum monetæ Barcinonæ regiæ curiæ acquirendarum & pro fractore sacramenti & homagij. Et vt de prædictis regiæ curiæ cautum sit, dedit in fideiussores magnificos. N. &. N. &. N. qui cum dicto Titio, & sine eo insolidum se obligarunt. &c. Ad hæc. &c. dicti fideiussores acceptando dictæ fideiussionis onus, conuenerunt, & bona fide promisserunt dictis domino Locumtenenti generali & regiæ curiæ nec non dictæ Bertæ licet absentibus & notario. &c. quòd cum dicto principali suo & sine eo tenebuntur, et quilibet eorum insolidum tenebitur de prædictis omnibus et singulis per dictum Titium eorum principalem superius promissis. Et pro his complendis. etc. tam principalis, quám fideiussores obligarunt personas et bona eorum, et cuiuslibet eorum insolidum mobilia. etc prout et quemadmodum in debitis fiscalibus et regalibus est

fie-

fieri consuetum renuntiarunt quantum ad hæc beneficio nouarum constitutionum diuidendarum & cedendarum actionum, Epistolæ diui Adriani, & consuetudini Barcinonæ, &c. & dicti fide iussores legi, quòd prius conueniatur principalis &c. & alij dicenti, quòd sublato principali, &c. & omnes tam principalis quàm fideiussores priuilegio militari, &c. nec non etiam foro proprio &c. submittentes se & bona eorum, et cuiuslibet eorum in solidum foro dicti Excellentissimi domini locum tenentis generalis, regiæ curiæ, & alterius cuiuscunque, etc. renuntiantes legi dicenti, quòd quis ex pacto, &c. & legi si conuenerit, &c. & omni alij iuri, etc. Et vt prædicta, etc iurarunt. &c. Et dictus principalis præstitit sacramentum & homagium ore & manibus commendatum in posse magnifici. N. algutzirij regij extraordinarij nomine Regis recipientis, &c. prout latius in dicto instrumento sunt contenta. In quo fuerunt testes. N. et, N. ciues Barcinonæ. Vt igitur præmissis propria manu scriptis in iudicio et extra fides impendatur, ego dictus. N. notarius ex licentia mihi concessa per magnificum vicarium Barcinonæ hic me subscribo et meum solitum artis notariæ appono signum.

Præstita iam dicta cautione dictus Titius maritus in comitiua alicuius Regij Algutsirij accedit ad regios carceres, in quibus petit acommentarienſe dictam Bertam condemnatam tradi & liberari dicto regio algutzirio ad effectum immurandi illam in vna ex domunculis domus de las Egyptiacas, in vim supra dictarum regiæ sententiæ & prouisionis ac illarum debitæ executionis. Et tunc commentarienſis regiorum carcerum parendo prouisis in & cum dictis sententia & prouisione tradit & liberat dictam Bertam regio algutzirio firmata prius apocha per dictum Titium illius maritum prædicto commentarienſi. Et apocha debet esse seriei & tenoris sequentis.

13. *Vniuersis & singulis. etc. attestor & fidem facio cum præsenti ego N. authoritate regia notarius publicus Ciuis Barcinonæ quód instrumento apud me recepto & testificato Barcinone die. xviij. mensis Aprilis anni præsentis scilicet Millesimi, Sexcẽtesimi tertij,*

magnificus Titius domicellus gratis. etc. confessus fuit et recognouit se habuisse realiter et de facto recepisse in notarij et testium praesentia à. N., regio commentariense carcerum regiorum praesentis Ciuitatis Barcinonae Bertam vxorem dicti Titij ad effectum immurandi illam in vna ex domunculis domus de les Egyptiacas. Modus receptionis et traditionis est, quoniam de voluntate et in praesentia dicti Titij illam recepit magnificus. N. regius Algutzirius extra ordinarius Ciuis Barcinonae ad effectum ducendi illam in dictam domum. Et ideo. etc. et sic concluditur in instrumente more notariorum.

Et extracta dicta Berta à regijs carceribus ac posita in manu regij officialis, vt eam captam duceret ad dictam domum de les Egyptiacas instante semper Titio eius marito, ad effectum immurandi illam iuxta prædictas regias sententiam & prouisionem, incontinenti per eos arripitur iter recta via versus eandē domū, semper ipsa Berta vt prædicitur capta, & statim quòd omnes ad dictā domū perueniunt, scilicet Titius maritus, Regius algutzirius cum ipsa Berta capta, ibi, pro effectuatione & executione dictarum sententiæ & prouisionis dicta Berta recluditur, & immuratur in vna ex domunculis dictæ domus, pro quibus seruanda est forma in sequenti instrumento contenta.

14 *NOuerint vniuersi etc. quòd cum ad relationem dilecti consilia-rij regij. N. et de regio cōcilio die. 4. Aprilis. 1603. esset lata sentētia in regio criminali concilio aduersus et contra Bertam vxorem magnifici Titij domicelli, in et cum qua dicta Berta condemnata extitit vt traderetur dicto viro suo immuranda in eius domo iuxta vsaticū mariti vxores, praestita prius cautione per dictū Titiū iuxta dictū vsaticū. Cumq; ad supplicationē dicti Titij die. 17. eiusdē mēsis Aprilis prouisum extitit in dicto regio cōcilio quód dicta Berta traderetur eius viro immurāda in quadā domūcula domus de les Egyptiacas praesentis Ciuitatis, exquo dictus Titius nō habet domū aptā in praesenti Ciuitate, prout in dictis regijs prouisione et sentētia latius sunt cōtēta. Pro quarū executione dictus Titius praestita prius dicta cautione penes notarium infrascriptū, die praesenti et infrascripta,*

et ha-

& habens dictam Bertam sibi traditam per regium commentariẽsem præsentis Ciuitatis in posse de. N. regij algutZirij illam tradidit & immurauit in modum sequentem. Quoniam die. 18. Aprilis anni. 1603. præsente & ad hæc vocato me. N. regia authoritate notario publico ciue Barcinone & præsentibus etiam. N. & . N. Ciuibus Barcinonæ testibus ad ista vocatis specialiter & assumptis, constitus personaliter dictus Titius, & . N. regius algutzirius habens dictam Bertam ibidem præsentem in dicta domo de les Egyptiacas, quæ sita est prope vicum del Carme præsentis Ciuitatis coram & ante præsentiã de. N. viduæ relictæ de. N. quondã matris dictæ domus de les Egyptiacas præsentis & existentis, dictus N. regius algutZirius nomine regiæ curiæ tradidit dictam Bertam ibidem præsentem in comandam ad effectum immurandi eam dictæ. N. viduæ matri dictæ domus quæ quidem. N mater prædictæ domus illam accepit, obtemperando regijs mandatis, promisitq; illam custodire bene & legaliter vt decet sub obligatione omnium bonorum suorum. Et in continenti ad alios actus non se diuertendo, pro effectuatione & executione dictæ regiæ sententiæ & prouisionis in mei dicti & infra scripti notarij & testium supra dictorum præsentia, dicta Berta fuit per dictos. N. matrem dictæ domus & . N. regium Algutziriuum, & Titium maritum missa introclusa et immurata in vna ex domunculis dictæ domus de les Egyptiacas continente in se latitudinẽ quindecim palmorum, & longitudinem viginti palmorum, & altitudinem sex decim palmorum, cum foramine & rexia, per quod recipit lumen cali cum foramine ad purgandum immunditias corporis & vno saco payl siue vna marfega, & vno lodice siue flassada, ad se cooperiendum. De quibus omnibus & singulis sic vt prædicitur actis dictis gestis & secutis dictus Titius petyt & requisiuit publicum confisci instrumentum, sibiq; et alijs quorum interest dari tradi & liberari. Quæ fuerunt acta in dicta Ciuitate Barcinonæ die mense anno & loco prædictis: præsente me dicto notario, & præsentibus etiam testibus ante dictis ad præmissa vocatis specialiter & assumptis prout superius continetur.

Signum. etc.

Hucusque diximus maritum
15. posse vxorem suam accusare de adulterio, & eius accusationem deduximus vsque ad vltimam executionem. Nunc merito quæri potest, an è conuerso, ipsa vxor possit suum maritum etiam de adulterio accusare? Cui dubitationi distinguendo facile satisfacere possum. Aut quæritur an ipsa vxor velit accusare virum suum de adulterio quoad pœnam ei infligendam? & in hoc casu respondeo, ipsam vxorem non posse. vt in. l. 1. C. ad leg. Iul de adulter. publico enim iudicio non habere mulieres adulterij accusationem (quamuis de matrimonio suo violato quæri velint) lex Iulia declarat. Quæ cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset; non idem fœminis priuilegium detulit. vt ibi in dicta. l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter. Vide quoque glos. in eadem. l. in verbo. declarat. Aut quæritur an possit ipsa vxor accusare maritum de adulterio quoad thori separationem? & in hoc casu dico, eam posse. vt text. in capit. 1. extr, vt lite
17 non contesta. super quo videndi sunt Ioan. Andr. Henrri. Boich. Antoni. de Butr. in capit. tuæ extra. de procuratorib. Et est communis opinio vt dicit Bermon. de concubin. folio. 35. post numer. 32. Ex quo colligi potest tantam esse huius criminis immanitatem, vt licet iure diuino cautum sit; vt quos Deus coniunxit homo non separet, nihilominus ex causa adulterij conceditur ipsius matrimonij separatio. vt est text. in capit. litteris. de diuor.
16 cum similib. Vnde sequitur, quòd facta separatione propter viri adulterium, ipsa vxor recuperat dotem; & etiam donationem propter nuptias. Nam sicut per adulterium vxoris vir lucratur dotẽ, vt infra latius explicabitur, ita mulier propter viri adulterium lucratur donationem propter nuptias. vt probatur in. l. consensu §. si vero. C. de repud. ita tenet etiam Marquill. in dicto vsati. mariti vxores. in versic. Quæro ecce. Et ita firmant Doctores omnes. vt ait Paris. consil. 54. num. 42.

Et non solum mulier propter adulterium per eam commissum, (accusante viro) punitur pœna in clusionis & immurationis supradictæ, verum etiam amissionis dotis. Et pro his decidendis constituo sequentem conclusionem.

Conclusio autem hęc est, quòd
17 mulier propter adulterium per eam commissum suam amittit dotem, & eam maritus lucratur. probatur hæc conclusio per tex. in dicto vsatico. mariti vxores in finalibus verbis vbi dicitur, vxorem cõuictam debere venire in manu viri sui cum cunctis quæ habue-

rit.

rit. concordat text. in cap. plerumq; de donatio. inter vir. & vxor. extra. & eſt text. in. l. cum mulier. 1. ff. ſolu. matri. Et dicunt hanc eſſe communem opinionem Bermond. de concubinis. fol. 43. num. 42. Bald. Nouell. de dote in vndecima parte. §. hactenus. nu. 36 Iul. Clar. in. §. adulteriũ. in verſi. Et ſcias. Vbi plures allegat cõcordantes. Et ſequuntur practici noſtri eandẽ opinionem in dicto vſati. mariti vxores. Intelligo tamen hanc concluſionem veram eſſe & locum obtinere in ea dote quam ipſa vxor ad ſuas habet voluntates, quod probatur ex dicto vſatico. mariti vxores. infinalib. verbis: ibi cum cunctis quæ habuerit. ita Marquil. ibidem dicens, hoc eſ ſe menti tenendum. Et ita conſtat fuiſſe in Regia audiẽtia declaratũ in & cum ſentẽtia lata die. 23. Mar cij, anni. 1602. referente magnifico Hieronymo Aſtor Rẽgio conſiliario & Doctore Regiæ audiẽtiæ in cauſa quæ ibi ducebatur inter pupillos filios & hæredes Philippi de Portules ſeu eorum tutores & curatores ex vna, & Monſerratũ Faner, & poſt eius obitum Guiomarem Perayre ex altera.

18. Ampliatur. 1. dicta concluſio vt non modo ipſa adultera amittat dotem, verũ etiam bona paraphernalia ita tenuit glo. in dicto cap. plerumque, in verbo dotalicium, & dicit Boer. in deciſio. 338. num. 2. ita cõmuniter teneri. Idem Bermond. in loco prẽallegato de concubi. fol. 46. num. 49.

19. Ampliatur. 2. dicta concluſio vt locum etiam obtineat non ſolum propter adulterium, ſed etiã propter ſolum oſculum alteri viro quàm marito datum, vel quia ille ſibi manus ad mamillas poſuit ita Bal. in cap. tuæ. num. 4. de procur. Et dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Belom. in rubri. C. de eden. nu. 81. Et Iul. Clar. in. §. adulteriũ. in verſi. Scias etiam. vbi dicit, quòd cum adulterium ſit difficilis probationis, & oſcula dicantur proxima, & fere immediata præparatoria adulterij, optimê ſtatutũ eſſe, vt mulier eo ipſo quòd conuincitur oſculũ amatori dediſſe, dicat etiã de adulterio conuicta. Quod dicit intelligendũ eſſe procedere, nõ modo quantũ ad proceſſũ ciuilẽ, ſed etiam ad puniendã eam criminaliter de adulterio. Quod dicit eſſe de mente omnium Antoni. Gomez. ſuper. l. 80. Tauri. num. 50. & vide Deci. in rubri. extr. de iudi. in prima lectura. & in rubri. C. de edendo. in prima cõcluſione. Vbi declarat quomodo debeat intelligi ne mulieres tãtũ terreantur. vide etiam materiam hanc in ſingulari Ludo. Roma. 315. & late in additio. facta ad dictũ ſingulare. Dicit tamen ipſe Iul. Clar. ibidẽ quòd ipſe non ſequeretur in iudicando dictam opinionẽ ad impo-

nendam pœnam ordinariam delicti.

20. Ampliatur.3.vt etiã locum habeat in muliere quæ non obstante legitimo impedimento matrimoniũ illegitimè cõtraxit, & cõstãte dicto matrimonio fornicauit, fæderãdo cõnubia, adulteriũ cõmittendo, propter quod fuit priuata dote: quia quamuis postea matrimonium declaretur nullum, dicitur adulterium commisisse: & obeam causam dotem quoque amisisse. Nam quamuis dici posit, quód stante nullitate matrimonij non posit dici adulterium, & consequenter neque ipsa dote priuari, tamen in contrarium est rei veritas: cum considerandus sit matrimonij status qui erat tempore commisi criminis saltem putatiuê, & mala intentio ipsius mulieris, quæ ex nullitate matrimonij deinde declarata excusari non debet, saltem postquam iam super ipsa dotis priuatione fuit pronuntiatum. tenet glos. in dicto cap. plerumque. in verbo. non valebit. Et est communis opinio vt dicit Bald. Nouel. de dote. in. 11. parte. in. §. hactenus. num. 36. Antoni. Gomez. super dicta. l. 80. Tauri. post num. 48. versi. 2. Ioan. Lup. in rubri. de donatio. inter vir. & vxor. §. 36. num. 3. & Iul. Clar. in. §. adulterium. versi. Sed quid si aliquis.

21. Ampliatur denique. 4. vt locũ habeat ratione adulterij cõmissi per sponsam quæ matrimonium contraxit per verba de præsenti: quia in ea locũ habet pœna adulterij, etiã si à viro cognita adhuc non fuerit. Facit glo. in cap. discretionem. in verbo. reatum adulterij. de eo qui cogno. consangui. vxoris suæ. Quam glos. tenent omnes vt attestatur Iul. Clar. in. §. adulterium. in versi. Sed hæc omnia. referens idem attestari Mantua. in. l. transigere. num. 52. C. de transactionib. Secus vero si sit tãtum sponsa per verba de futuro. vt tenent communiter Doctores attestante Antoni. Gomez. super dicta. l. 80. Tauri post num. 47.

22. Limitatur nunc. 1. dicta conclusio vt non procedat nec vera sit, quando vxor non fuisset accusata per maritum de adulterio: quia tunc ipse maritus dotem non lucratur. Quod probat Marquil. arg. à contrario sensu dicti vsatici. mariti vxores. quod argumentum fortissimum est in iure. vt in. l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius cui mand. est iuris. Et est ratio, quia ad hoc quòd vxor propter adulterium dotem amittat requiritur, quòd à marito accusetur, & per testes vel manifestis indicijs conuincatur, vt vult & innuit dictus vsaticus. mariti vxores. pro quo etiam allegatur. l. rei iudicatæ. §. 1. ff. solu. matri. ibi cum dicitur correctionum vero morum.

Et

Et hanc partem sequitur Iacob. de Bella perti. in. l. omni modo. C. de in officio testamen. & in. l. post diem. ff. de lege comisso. sequuntur idem antiqui sapientes in dicto vsatico relati per Marquil. in cod. vsatico. col. 4. in versi. Sed pone. Quare si maritus moriatur
23. nulla facta contra vxorē de adulterio accusatione, eius hæredes obijcere non poterūt vxori, quód propter adulterium amiserit dotem, immo tenentur ei dotem integrā restituere. ita resoluit Marquil. in dicto vsati. mariti vxores. in versi. iuxta quod quæro. col. 4. vbi ad longum tractat hunc articulum etiam vsque ad col. 6. & tādem tenet, quòd siue adulterium sit notorium, siue publicum, quòd hæredes mariti post mortē ipsius exceptionem de adulterio opponere non possunt, demptis tribus casibus. Primus est, quando maritus iam præparasset suam accusationem: quia tunc eius hæres potest illam perpetuare. vt in. §. 1. in
25. stitu. de perpe. & tempo. actio. l. vni. C. ex delic. defunc. & l. siquis filium. C. de in officio. testa. Secūdus casus est, si maritus non habuit tempus conquærendi ex culpa vxoris, vel alterius: quia tunc eius hæres conquæri potest, vel excipere. vt in. l. 1. §. penul. ff. si quis testam. liber esse ius. & l. fi. C. ad leg. Iul. de adulter. Tertius denique est, si maritus fuit in seruitio Principis, & ibi mortus fuerit: quoniam talibus non currit tē pus. vt in. l. 1. & 2. C. de re mili. lib. 12. & l. miles. §. quidam. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Limitatur. 2. dicta conclusio, 24
vt non procedat, quando vir vxorem adulteram sibi recōciliaret: quia cum postea non possit ei propter dictam reconciliationem obijcere de adulterio, nec ipsa amittet dotem, nec maritus eam lucrabitur. Et ratio est, quia maritus cū dicta reconciliatione videtur illi adulterium remisisse. ita legitur & notatur ad plenum in cap. quē admodum. ext. de iure iuran. Et aduertit Iul. Clar. in. §. adulteriū. in versi. Caueat. quód caueat maritus ne sciens vxorem esse adulteram se cum ea carnaliter commiscat: nam ex eo videtur illi crimen illud in iniuriam & infamiā ipsius commissum remittere. ita tenet glos. in cap. fi. in glos. vni. de adulter. censetur enim ex hoc mores suos approbasse. Quinimo, vir qui rem habet cum vxore adultera non facta prius pœnitentia, peccat mortaliter. vt notatur. in c. cōiugio. 32. q. 1. Et dicit Iul. Clar. in loco citato, quòd hodie adulteri ad hoc non aduertunt & male. vt dicit Bertachi. in suo repertorio. in verbo adulter. nu. 3. Sublimitantur tamen prædicta vt vera esse existimentur nisi post dictam reconciliationē iterum vxor fornice-

nicetur: quia eo casu poterit maritus contra eam etiam obijcere de adulterio; non obstante quòd prima iniuria fuisset remissa. ita legitur in dicto capit. quemadmodum. extra. de iure iuran. & in glos. 3. in capit. plerumque. de dotionib. inter vir. & vxor. Humanum enim est peccare, sed diabolicum est perseuerare. Et propterea talis vxor volens ab hæredibus mariti dotem repetere, obstabit ei exceptio adulterij commissi post dictam reconciliationem. Quod intelligo verum, si maritus dum viuebat instituisset iam accusationem cõtra suam vxorem iuxta dictum vsati. mariti vxores. Secus vero si maritus dum viuebat tacuisset & dormiuisset in non accusando eam: quia dicta taciturnitas prodest vxori quoad dotis repetitionem, & hæredibus mariti nocet; qui illam restituere tenentur non obstante exceptione adulterij ab ipsis hæredibus tantum oppositа: vigilantibus enim & non dormientibus iura prodita sunt. vt in. l. pupillo. in fi. ff. de his qui in frau. creditor. ita resoluit Marquil. in dicto vsatico. mariti vxores. in. 6. &. 7. colum.

Et antequam hæc omitamus propono casum quòd quædam mulier quæ matrimonium contraxit per verba de præsenti, antequam benedictionem nuptialem in facie sanctæ matris Ecclesiæ susceperisset fornicata fuit adulterium hoc modo committendo vt supra in ampliatione. 4. dictũ est, ex qua fornicatione fuit effecta prægnans, & postea dum habitaret cum viro suo infra quatuor mensium spacium peperit filium de quo maritus non potuit non contristari; maximé intelligens computatis mensibus, vxorem suã dum eius sponsa per verba de prę senti esset illud facinus commisisse. Verum cum maritus reputet se hominem ęstimationis & honoris, arbitratur illud delictum celare, & nemini diuulgare, & sic prædictæ suæ vxori peccatum illud condonare & remittere. Atque ita videns ipsa vxor misericordiam quam ipse maritus erga eam impartitur, vt ostendat se illi gratam vult ei ręmittere quamcunque actionem, petitionem, & demãdam quæ suis casu loco & tempore ei & suis competeret competereque posset ratione dotis suæ sponsalicij & augmenti. Quæro igitur an dicta vxor possit cõstante matrimonio dicto marito suo dictã donationem & remissionem actionũ facere, & casu quo possit, qua forma id faciẽdum sit? Respondeo ad primũ, & dico rẽ hãc prima facie videri aliquantulũ dubiam, ex quo legibus cauetur donationẽ inter virũ & vxorẽ nõ valere. vt in. l. 1. 2. &. 3. ff. de donatio inter vir. & vxor. & in. l. 1. & ꝑ totũ. C. eod. tit.

&

& regulariter hæc est communis omnium Doctorum sententia. Ergo videtur ex his concludi posse prædictam vxorem constante matrimonio non posse donare & remittere viro suo actiones suis casu loco & tempore sibi & suis cõpetentes ratione dotis suæ sponsatij & augmenti. Verum ipse, ijs nõ obstantibus, existimo in casu proposito contrariam sententiam veriorem esse, duabus maximè attẽtis rationibus. Prima est, quód regula quæ ex supradictis legibus deducitur, id est, donationem inter virum & vxorem non valere, limitatur & non obtinet locum, quando donatio protrahitur in tempus finiti matrimonij, prout erit in casu proposito. vt expresse probatur in. l. sed interim. ff. de donatio. inter vir. & vxor. de quo vide Petr. Dueny. in regu. 221. in. 3. limitatio. Secunda ratio est, quòd prædicta regula nõ procedit etiã quando talis donatio esset reciproca. vt est glo. in. l. licet. in verbo. inter priuatos. C. de pact. & probatur in. l. quod autem. §. si vir. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Quod etiam tenet Ludo. Roma. in singula. 820. Et hoc verum esse aiunt, quando donatio vnius sequitur donationem alterius in continenti, secus vero ex interuallo: quia tunc etiã donatio reciproca esset inualida. vt est tex. singularis in. l. quæ iam nuptæ. ff. de donationib. inter vir. & vxor. Secundum eundem Ludo. Roma. in dicto singulari. & tetigit eandem declarationem. Socin. in regula. 104. in prima fallen. & Cæpola. cautela. 112. in princi. sed Iaſ. in. l. si pater puellæ. C. de in officio. testa. hoc obtinere verum atque dictam. l. quæ iam nuptæ. loqui in donationib⁹ puris, secus quando donatio est collata post mortem, vt in casu nostro, in quo donatio vt dictum est protrahitur ad tempus finiti matrimonij: quia tunc sufficit alteram prius fieri, licet non eodem tempore. vide additionem ad dictum Ludouici Romani singulare. Quem intellectum multis modis comprobat Ioan Lup. in rubri. extra. de donationibus inter vir. & vxor. §. 50. col. 6. & sequẽ. Ex quibus deducitur, quòd cum maritus det & remittat vxori omnes actiones aduersus sibi in vim vsatici mariti vxores propter illicitum vxoris coitum cõpetentes, poterit etiam vxor reciprocè eidẽ marito actiones sibi pro recuperatione dotis & augmenti suis casu loco & tempore competentes remittere & donare. Atque ita prædictis rationibus attentis, credo dictam donationem valere. Et nihilominus fateor me desideraſſe aliquam regiam decisionem super his factam videre.

Nunc præsuppositò, vxorem posse prædictam donationem viro

ro ſuo ex cauſa prædicta facere, quæro ſecundo qua forma vxor id facere debeat? Reſpondeo, id fieri debere cum inſtrumento publico quod in forma ſequenti cõcipiendum eſt.

25. *NOuerint vniuerſi, &c. quód ego Iulia vxor veſtri Bernardi t. poſtquam vobiſcum contraxi matrimonium per verba de præſenti, & antequam nuptialem vobiſcum nuptialem acciperem benedictionem commiſerim adulterium iniquitatis filio inſtigante quod etiam euidenter apparet, adeò quód non poteſt terguerſatione aliqua occultari: quia poſtquam vobiſcum accepi benedictionem in facie eccleſiæ nuptialem infra quatuor menſes prolem habui ex dicto adulterio procreatam, propter quod ad veſtri dicti Bernardi t. mariti mei cohabitationem reputo me indignam, & etiam dotis meæ & ſponſalitij non capacem, & pœnis & alijs de iure & conſuetudine affligendam. Et vos dictus Bernardus maritus meus inſpirãte patre luminum me (miſericorditer procedendo) licet indignãre-tinueritis in thori cohabitatione, & etiam tantum crimen meum et tantam infamiam nolueritis nec vultis alicui diuulgare. Id circo gratis, &c. per me & omnes hæredes & ſucceſſores meos quoſcunque ex cauſis prædictis dono, abſoluo, diffinio, & remitto vobis dicto Bernardo tanquam bene merito, & veſtris & cui volueritis perpetuo omnem actionem quæſtionem & petitionem vel demandam quam contra vos & bona veſtra poſſemus ego & mei nunc vel in futurum facere proponere vel monere ratione dotis meæ, & ſponſalitij mei, ac augmenti quam & quod mihi feciſtis tempore nuptiarum mearum; prout in inſtrumento ipſius ſponſalicij quòd vobis trado latius continetur. Hanc autem abſolutionem. &c.* debet continuari et finiri inſtrumentum iuxta curſum notariorum.

Cap. 26. De proceſſu quãdo á reo capto Eccleſiæ immunitas allegatur, cum formis & procedimẽtis vtriuſque curiæ, vbi multa de iuriſdictione Regij Cãcellarij inſerũtur.

1. *IMmunitas eccleſiaſtica an iuris diuini ſit vel humani.*
2. *Ius diuinum tribus modis conſiderari poteſt.*
3. *Immunitas eccleſiaſtica iure humano, & poſitiuo inſtituta eſt.*
4. *Fugientes ad eccleſias non ſunt ab eis violen-*

ter extrahendi quantumcumque grauia perpetrauerint delicta & rationes vide ibi.

5. *Pœnæ statutæ sunt contra extrahentes, violenter ab ecclesijs fugientes ad illas.*

6. *Iura canonica & Ciuilia quando discordant statur iuri canonico.*

7. *Immunitate ecclesiastica non gaudent plures casus vltra contentos in cap. inter alia de immuni. ecclesiar. vide ibi remissiuê.*

1. EX multis sacrę scripturæ locis quidã aiunt, immunitatẽ ecclesiarũ de qua dicturi sumus iuris diuini esse. Nam Exod. 2. & Nume. 35. & Deuteron. 19. dixit Deus, qui occiderit hominẽ volens morte moriatur, qui autem non est illi insidiatus, sed Deus tradidit illũ in manibus eius, constituam tibi locũ in quo fugere debeat. Quod etiam ipse Deus executus est. Iosue. cap. 20. vbi constitutæ sunt iussu Iosue sex Ciuitates ad quas homicidæ in voluntarij fugientes tuti forent. Et tametsi hæ forent Ciuitates, non ecclesiæ, tamẽ multo magis idem videtur dicendum in ecclesijs. Ex quibus igitur probatur, mentem Dei fuisse vt homicidæ inuoluntarij locum aliquem haberent in quo fugientes tuti essent. Altare etiam tutũ reddebat siquis ad illud confugeret vt probatur Exod. 21. ibi siquis per industriã occiderit proximum suũ, & per insidias ab altari meo euelles eũ vt moriatur. Quæ lex vetus fuit iure canonico renouata per text. in cap. 1. extra. de homicid. Atque ita. 3. Reg. cap. 1. in fin. dicitur, quòd Adonias filius maior Dauidis timens Salomonem Regem abijt in tabernaculum Domini, tenuitq; cornu altaris eius vt tutus esset. Habetur etiam Psal. 57. santificauit tabernaculum suũ altissimo. & Nume. 7. sanctificauit Moyses tabernaculum. Et dicitur etiam Psalm. 91. Decet domum tuam sanctitudo. quod refertur in cap. 1. de immuni. ecclesiar. & Prouerb. 24. Eripe eum qui ducitur ad mortem, quod etiam refertur in cap. non inferenda. 23. quæst. 3.

Prædictis tamen plures aduersantur rationes quibus comprobatur Dominum nolle in eius ecclesia receptari latrones, homicidas, & alios facinorosos homines. Et primo facit text. Deuterono. cap. 9. quod refertur in. c. est iniusta. 23. quæs. 4. dum ibi dicitur, mittens seniores Ciuitatis illius, & accipient illum de loco refugij, tradentq; in manu proximi cuius sanguis effusus est & morietẽ, nec misereberis eius, & auferes noxium sanguinem de Israel: vt bene sit tibi. Secũdo aduersatur tex. 3. Reg. cap. 2. vbi Rex Salomõ iussit Ioab

qui

qui ad templum confugerat de eo eijci, eiectumq; interfici, quem denique cum nollet etemplo recedere Banaias iuxta Salomonis imperium in templo occidit. Tertio etiam facit illud quod Christus dixit, domus mea domus orationis est, vos autem feciſtis eam ſpeculuncam latronum. Si igitur domus est orationis, ecclesia ergo non erit domus, nec refugium delinquentium. Vnde ipse Christus Saluator noster noluit tollerare ementes dumtaxat & vendentes in ecclesia, sed eos flagellis eiecit. Vt habetur Ioan. 2. & Lucæ 16. Quarto iuuantur prædicta, quia iniusta est misericordia quæ dum liberat multorum exitia cogitantem, insontes & innocentes tradit exitio. dicto cap. est iniusta 23. q. 4. Ecclesia enim debet esse fautrix iustitiæ non iniustitiæ. Iusti enim miseris compati debent, sed delinquentibus indignari. c. vera 45. distinctio. l. obseruãdum. ff. de officio præsid. & in auth. de mandatis princi. §. talem vero. Qua propter concludi ex prædictis videtur, prædictam ecclesiæ immunitatem non esse de iure diuino.

2. Dictam tamen controuersiam sic dilui & diffiniri posse arbitratus sum, quód ius diuinum altero de tribus modis considerari potest. Vno consideratur ius diuinũ propriè, quod scilicet in Decalogo continetur. Altero considera-

tur ius diuinum in quantum ad legem refertur euangelicam, & altero consideratur vti ius veteris testamenti à Moyse in legalibus & ceremonialibus præceptis datum populo Israelitico. Nunc dicamus, quòd in quantum consideramus ius Diuinum quòd in decalogo continetur, & in quantum refertur ad legem Euangelicam, immunitatem hanc non esse iuris diuini: quia nullibi reperitur in Euangelijs neque in scripturis noui testamenti scriptum, quòd illo iure hæc immunitas inducta & cõstituta fuerit, atteſtatur Tiber. Decian. in tracta. crimi. tomo. 2. lib. 6. cap. 25. num. 2. Sed in quantum consideramus ius diuinum vti ius veteris testamenti à Moyse in legalibus & ceremonialibus præceptis datum populo Israelitico, eo iure fateri nos oportet, dictã ecclesię immunitatem inuẽtam fuisse & conceſſam tam ciuitatibus illis ad quas dabatur refugium, quàm templo tabernaculo, & altari. Sed debemus scire leges omnes illas, & veteris testamenti ceremonias aduentu Christi sublatas fuisse cap. translato. de constitutio. vbi omnes. & tradit Diuus Thom. 1. 2. quæst. 97. Vnde patet, nullo modo posse dici hanc ecclesiæ immunitatem esse iuris diuini. Quare concludamus, quód cum

3. hæc immunitas fere in toto christianorum orbe subsistat eam legibus

gibus postea tã canonicis, quàm ciuilibus fuisse inuentam & renouatam ad similitudinem prædictarum legum veteris testamenti, & consequenter eam recte ad Christianæ religionis vtilitatem, sacrorum canonum ecclesiæ vniuersalis, sanctorumq; virorum authoritate humano & positiuo iure statutam fuisse. vt tenet Couar. variar. resolu. lib. 2. cap. 20. num. 1. versi. Tertia conclusio. Hæc probantur Diui Augustini, aliorumq; sanctorum virorum testimonijs, quorum Gratianus meminit. 17. q. 4. præsertim in. c. miror. c. reum. c. constituit. &. c. diffiniuit vbi & concilia ad id citantur. tex. celebris in cap. inter alia. cap. pen. & fi. de immuni. ecclesiar. c. id constituimus. 17. q. 4. l. 2. 3. &. l. præsenti. C. de his qui ad ecclesias confugi. Et hanc confirmamus sententiam & opinionem ex decreto sacri concilij Tridentini. cap. 29. sessio. 25. qui tex. immunitatem ecclesiasticam iuxta sacrorum canonum, & concilia, ac apostolorum decreta inuiolabiliter obseruari mandat. Quod etiã sequitur Prosper. Farinace. in tracta. crimi. tomo. 1. de carcerib. & carcera. q. 28. num. 1. quidquid dicat Anestasius Germoni. lib. 3. de sacror. immuni. cap. 16. num. 4. & seqq.

Retenta igitur hac opinione scilicet ecclesiæ immunitatem iuris humani & positiui esse, antequam ad practicam huius processus condescendamus, scire pro theorica quoque nos oportet, iura canonica & ciuilia super immunitate ecclesiastica concorditer

4. disposuisse, hoc est, delinquentes qui ad ecclesias fugiunt immunitatem consequi & ideo ab eis non esse violenter extrahendos. probatur hæc conclusio in cap. inter alia. de immuni. ecclesiar. in quo tex. iuxta sacrorum canonum statuta, & legum ciuilium traditiones regulariter disponitur, fugiẽtes ad ecclesiam quantumcunque grauia delicta perpetrauerint nõ esse violenter ab ea extrahendos. concordat text. in. c. sicut antiquitus. 17. q. 4. c. reum. c. frater. c. miror. c. quisquis. &. c. siquis. ead. 17. q. 4. De iure vero ciuili probatur in. l. fideli. & in. l. præsenti. C. de his qui ad ecclesias confu. & toto illo titu. & probatur per priuilegium concessum brachio ecclesiastico de quo constat in titu. de las sanctas Sgleſias. cap. 5. 6. in noua compila. pracmaticarum & in toto tit. de contentionis de iurisdictions in pracmaticis. Quibus ciuilibus iuribus etiam expresse probatur, nemini licere ad sacro sanctas ecclesias confugientes abducere. Et huius conclusionis ratio multiplex esse potest. Prima atque potissima deducitur ex tex. in dicto. c. reum. dicta. 17. q. 4. vt

honor

honor ecclesiarum conseruetur. Ex quibus verbis apparet immunitatem confugientium ad ecclesias introductã fuisse ob honorem & reuerentiam Dei. Quod approbat Remigi. de immuni. eccles. in regula principali. num. 2. vbi allegando Ioannem de Vischis dicit ob honorem & reuerentiam Dei, & charitatem, & pietatem proximi, dictam immunitatem inuentam fuisse. Sequitur idem Paz in pract. tomo. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. num. 23. Bouadilla. in sua politi. tomo. 1. lib. 2. cap. 24. numer. 1. In legibus etiam ciuilibus aliæ assignantur rationes scilicet, ne in sacro sanctis ecclesijs, & in alijs quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete vota competit celebrari fiant seditiones, à quibus in dictis ecclesijs abstinendum est. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confug. & ne etiam homines in eis vtantur conclamationibus, ne ve in eis moueantur tumultus, aut imperium quis committat, vel conuenticulam collecta multitudine in qualibet parte Ciuitatis vel vici vel cuiuscunque loci colligat, aut celebret, vt in ecclesiam irruat. ita in dicta. l. denuntiamus. & ibi glo. in verbo conetur. C. dicto tit. quiad eccles. confugi. Et adeò hoc obtinet locũ, quòd canones & leges contra violenter extrahentes alios ab ecclesia pœnas statuerũt. Nam text. in. c. quisquis. 17. q. 4. hos ecclesiarum immunitatis violatores pœna triginta librarum argenti purissimi punit. Verum tamen est, quòd hæc pœna hodie non exigitur; perdidit enim ecclesia per desuetudinem ius exigendi eam. vt attestatur glo. in. c. cum multæ in verbo connubio. 15. q. vlti. quam glo. refert & sequitur Angel. de Cas. inter consilia Pauli de Cas. eius patris. consil. 458. circa fi. lib. 2. & allegat idem Iul. Clar. in pract. q. 30. in prin. Præterea text. in. c. sicut antiquitus. dicta. 17. q. 4. excommunicat eos qui ecclesiæ confinia frangere tentauit. Item &. l. 2. C. de his qui ad ecclesias confugiunt. eos qui fugientes ad ecclesias subducunt Magestatis crimine teneri disponit. lex etiam finalis eiusdẽ tituli contra huiusmodi violatores pœnam vltimi supplicij statuit. Tandem Hostien. in sua summa in. §. fi. eod. titu. quærens quæ sit pœna violantium immunitatẽ ecclesiasticam in principio dicit, duplicem esse pœnam spiritualẽ id est excommunicationem, & tẽporalem, quam inquit, quãdoque maiorem quandoque minorem inueniri vt in. c. siquis contumax. 17. q. 4. Et ideo secũdum dictum Hostien. est arbitrio iudicis committenda.

5. Et quamuis verum sit iura canonica & ciuilia cõcordare ne ad ecclesiasticam

Ecclesiam fugientes inde extrahantur, tamẽ scire debemus, quód quatenus in hac materia ius ciuile discordat á iure canonico, standum est iuri canonico. Vt per Boer. decisio. 109. numer. 3. & per Tiber. Decian. tracta. crimi. tomo. 2. libr. 6. capit. 25. numer. 7. Et ratio est, quia cum tota hæc disputatio pertineat ad honorem, & reuerentiam exhibendam locis sacris, quorum cura ad Pontifices & prælatos ecclesiasticos spectat, ideo nimirum, si eorum leges & constitutiones primitus sint attendendę. vt tenuerunt glo. in dicto capitu. inter alia. & ibi Abb. numer. 24. & in dicto cap. sicut antiquitus. Imol. in clemen. 1. in fin. de pœniten. & remissio. Quod denique sequuntur omnes canonistæ: quia ius suum tuentur. Et etiam ex Iustiniani sectatoribus plures idem tenuerunt. vt Fulgos. in. l. fideli. C. de his qui ad eccles. confugi. Ioan. Fab. in. §. sed hoc tempore. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. Oldra. in cõsil. 154. in principi. Couar. variar. resoluti. lib. 2. cap. 20. numer. 3. & late Alexand. in consil. 145. volum. 7. vbi concludit etiam in terris Imperij in hoc seruandum esse ius canonicum. Et eodem iure vtimur in Cathalonia, in qua passim á delinquentibus ecclesiarum immunitates allegantur, præsertim, quòd nouissima constitutione edita in curijs anni. 1599. capit. 40. cautum est, deficientibus legibus patriæ iudicandum esse secundũ & prout iura canonica disponunt, & in canonum defectum secundum ius ciuilile romanorum. Restat tandem ex prædictis, fugientes ad ecclesiam in ea tutos esse: & immunitatem consequi. Et hæc est omnium Doctorum communis doctrina. vt dicit Gomes. institu. de actionib. in prin. num. 67. & Iul. Clar. in practi. q. 30. in prin. Et ita pluries fuisse per regios cãcellarios interuentu plurimorum Doctorũ Regij Concilij declaratũ in multis decisionibus in libris regiorũ cancellariorum scriptis.

Et licet ex cap. inter alia. de immuni. ecclesia. inferatur regula, ne liberi homines violẽter ab ecclesia extrahãtur, quantũcũq; grauia delicta perpetrauerint, & ab eadẽ regula in eodẽ tex. excipiant solũ duo casus, scilicet nisi sint publici latrones, & nocturni depopulatores aggrorum, qui dum itti nera frequẽtata vel publicas stratas obsident aggressionis insidijs ab ecclesia extrahi possunt, impunitate non præstita secundum canonicas sanctiones; ramen multi alij sunt casus in quibus delinquẽtes qui ad ecclesias se recipiũt non gaudent immunitate ecclesiastica, quos rescensent Doctores varijs in locis vt puta omnes

in dicto cap. inter alia. de immuni. eccles. Alex. in consil. 145. vol. 7. Remig. Gonni. in tracta. de immuni eccles. Couar. varia. resolutio. lib. 2. cap. 20. Iul. Clar. in practi. q. 30. Tiber. Decian. in tracta. crimi. tomo. 2. libr. 6. cap. 25. Prosper. Farinace. in tracta. criminal. tomo. 1. de carcerib. & carcera. q. 28. & Bouadi. in Politi. tomo. 1. lib. 2. cap. 24.

Vlterius ad recte formandum & conficiendũ hũc processum scire debemus, antiquitus maximũ fuisse in hoc regno discrimen circa decidendas iurisdictionum, & immunitatũ ecclesiasticarũ contẽtiones inter curiã ecclesiasticã ex vna, & curiam regiam secularem ex altera suscitatas. Existimabat enim curia ecclesiastica, quòd in casibus in quibus dubitabatur cuius esset iurisdictio, idest, an causa esset spiritualis, vel tẽporalis vel an qui violenter ab ecclesia extractꝰ gaudere deberet immunitate ecclesiastica ad eam tanquam magis dignam huius articuli & dubitationis cognitionem pertinere & spectare: præsertim per tex. in cap. si iudex laicus. de senten. excommuni. in. 6. Verum cum ex parte Regis Aragonum pluribus fundamentis & rationibus contrariũ prætenderetur, scilicet, illi solũ & suæ temporali iurisdictioni cõpetere dictas dirimere cõtẽtiones, propterea vt dictæ potestates id est ecclesiastica & tẽporalis super his ad cõcordiã reducerẽtur, quadam concordia inita & firmata inter Reginam Eleonorã ex vna, & Cardinalem cõuenarum vt Sedis Apostolicæ legatum ex altera, & capitulis dictis sancti Cucuphatis, & alijs Capitulis dictis Dertusæ, pracmaticis, ac tãdẽ pluribus priuilegijs a multis regibus brachioecclesiastico cõcessis, quę sub titu. de contentions de jurisdictio. in volumi. pracmaticarum. collocata reperiũtur, fuit in summa conuentum, sancitum, & concessum, quòd quoties contingeret tales suscitari contentiones, eligerentur per dictas curias arbitri scilicet vnus à curia ecclesiastica, & alter à curia seculari, qui infra quinque dies computandi postquam litteræ responsiuæ ab vna curia alteri præsentatæ fuerint, dictas decidерent & dirimerent cõtentiones, & quód ab eorũ declaratione nullo modo recurrere liceret. Fuit etiam eisdẽ cõcordia capitulis Dertusæ, pracmaticis, & priuilegijs conuentum, sancitum, & cõcessum, quòd casu quo arbitri à curijs electi in causis dictarum contẽtionum infra dictos quinq; dies suã non proferrẽt sentẽtiã, Cãcellariꝰ sit ipsarũ cõtẽtionũ iudex cõpetens si præsẽs sit in loco vbi Regia residet audientia, sin minus, aliquis tertius (persona tamen ecclesiastica) eligẽdus per

Do-

Dominum Regem, vel eius Locũtenentem generalẽ, & suo casu per gerentem vices generalis gubernatoris. Qui Cancellarius & in eius locum tertius electus dictas cõtentiones decidere teneatur in tra. 30. dies cõtinuos currere incipientes incontinenti finitis dictis quinque diebus arbitris concessis. Intellecto tamen, quòd fiscus regius intra primos quindecim dies dictorum triginta dierũ possit de iure suo ostendere, & nõ vltra, nisi forsan curia ecclesiastica finitis dictis primis quindecim diebus maiorem peteret dilationem: quia tunc illa partibus cõmunis esse censetur. probantur hæc omnia expresse in priuilegio per Reginam Germanam concesso brachio ecclesiastico in curijs Mõtissoni die. 1. Septembris. 1512. Et adeo dictæ contentiones dirimendæ veniunt intra dictos. 30. dies Cancellario concessos, quòd si dictum tempus absque aliqua declaratione expirare contingat, censetur in fauorem ecclesiæ declarata ipsa contentio vt latius videre est in cap. 6. priuilegij Regis Ferdinandi Secundi, brachio ecclesiastico Barcinone, die. 9. Octobris. 1481. concessi. de quo in volumine pracmaticarum in titu. de contentions de iurisdictio. Tandem scias, declarationem seu sententiam intra dictos 30. dies per regium Cancellarium latam, eadem die quo publicatur, intimari debere vt in cap. 5. eiusdem priuilegij dicti Regis Ferdinandi secundi.

Deueniendo nunc ad practicam huius processus; Ponamus, quòd quidam fuit violenter ab ecclesia extractus, & is vult ipsa immunitate ecclesiastica gaudere, quæro qua forma in his procedendum sit? & respondeo, quòd tu qui cupis dictam immunitatẽ allegare debes per te, vel per tuum procuratorem vna cum fisci procuratore curiæ ecclesiasticæ comparere coram iudice ecclesiastico ordinario: & eidem offere supplicationem in forma sequenti.

Admodum Reuerende Domine Officialis.

Ioannes. N. faber lignarius præsentis Ciuitatis Barcinonæ fuit his proxime lapsis diebus violenter extractus per. N. prætensum regium alguzirium ab ecclesia sancta Mariæ de Mari & illius

cimiterio, & postea ductus ad regios carceres dictæ Ciuitatis ratione quorundam prætensorum delictorum per dictum Ioannem N. vt falso asseritur commissorum. Et cum dictus Ioannes. N. gaudeat, & gaudere debeat immunitate dictæ ecclesiæ iuxta sacrorum canonũ statuta, nec potuerit ab ea violenter extrahi absque magno illius & dictæ ecclesiæ præiudicio, eiusq; immunitatis violatione. Id circo et aliás, dictus Ioannes. N. firmans ius et de iure fisci regij procuratori, et alijs ad quos spectet in curia ecclesiastica vestræ reuerentiæ pro decem solidis cum iuris augmento et alijs clausulis necessarijs, offerensq; de prædicta violenti extractione informationem dare prout ecce, supplicat vestræ Reuerẽtiæ, quatenus dicta iuris firma admissa dignetur scribere Excellentissimo Domino Locumtenenti generali, et eius Regiæ audientiæ, et seu magnifico. N. iudici regiæ curiæ et relatori vt asseritur causæ dicti Ioannis. N. quatenus incontinenti à dictis regijs carceribus eundem Ioannem. N liberent, et ad ad suam pristinam libertatem prout erat tempore extractionis à dicta ecclesia restituant, & alia faciant ad quæ teneantur, & sint astricti iuxta dictorum sacrorum canonum statuta pro dictæ ecclesiæ immunitate seruanda. Et si in his hesitauerit, licet hesitandum non sit, arbitrum pro parte regiæ curiæ eligant, qui vna cum arbitro per vestram reuerentiam eligendo contentionem dirimant iuxta formam concordiæ reginæ Eleonoræ & Cardinalis conuenarum Et pro his litteras firmæ iuris & contentionis in forma debita expediri. Quæ licet, &c.

Altissimus, &c.

N. Aduocatus.

Idem petit fisci aduocatus curiæ ecclesiasticæ Barcinonæ.

N. fisci Aduocatus.

curiæ eccles. Barcino.

Prædictæ supplicationi per dictum officialem ecclesiasticum fieri solet prouisio sequens.

Die

Die 13. Marcij. 1603 recipiatur informatio super contentis in supplicatione per scribam curiæ; cui testium & iuramenti receptionem committimus: intimato prius fisci procuratori curiæ secularis ad videndum iurare et recipi testes hora tertia post meridiem, et recepta prouidebitur.

N. Officialis.

Et vigore dictæ prouisionis instante fisci procuratore curiæ ecclesiasticæ per scribam seu notarium eiusdem curiæ expeditur incontinenti intima, quæ per nuncium mittitur ad Regentem regiam cancellariam, & ad iudicem, seu relatorem causæ regiæ curiæ, & ad fisci procuratorem regiæ curiæ, qua in effectu illis dicitur & intimatur, quòd eadem die compareant si comparere voluerint in consistorio curiæ ecclesiasticæ, signanter tali hora, ad videndum iurare testes producendos per dictum fisci procuratorem in causa immunitatis allegatæ pro Ioanne. N. vt prætenditur violenter extracti ab ecclesia sanctæ Mariæ de Mari, sin minus elapso termino, procedetur ad illorum receptionem. Et forma dictæ intimæ est vt sequitur.

INtimau a. N. Regent la real Cancellaria y al procurador fiscal de la regia cort que lo Reuerent Señor. N. en Drets Doctor, &c. Official per lo molt Illustre y Reuerendissim Señor Don. *N. per la gratia de* Deu *y de la S. Sede Apostolica Bisbe de Barcelona los assigna per a vuy dia present à les tres hores sien presents si volran dins lo consistori de sa cort ecclesiastica, per veure jurar los testimonis produidors per part del procurador fiscal de dita cort ecclesiastica, acerca de la immunitat allegada de la persona de Iuan N. lo qual violentment es estat extret de la Sglesia de sancta* Maria *de la Mar de la present Ciutat, altrament, passat dit termini, dits testimonis seran presos llur absentia en res no obstant, mes contumacia exhigint.* Dat *en Barcelona a. 13. del mes de Mars. 1603.*

Scriba curiæ officialatus eccles.
Barcinonæ. N. notarius.

Postea solet relatio nuntij præsentationis dictæ intimæ continuari in eadem curia ecclesiastica, in forma sequenti.

Quod quidem cartellum fuit intimatum, & notificatum dictis die & anno inter undecimã & duodecimã horam ante meridiem. N. & N. per N. nunciũ iuratum præsentis curiæ sic referentem.

Post modum dictis die & anno & hora tertia post meridiem supra assignata, accusata prius contumacia aduersus & contra supradictos nominatos legitimè citatos, & non comparentes: ac vigore prouisionis supra factæ per dictum officialem curiæ ecclesiasticæ recipitur informatio super immunitate allegata per dictum Ioannem. N.

Et recepta dicta informatione ac constito, quòd dictus Ioannes. N. fuisset extractus violenter à dicta ecclesia, tunc per dictum officialem ecclesiasticum fit prouisio sequens.

23. Marcij. 1603. Visa præsenti informatione, meritis illius attentis & aliàs prouidet, quód fiant litteræ repetitoriæ in forma contentionis cum electione arbitri de persona Reuerendi. N. canonici ecclesiæ Barcinonæ.

N. Officialis curiæ ecclesiasticæ.

Et vigore supradictæ prouisionis, instante & requirente dicto fisci procuratore curiæ ecclesiasticę, per scribam causæ eiusdem curiæ expediuntur litteræ repetitoriæ de persona dicti Ioannis. N. regiæ curiæ directæ Quæ litteræ sunt tenoris sequentis.

EXcellentissimo Domino Dompno Ioanni Teres miseratione diui Ena Archiepiscopo Tarraconæ. S. C. & R. Magestatis Conciliario Locumtenenti & Capitaneo generali in Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ nec non. N. regenti Cancellariã ac magnifico. N. I. V. D. de Regio concilio criminali & iudici regiæ curiæ, ceterisq; Doctoribus eiusdẽ Regij cõcilij, & eorũ cuilibet, Petrus. N. Decretorũ Doctor canonicus ecclesiæ Barcinoñ. officialis et in spiritualibus, & tẽporalibus Vica. Gener. p admodũ Illustri & Reuerẽdi si. in Christo patre & Domino. N. Dei, & Sanctæ sedis apostolicæ gratia Barcinonẽsi Episcopo, vestri dicti Domini Locumtenentis Excellentiæ reuerentiam debitam, alijs vero honorem debitum cum salutate. Nouerit Excellent. vestra, ceteriq; noscant, quòd comparẽs corã me, & in curia mea ecclesiastica Barcinonæ venerabilis. N. præsbyter & fisci pcurarator curiæ ecclesiast. Barcinonæ, sua cum supplicatione cõquestus fuit, quód Ioãnes. N. faber lignarius præsentis Ciuitatis fuit maxima cum violentia ab ecclesia

Beatæ

Beatæ Mariæ de Mari extractus per. N. pratensum regiũ algutziriũ & alios de quibus mihi & curiæ meæ ecclesiastica constat per informationẽ inde receptã. Quod fieri non potest obstante ecclesiastica immunitate. Et cum extracti ab ecclesijs & locis sacris gaudeant & gaudere debeant dicta immunitate ecclesiastica, & omnibus libertatibus & priuilegijs ecclesiasticis, & quia ad me pro iurisdictione ecclesiæ illiusq; immunitatis obseruatione spectat, ecclesias locaq; sacra in suis libertatibus & prærogatiuis defendere, & tueri, pro tanto ad dicti venerabilis fisci procuratoris instantiã, & requisitionẽ, Excellẽtiã vestrã humiliter supplico, alios vero ex parte præfati admodum Illustris & Reuerendiss. Dñi Barcinonensis Episcopi, et authoritate officij quo fungor requiro, et moneo, et ex mea attente deprecor, quatenus dictam immunitatẽ ecclesiasticam á iure et aliàs permissam dicto Joanni. N. et seu dictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Mari Excellentia vestra obseruari iubeat et mandet ceteriq; obseruent, et obseruari faciant prout facere tenentur in dictam ecclesiã Beatæ Mariæ de Mari seu illius cimiteriũ à quibus dictũ Ioannẽ. N extraxerunt restituendo et tornãdo: cum super prædictis et alijs tam in facto, quãm in iure consistentibus, excellentia vestra iustitiam facere habeat et teneatur, ceteriq; sint obligati. Verũ si in his Excellentia vestra hesitauerit, licet hesitandum non sit, insequendo concordiam serenissimæ Reginæ Eleonoræ et Cardenalis conuenarum, capitula Dertusæ, et alias regias prouisiones, et cõstitutiones ecclesiastico brachio cõcessas, reuerendũ. N. Decretorũ Doctorẽ præsbyterum in arbitrũ eligo, qui vna cũ arbitro per Excellentiã vestrã eligẽdo hãc sopiant et dirimãt altercationẽ: aliâs procederẽ cõtra vos. N. regentẽ cancellariã et alios per remedia sacrorũ consiliorũ Tarraconen. & aliàs prout de iure, vsu, & stylo curiæ meæ inuenero fore procedẽdũ. Et Altissimus vestrã dicti Dñi Locũtenentis excellentiã conseruet, ꝑ tẽpora lõgiora prospere et fœliciter. Datũ Barcinone die. 8. Aprilis, anno á natiuitate Domini Millesimo Sexcentesimo tertio. Petrus. N. officialis et Vicarius generalis præfatus.

Scriba curiæ Offic. ecclesiasti. Barcino.
Petrus Dalmau Not.

Relatio præsentationis dictarum litterarum debet & solet continuari in forma sequenti.

Quæ quidem litteræ fuerunt intimatæ et notificatæ die. 10. *mensis Aprilis anno prædicto. N. Regẽti Regiam cancellariam ac magnifico. N. de Regio concilio criminali et iudici regiæ curiæ inter septimã, et octauam horas ante meridiem ipsius diei per. N. nuntium iuratum curiæ ecclesiasticæ Barcinonæ sic referentem.*

Litteræ Responsiuæ à regia curia emanatæ in earũ dorso sigillatæ cum signo de registrata, et alijs debitis et assuetis solemnitatibus more regiæ curiæ expeditæ.

PHILippus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, etc. Comes Barcinonæ.

DON Ioannes Teres miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconæ S. C. et Regiæ Magestatis Consiliarius, Locumtens et Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ et Comitatibus Ruscilionis et Ceritaniæ dilecto Regio. N. Decretorum Doctori canonico ecclesiæ Barcinonæ officiali et vicario generali pro Reuerendo in Christo patre et dilecto consiliario regio Episcopo Barcinonæ salutẽ et dilectionem. Humili supplicatione nobis, et in Regio concilio oblata per fisci procuratorem regiæ curæ expositum fuit, quód quædam fuerunt à curia ecclesiastica Barcinonæ emanatæ litteræ firmæ iuris in forma contentionis Regenti cancellariam et magnifico. N. iudici regiæ curiæ præsentatæ, quibus in effectu vestri ex parte mònentur et requiruntur quatenus restituant seu restitui faciant Ioannẽ N. ad ecclesiam Beatæ Mariæ de Mari aqua seu illius cimiterio vt prætenditur fuit violenter extractus per. N. regium algutziriũ et alios, prout in dictis litteris ad quas citra tamen earum approbationem fuit habita relatio hæc et alia latius enarrantur. De quibus quidem litteris et de contentis in eis admodum miratur dictus fisci procurator regiæ curiæ cum dictus Ioannes. N. licet per. N. regium algutziriũ virtute soni emissi per Regium cõcilium declarati fuerit

rit á dicta ecclesia seu illius cimiterio extractus in qua se receptauerat, non possit neque debeat immunitate ecclesiastica per eum prætensa & allegata gaudere, cum locus in quo fuit captus non sit cimiterium dictæ ecclesiæ Beatæ Mariæ de Mari: nec sit locus sacer. Et casu quo dictus locus gauderet dicta immunitate ecclesiastica (quod expresse negatur) nõ potest neq; debet dictus Ioãnes N. gaudere prædicta ecclesiastica immunitate per eum allegata: cum ipse sit latro publicus & grassator, & commiserit diuersa & quam plurima latrocinia, homicidia, ac alia crimina pro quibus iuste in carceribus regijs Barcinonæ captus detinetur: de quibus latrocinijs homicidijs & delictis per dictum Ioannem N. commissis & perpetratis constat in processibus seu inquisitionibus in regia curia receptis & existentibus Deducens igitur dictus fisci procurator regiæ curiæ prædicta omnia & singula eis melioribus via, modo, & forma quibus potuit & debuit, firmanq; ius & de iure dictæ curiæ ecclesiasticæ & eius fisco, et alys de se conquærentibus pro decem solidis cum iuris augmento vt in forma nobis humiliter supplicauit dictam iuris firmam admitti, & litteratoriæ rescribi dictæ curiæ, seu vobis quatenus cassetis, reuocetis, & annulletis dictas vestras litteras & omnia & singula in eis contenta, & á regestris vestris seu dictæ curiæ deleatis, & de reuocatione, cassatione & annullatione nobis seu dicto magnifico N. relatori fidem faciatis & á repetitione dicti Ioannis N. desistatis & amplius regiam iurisdictionem non perturbetis. Et in casu hæsitationis cum arbitri electione iuxta concordiã reginæ Eleonoris, Cardinalis conuenarum. Capitula Dertusæ, et alia iura patriæ qui vna cum arbitro per dictam curiam ecclesiasticam ambo conueniant, & hanc dirimant & decidant contentionem. Et pro his de litteris opportunis prouideri prout in dicta supplicatione enarratur. Nos vero dicta supplicatione benigne exaudita, illam ad prouidendum remisimus dicto magnifico et dilecto consiliario regio N. dictæ causæ relatori, per quem die præsenti et infra scripto facto verbo in regio concilio fuit prouisum, quòd admissa iuris firma si et inquantum etc. expediãtur litteræ responsiuæ in forma contentionis cum electione arbitri de persona relatoris infrascripti, et cum motiuis in supplicatione con-

contentis, & alijs oportunis iuxta regiæ curiæ stylum. Ea propter dictam insequendo conclusionem & prouisionẽ tenore præsentium vobis dicimus, vosq; requirimus et hortamur, quatenus præsentibus receptis reuocetis cassetis & annulletis dictas vestras litteras, & omnia & singula in eis contenta, & á regestris vestris, seu dictæ curiæ deleatis, & de reuocatione, cassatione, & annullatione nobis seu dicto magnifico relatori fidem faciatis, & à repetitione dicti Ioannis. N. desistatis, & amplius regiam iurisdictionem non perturbetis. Verum si in his hesitaueritis licet hesitandum non sit, quia vos ex parte vestri, seu curiæ vestræ elegistis in arbitrium dilectũ regium. N. Decretorum Doctorem præsbyterum, nos nostriq; seu dictæ curiæ regiæ ex parte insequendo dictam concordiam Reginæ Eleonoræ, Cardinalis conuenarum, capitula Dertusæ & alia iura patriæ eligimus in arbitrium dictum magnificum & dilectum consiliarium regium N. iudicem regiæ curiæ, & causæ prædictæ relatorem, qui ambo conueniant, & prædictam sopiant, & dirimant contentionem & altercatiouem. Dat Barcinone die septimo Maÿ, anno à natiuitate Domini Millesimo, Sexcentesimo tertio. N. Regens.

Vt. N. fisci aduocatus.

Vt. N. Iudex regiæ curiæ.

Scriba. N.

Iam nunc ex prædictis litteris ab vtraque curia emanatis constat, inter curias formatam esse contentionem. Nunc scire oportet, dictas curias coram arbitris infra iam dictos quinque dies posse de facto ponere deducere allegare & probare quidquid dicere, ponere, deducere, & probare voluerint: et eis elapsis absque declaratione aliqua, infra primos quindecim dies ex illis triginta diebus cancellario ad declarandũ datis. Et sic casu quo dictæ curiæ ad probandum suam intentionem ponant de facto & petant dilationem ad probandum, dictus Cancellarius solet et debet facere prouisionem sequẽtem.

22. Aprilis. 1603. testes ministrandi recipiantur intra tempus in

causis

causis contentionum assignatum, intimato prius parti alteri ad videndum illos iurare, committendo dictorum testium & iuramenti receptionem scribæ nostro, & pro recipiendis extra vrbem expediantur litteræ compulsoriæ iuxta stylum & concessa copia intimetur.

N. Cancellarius.

Scire tamen debes, quòd dare litteras compulsorias pro testibus alibi recipiendis est in arbitrio Cancellarij, qui pro qualitate causæ conditione personarum de quibus agitur, & metu falsorum testiũ estimare debet an dictæ litteræ concedi debeant, & in hoc casu potest iubere, quòd testes ministrandi coram eo exhibeantur, & recipiantur. Et ita vidi fuisse deliberatum per Doctores trium aularum super facto immunitatis allegatę per Petrum Voltor, qui cùm peteret litteras cõpulsorias ad probãdum suos articulos, fuerunt illi denegatæ & prouisum, quòd testes per eum ministrandi ab eodem Cancellario examinarentur. Fuit etiam dictum, quòd si reus est pauper, compellantur testes coram dicto Cãcellario venire expensis regiæ curiæ.

Et dato quòd aliquid exhibeant & producant, debet dici in prouisione inserantur producta & consuantur exhibita, & intimetur.

Atque ita peractis iam dictis, deuenitur ad sententiam proferendam super dicta contentione occasione immunitatis allegatæ formata. Et sententia fieri & formari debet in modum sequentem.

Christi eiusq; matris nominibus inuocatis.

ADmodum Illustris Reuerendus Dominus Raphael de Rouirola. V. I. D. Canonicus ecclesiæ Barcinonæ, ac prior ecclesiæ Beatæ Mariæ de Manlleu Dioceſis Viceñ. Regius Cancellarius. In facto causæ contentionis ortæ inter curiam ecclesiasticam Reuerendissimi Barcinonensis Episcopi ex vna, & curiam secularem Regij concilij partibus ex altera, occasione immunitatis ecclesiasticæ allegatæ per dictam curiam ecclesiasticã in personã Joannis. N. extracti violenter in vim soni emissi per. N. algutziriũ regiũ ab ecclesia & eius cimitereo Beatæ Mariæ de Mari præsentis Ciuitatis Barcinonæ, & in carceribus regijs eiusdẽ Ciuitatis capti & detenti. Visis litteris ab vtraque curia emanatis in forma contentionis cum electione

arbi-

arbitrorum. Visis processibus, inquisitionibus, & denuntiationibus factis contra dictum Ioannem. N. super criminibus de quibus impetitus existit. Visis articulis in præsenti causa pro parte vtriusque curiæ oblatis, & testibus super illis ministratis. Viso denique toto processu, actis & instrumentis in eo exhibitis. Visis videndis, attentisq; attẽdendis, sententiat, pronuntiat, & declarat, dictum Ioannem. N. immunitate ecclesiastica allegata gaudere. Et casu quo non gaudeat, dicat tunc *non gaudere*.

Rouirola Cancellarius.

Vt. N. *Vt. N.*
Vt. N. *Vt. N.*
Vt. N. *Vt. N.*

Isti sunt consultores, quorum interuentio, & quoad numerum fit de voluntate Cancellarij; qui solus dictarum contentionum iudex est.

Lata & publicata fuit huiusmodi sententia siue declaratio per dictum admodum Illustrem et Reuerendum Dominum *Cancellariũ, in quadam aula domorũ suæ habitationis quas fouet in præsenti Ciuitate in platea cedis, & de eius voluntate & mandato lecta, & publicata, per me Ludouicũ Bertro authoritate Apostolica notariũ publicum, & causarũ contentionũ scribã Ciuẽ Barcinonæ die.* 30. *Aprilis.* 160; *præsentibus protestibus.* N. *&* N.

Quæ fuerunt intimata per. N. regiũ virgarium sic referentem.

Debes tamen scire, quòd quando quis extrahitur ab ecclesia in vim soni emissi violenter, si ille talis gaudet immunitate ecclesiastica, solũ fit declaratio, vt in supra dicta sentẽtia, & non restitutio ad locũ. At quãdo violẽter extrahit absque declaratione soni emissi, & gaudet immunitate, tũc, debet fieri restitutio, & dici in sententia pnuntiat, sentẽtiat, & declarat dictũ Ioannem. N. gaudere, & consequenter illum fore & esse restituendum ecclesiæ à qua violenter extractus fuit, probatur hoc ex declaratione facta per Mathiam Sorribes Regiũ Cancellarium die. 5. Ianuarij. 1554. in fauorẽ curiæ ecclesiasticæ super immunitate ecclesiastica allegata in personis Laurentij Pages, & Ioannis Solsona, in vim soni emissi ab ecclesia S. Frãciſci Ciuitatis Gerundę extractorũ. Et idem probatur

ex

ex alia declaratione per eundem Cãcellarium facta die.16.Marcij. 1554. in fauorem curiæ ecclesiasticæ super immunitate allegata in personam Antici de Cartella ab ecclesia sãcti Stephani de Massanis Diocesis Gerundæ per Antonium de Gleu regium Algutzirium extracti.

Posset etiam dubitari circa illos triginta dies cancellario ad declarandum concessos quos diximus debere esse continuos, ansi in contentione interuenerunt pro maiori parte dies feriati, possit dicta contentio pronũtiari post dies feriatos? Et respondeo quód sic, prout fuit ita declaratum per Mathiam Sorribes regium cancellarium die.5. Ianuarij. 1554. in facto contentionis iurisdictionis ortæ inter curiam ecclesiasticam Episcopi Barcinonę ex vna, & curiam secularem regiam vices gerentis generalis gubernatoris Cathaloniæ partibus ex altera, super dubio an esset respondendum per dictam curiam secularem litteris emanatis à dicta curia ecclesiastica super repetitione personæ Ioannis Antonij Rocamora.

Item, quæro vtrum firmata cõtentione, & ea pendente, liceat à partibus seu curijs aliquid innouare? Respondeo, quòd si contentio est super iurisdictione, non licere partibus seu curijs, nec alicui illarum quicquam in præiudicium contẽtionis innouare: immo quod innouatur debet per cancellariũ antequam ius super contentione dicat reuocari. probat hoc tex. in cap. 31. incipien. com sie ordenat. Regis Fhilippi in. 2. curia Montisoni anni. 1553. collocata sub titu. de contẽtions de iurisdictio. Si vero contentio est super immunitate ecclesiastica allegata, tunc non suspenditur progressus curiarũ: quia vtraque curia intra primos quindecim dies pro suo interesse respectiue procedit, & procedimenta quæ fiunt exhibentur corã dicto cancellario, per quem habetur & potest illorum haberi ratio. Et hoc iure vtimur.

Præterea posset dubitari, an Cancellarius possit punire testes coram eo falsum deponentes. Ratio dubitandi deducitur ex. l. diuus Pius. ff. ad leg. Cornel. de fal. vbi probatur, hæc incidentia crimina non posse puniri ab eo qui iurisdictionem alioqui non habet ordinariam, & cum Cancellarius in illum falsum testem nullam habeat iurisdictionem, merito indubitationem ducitur, an tales testes per dictum Cancellarium puniri possint. Huic tamen dubitationi respondeo, & dico, nihilominus posse ipsum Cancellarium dictos falsos testes extraordinariè punire. Nam iure cautum est, iudicem ordinarium qui nullam inteſtem iurisdictionẽ alioqui habet posse

ad-

ad huc testem coram se falsum deponentem pœna extraordinaria cohercere. per tex. celebrem in. l. nullum. C. de testib. in quo text. expresse disponitur, quód testis delinquens in officijs testificationis efficitur de foro iudicis corã quo testificatur, nec habet aliquod priuilegium, nec immunitatem propter quam possit euitare pœnam pro motu iudicis imponendam. Et hæc quoque est sententia Bart. in dicta. l. nullum. num. 8. quam dicit communem Bosi. in tit. de falsis. num. 103. Et nihilominus iudex illius ordinarius poterit contra eum procedere de falso ad pœnam ordinariã, prout dicit idem Bosi. communiter teneri à Doctoribus in titu. de fal. num. 104. & fatentur idem Iul. Clar. in practi. q. 38. versi. Sed quæro.

Et prędicta quoque procedũt, quamuis iudex coram quo falsum deponitur, iudex esset delegatus qui pariter potest testem coram se falsum deponentem punire. secundum Bart. & alios in dicta. l. nullum. C. de testib. & in cap. super his. de pœn. not. glos. in clemen. 1. de officio delega. in glo. 1. glo. in. l. quęsitum. ff. de testib. Bal. Abb. & Deci. in cap, præterea. de officio delega. Specula. in titu. de teste. §. 1. versi. Quid de delegato. Sed hoc in delegato verum esse existimamus quando ipse delegatus est à Principe delegatus. Is enim potest testem coram eo falsum deponentem pœna extraordinaria punire: quamuis in eum alioqui non haberet iurisdictionem, & in hunc censum capiẽdus est tex. in dicta. l. nullum. C. de testib. Et hæc est communis resolutio vt testatur Sapia. in. l. fi. num. 8. ff. de officio eius cui manda. est iurisd. & Iul. Clar. in practi. q. 38. versi. Sed quæro. in fin. Secus vero in delegato inferioris à Principe, quia is non poterit dictum testem punire, sed tenetur illum puniendum ad iudicem ordinarium mittere. Hac distinctione vsi fuerunt Panor. & Anania. in cap. 1. de crimi. fal. col. pen. Felin. in cap. præterea. de officio delega. Iaſ. in. l. 1. §. qui mandatam. ff. de officio eius cui manda. est iurisd. Et eandẽ nobis proposuit distinctionẽ Couarr. practicar. quæstio. cap. 18. num. 8. vbi dicit, esse frequentiori suffragio iuris vtriusque interpræ tum receptam. & Iul. Clar. in practi. in dicta. q. 38. Quam doctrinã adhuc sublimitari existimo vt vera sit in delegato inferioris á Principe qui ita datus fuisset, vt nullã puniendi crimina potestatem haberet: quia is est delegatus qui nõ poterit testẽ coram eo falsum deponentem punire, quo in casu accipiendus est locus iuris consulti in dicta. l. diuus Pius. ff. ad leg. Cornel. de fal. ita voluerunt Angel. in.

l.

l.quoties. C. de iudi. & Hippoli. in.l.1. §. præterea. num.34. ff. de ficar. & Couar. in dicto cap. 18. num.8. Secus vero in delegato qui non haberet iurisdictionem ita re strictam vt ei esset interdicta punitio criminalis: nam is pariter potest arbitrarie prædicti crimi. nis reum punire. ita Salicet. in dicta.l.nullum. Fulgos. & Curt. Iuni. num.14. in.l 1. §. qui mandatã. ff. de officio eius cui manda. est iurisdic. Quorum etiam sententiam sequitur Couar. practi. quæstio. in dicto. cap. 18. num. 8.

Infert nunc ex prædictis, quòd siue Cancellarius iudex sit ordinarius ad id genus causarum scilicet contentionum iurisdictionis inter curiam ecclesiasticam ex vna, & curiam secularem ex altera, & contentionum immunitatũ ecclesiasticarum allegatarum ideo quód iure nostro Cathaloniæ hęc iurisdictio in personam Cãcellarij approbata & confirmata reperitur, siue sit iudex delegat⁹, quia tamen delegatus dicetur à Principe scilicet á Papa & áRege in vim supra mentionatæ concordiæ. Vtroque casu poterit testem coram eo falsum deponentem extraordinem punire. Et ipse sum huius opinionis præcipue cum mihi non constiterit eius iurisdictionẽ fuisse illi concessam cum restrictione vt ei interdicta esset omnino punitio criminalis.

Quæro etiam an Cancellarius declarando homicidam vel alium delinquẽtem legitimé & iure permittente idest cum sono emisso extractum ab ecclesia gaudere immunitate ecclesiastica, possit cum eadem sententia prouidere & declarare quòd ille qui gaudet dicta immunitate retineatur in carceribus pro damnis, & iniuria partis instantis? Respondeo, dictũ Cancellarium posse de iure huiusmodi cõdemnationem facere parte tamen petente sibi damna & iniuriam pecuniariter satisfieri. Nã licet ille delinquens gaudendo immunitate ecclesiastica consequatur vitæ & membrorum veniam, iuxta tex. in cap. inter alia. de immuni. eccles. & in. c. reum. &. c. id constituimus. 17. q. 4. tamen pro eo quòd inique fecit venit aliàs legitimé puniendus. vt patet in dicto cap. inter alia. ibi. Super eo tamen quod inique fecit est aliás legitimẽ puniendus, quód intelligitur pecuniariter dumtaxat, vel alia satisfactione præter pœnam corporalẽ iuxta glo. in dicto cap. inter alia. in verbo puniendus, & & probãt tex. in dictis cap. reum. & cap. id constituimus. dicta. 17. q. 4. Et ita vidi fuisse declaratum in causa contentionis immunitatis ecclesiasticæ allegatæ per curiam ecclesiasticam in personas Petri Stephani Puig, & Michaelis Ioannis Puig, aliàs Guineas fratruum

trum villæ Granullariorum. qui gauisi fuerunt dicta immunitate, & nihilominus retẽti pro damnis & iniuria partis instantis. De quibus vide plene in meis criminalibus decisionibus.in cap.6.

Et prædictę decisionis occasione posset dubitari,quid si reus qui gaudens immunitate ecclesiastica,tamen retinetur pro damnis & iniuria partis instantis facit cessionem bonorum,per quam ostendit se non esse soluendo,& consequenter non posse dicta damna & iniuriam emendare,an possit parte instante petente fieri pœnę pecuniariæ commutatio per regulam qua habetur, quòd qui non habet in ere luat ĩ corpore, vel an admittẽda sit dicta bonorũ cessio. Vide hãc quæstionem per me in vtrãq; partem disputatam in meis decisionibus criminalibus in dicto ca. 6. Vbi post multam altercationẽ resoluitur,ibi parte instante petẽte,posse dictam fieri commutationem , prout ibidem constat fuisse factã contra dictos fratres Puigs, aliàs Guineas: qui retenti vt diximus pro damnis & iniuria , facta per eos bonorum cesione,fuerunt condemnati ad bannimentum à presenti Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ ad quinquennium.

Adhuc etiam circa Cãcellarij iurisdictionem venit sequens proponenda quæstio. Ecce, diximus Cancellarium esse iudicem inter curiam ecclesiasticam & seculare ad decidendum contẽtiones iurisdictionis, quæ inter dictas curias suscitantur,& etiam contentiones super immunitate ecclesiastica præfixo illi termino triginta dierum continuorum peremptorio, intra quem si nõ declarauit , adeò expirat eius iurisdictio in illa causa , quòd ipso iure iudicatum esse censetur in fauorẽ Ecclesiæ.Nunc ex his oritur dubitatio , nunquid Cancellarius in causis dictarum contentionum possit in diebus feriatis suam proferre sententiam, & primo videtut dicendum quòd non.Nam omnis iudicialis strepitus in diebus feriatis in honorem Dei quiescere debent ob Dei reuerentiam.l.omnes dies.C. de ferijs. Sunt enim dies feriati in honorem Dei adeò venerandi,& obseruandi,quòd a cunctis executionibus,alijsq; cognitionibus alieni esse debent.l.dies festos.C. de ferijs.cap.fi.ex.co.titu.Et adeò hæc vera esse existimamus, quòd tametsi ferijs in vtilitatem hominũ introductis vt sunt ferię messium possit ex conuentione partium renuntiari,ijs tamen quæ in Dei honorem introductæ sunt renuntiari non potest.dicto cap.fin.in fi.& ibi glo.in verbo.quibus.

Prædictis tamen non obstantibus in contrarium est rei veritas in casibus in quibus vrgeret necessitas,

cessitas, æquitasq; suaderet: quia in dictis casibus etiam in diebus feriatis, & sententia ferri, & iudiciales actus exerceri possunt. dicto capit. fin. extra. de ferijs. vbi text. post constitutam prædictam regulam, excipit casum vrgentis necessitatis, & casum æquitatis, in quibus casibus, vt dicatur exceptio esse de regula prout esse debet, & vt restringat regulam in eo quod excipit, potest sententia ferri, & non debent cessare strepitus iudiciales. Casus autem necessitatis dicitur, quando actio vel res est tempore peritura. prout declarat glos. in dicto capit. fin. in dicto verbo. quibus. in fin. & in verbo. necessitas. quam sequitur Panormi. num. 14. in versic. Quarto fallit. Hæc iuuantur ex notatis à Panormi. in capit. fin. extra. de iudicijs. vbi glos. in verbo. propter vindemias, quæ est fi. in fin. tenet, quòd si finiretur iurisdictio iudicis tempore limitata, tunc procedi posset diebus feriatis in honorem Dei: ne iudicialis instantia euanescat. allegat capit. consuluit. extra. de officio delega. quam glo. sequitur ibi Panor. nu. 23. dicens, quòd vbi expiraret instãtia iudicij, potest sententia ferri diebus feriatis in honorem Dei tum, propter rem tempore peritu ram, tum etiam, quia versatur fauor publicus ne pereat instantia. Ex quibus clarè & euidenter colligitur decisio ad nostram propositam quæstionem: quia cum iurisdictio quam cancellarius habet in qualibet contentionum causa expiret spacio triginta dierum continuorum, videtur ideo dicendum, ipsum cancellarium ex suo officio posse in diebus feriatis in causis dictarum contẽtionum sententias suas proferre. Bart. in. l. Seyus, & Augerius. numer. 5. ff. ad leg. falcid. quem allegat & sequitur Panormi. in dicto cap. fi. de iudi. quem sequitur ibidem Felin. in versi. Item prædicta limita. vbi dicit, indubitatam esse Panor. sentẽtiam, quando instãtia esset præfixa iurisdictioni: quia tũc inquit, verũ est dicere rẽ perituram, quia & iurisdictio iudicis, & ius partis, lapso termino triginta dierum omnino extinguntur citra spem suscitãdi dictam instantiam peremptam. allegat Bart. in. l. 1. ff. de glan. legen. vbi dicit, quòd si contenditur de officio prioratus, vel consulatus alicuius ciuitatis, quòd dum taxat durat duobus mensibus, debet causa cito expediri, quia dilatio esset causa, quód res de qua contenditur periret. Vbi additio ad Bart. inde infert, quòd tunc potest procedi tempore feriato per dictum. capit. fin. extra. de ferijs. Idem tenet Bal. in. l. 1. versic. Sed nũquid in hac causa. C. de temp. appella. dicẽs, quòd in huiusmodi causis ꝓcedi potest dieb⁹ feriatis

& ratio est, quia tempus triginta dierum est continuum. glos. in rubri. ff. de diuer. & tempor. præscrip. quam sequitur ibi Bar. cum enim lex præfigit tempus illud in dubio dicitur esse continuum, & non vtile. Ias. in. l. contra maiores. num. 6. C. de in officio. testa. dicēs, quòd omne tempus præfixū à lege censetur esse continuum & currit etiam impedito, si continuum, currit continuo feriatis & non feriatis. glo singularis in clemen. vnica. in verbo continuum. de restitutio. in integr. vbi Ioan. de Imo. col. 4. & procedit maxime quando tempus præfigitur iudici & iurisdictioni; sicuti in nostro casu, vt dictum est: nam tunc quod fit finito tempore est nullius momenti. l. 2. §. si & iudex. ff. de iudi. vbi dicit text. quòd si iudex ad tempus datus est, nisi partes consentiant prorogationi, lapso tempore iudicare non potest. Zabarel. in dicta clemen. vnica. de restitutio. integr. versic. Aut præfigitur tempus iudici & iurisdictioni. & Bald. in. l. properandum. in princip. colum. 3. versic. Secundo casu. aut præfigitur & iudici & iurisdictioni. C. de iudi. Et ratio rationis est, quia cum dilatio iudici præfixa ad proferendum sententiam est actionem peremptura, potest sententia die feriata proferri. l. 1. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs ibi. Sed si res tempore peritura sit, hoc est inquit Vlpianus si dilatio sit actionem peremptura. Ex quibus concluditur, licere cancellario diebus feriatis, & non feriatis, intra dictos triginta dies qui sunt continui præfixi & actioni & iurisdictioni, suam sententiam in causis contentionum inter dictas curias super iurisdictione vel immunitate ecclesiastica suscitatarum proferre ex officio: & ita plures fuit obseruatum, & hoc iure vtimur.

5. Tandem scire debemus, posse pluries contingere in facto, quód post declarationem Cancellarij factam in causa immunitatis ecclesiasticæ allegatæ, curia ecclesiastica vult iterum proponere aliam contentionem vel dubium super contentis in eadem declaratione, dubitatur in hac contingentia facti, an curia secularis teneatur dictam contentionem acceptare, etiam quôd sit facta & fundata super prætentione dubij probabilis. Cui dubitationi respondeo, curiam secularem non teneri dictam acceptare contentionem, immo eam tanquam regiæ iurisdictioni perturbatiuam, & directè facientem contra casum concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis conuenarum & capitulorum sancti Cucuphatis ac Dertusæ à se eijcere.

Et primo probatur hæc sententia

tentia & opinio ex diſpoſitione dictorum concordiæ & capitulorum, quibus expreſſe cauetur, ſtari omnino debere declarationibus per arbitros vel cancellarium factis, & quòd ab illis non poſsit haberi aliquis recurſus. Secundo facit, quia poſtquam de eadem re iam ius dictum eſt, conſtat nos eſſe inclaris, & in quibus non eſt dubium probabile, nec dubium de dubio: inquo caſu dominus Rex non tenetur admittere contentiones, nec arbitrorum electionem; aliter enim in libero arbitrio eſſet curiæ eccleſiaſticæ ea forma impedire & eludere regiam iuriſdictionem. Præſeferre enim viderentur hæ nouæ contentiones præſumptionem calumniæ, ad impediendum exercitium regiæ iuriſdictionis. Tertio probatur, quia litteræ dictæ nouæ contentionis idem continent & prætendunt quòd fuit iam ſuper eiſdem declaratum, & mittuntur nulla alia expreſſa iuſta & rationibili cauſa, qua inter curias compromiſſum admitti debeat: atque ſic dictæ nouę contentiones litteræ calumnioſæ videntur, quibus bonus iudex non debet eis aures accommodare. arg. l. ſatis aperte. C. ad leg. Cor. de fal. & faciunt quæ notan. in cap. conſtitutionem. de filijs præsbytero. & quæ notantur. in. l. vbi pactũ. C. de tranſactionib. poſt glo. ibi. Quarto etiam facit nōtabile dictum Innocen. in cap. poſt electionem. de conceſsio. præben. Vbi dicit, quòd licet exceptio ſit legitima inſe, tamen ſi iudex vehementer præſumit, quòd opponitur cauſa dilatandi iudicium, poteſt & debet eam non admittere: nec debet curare de appellatione partis. concordat Abb. in capit. ex parte. 2. de officio delega. & ibi Doctor. & in cap. paſtoralis. §. quia vero. eodem. titu. & Bald. in. l. 1. col. pen. C. de his qui accuſar. non poſſ. vbi dicit, quòd exceptio malitioſe oppoſita non impedit proceſſum etiam in criminalibus. Quinto iuuantur prædicta per aliud Innocen. dictum in capit. cum ſpeciali. de appellatio. quem ſequitur ibi Abb. quòd ſi cauſa ex qua iudex recuſatur apparet fruſtratoria & iniuſta euidẽter, non debet eam admittere, nec deuenire ad electionem arbitrorum: ſed debet ipſam recuſationem ſpernere. argu. cap. 1. de officio ordi. & valebit proceſſus non obſtãte fruſtratoria recuſatione.

Quare, in prædicto caſu, poteſt fiſcus regius inſtare reuocationẽ litterarum dictæ nouæ contentionis, & ea de cauſa in caſu renitẽtię facere proceſſum contra curiam eccleſiaſticam vt impedientem, & notorié eludentem iuriſdictionem regiam. Atque ſic proponendo caſum in Regio concilio

fit ibi ſummaria cognitio, et ſi videtur dictam nouam contentionẽ eſſe fruſtratoriam & euidenter in iuſtam non acceptatur ipſa contentio. Sed ſcribitur curiæ eccleſiaſticæ pro reuocatione iuxta formam traditam in capitulis Regis Martini quæ ſunt in libro pragmaticarum ſub titu. de contentions de iuriſdictio. Et ita vidi fuiſſe obſeruatum die. 6. Maij. 1603. in facto contentionis immunitatis eccleſiaſticæ allegatæ per Ludouicum Campanya in regijs carceribus reum detentum. Nam cum declaratum fuiſſet illum nõ gaudere dicta immunitate eccleſiaſtica, & poſt dictam declarationem curia eccleſiaſtica aliam contentionem mouendo in vim firmæ iuris per dictum Campanya in eadem curia factæ alias litras repetitionis cum arbitri electione prouidiſſet, dicta contentio in Regio concilio acceptata non fuit, immo ad ſuplicationem fiſci procuratoris regiæ curiæ ibi fuit prouiſum, quòd ſcriberetur dictæ curiæ eccleſiaſticæ, quòd intra ſpacium vnius diei reuocaret, caſſaret, & annullaret, & á regeſtris curiæ eccleſiaſticæ deleret prædictas litteras á dicta curia eccleſiaſtica nouiter emanatas, & quòd de dicta reuocatio, & deletione infra dictum tempus fidem faceret cum commination tione quód aliàs procederetur cõtra eam ad occupationem temporalitatum. Et tenor ſupplicationis dicti fiſci procuratoris regiæ curiæ fuit facta in forma ſequẽti.

Excellentiſsime Domine Locumtenẽs.

Litteræ emanatæ â curia eccleſiaſtica Barcinonæ ex parte Joachimi Palau. D. D. Canonici eccleſiæ Barcinonæ et officialis pro Reuerendo Capitulo canonicorum dictæ eccleſiæ ſede vacãte, Datæ Barcinonæ die præſenti quæ computatur die. 6. præſentis menſis Maij inſtantibus Petro Maſo & Vmbert agricola parrochiæ de Parets dioceſis Barcinonæ vt aſerto conſanguineo & proximiore parentelæ Ludouici Campanya quibus ſurreptitiè firmatur ius in dicta curia nõ poterant nec debebant expediri præſertim ea forma qua conceptæ ſunt: quia cõtinent materiã cõtentionis immunitatis eccleſiaſticæ iã aliás allegatæ pro parte fiſci procuratoris dictæ curiæ eccleſiaſticæ in fauorẽ dicti Ludouici Cãpanya, ſuper qua fuit formata contentio in forma debita, & in ea per reuerẽdũ Cancellariũ fuit declaratum &

sententiatũ in fauorẽ curiæ secularis. Vnde constat, quod facta dicta declaratione non potest curia ecclesiastica super eisdẽ meritis & contentis in ea aliã de nouo formare contentionẽ, non solũ instante parte, verũ etiã neque instãte fisci procuratore dictæ curiæ ecclesiasticæ. Immo dictæ primæ declarationi stari debet: aqua iuxta dictam concordiam & capitula Sancti Cucuphatis & Dertusæ ac alia iura patriæ nullus potest haberi recursus. Et cum ex prædictis non solum fiat perturbatio regiæ iurisdictioni, & dictæ concordiæ, ac alijs iuribus patriæ, ad quorum obseruationem ecclesiastica curia tenetur, propterea, & aliàs, fisci procurator regiæ curiæ firmãs ad cautelã ius & de iure corã vestra Excellentia & regia curia prædictæ curiæ ecclesiasticæ supplicat dictã iuris firmã admitti, & rescribi dictæ curiæ ecclesiasticæ seu illius officiali, quód infra spatium vnius diei á præsentatione litterarum cõputandi dictas litteras & omnia alia procedimenta in emulationẽ regiæ iurisdictionis in dicta curia ecclesiastica facta reuocet, casset, & annullet, & â suis regestris deleat, & de reuocatione, cassatione, & deletione, intra dictum tempus fidem faciat, aliás procedatur contra dictam curiã ecclesiasticam & dictum capitulum ad occupationem temporalitatũ, & aliàs prout iuris fuerit: & præsentem causam committi alicui ex magnificis iudicibus regiæ curiæ, qui de litteris oportunis & stylliatis prouideat: iusq; & iustitiam ministret, iuribus fisci semper saluis. officio vestræ Excellentiæ, &c.

Altissimus, &c.
Pineda fisci aduocatus.

Prædictæ supplicationi fit decretatio sequens.

Committatur magnifico Ioseph Ferrer iudici regiæ curiæ qui super supplicatis debite prouideat.

Prouisa per nobilem Ludouicum de Peguera antiquiorem die. 6. Maij. 1603. Barcinonæ ex deliberatione Regij concilij criminalis.

Pellicer, Scriba mandati.

Prouisio iudicis. *Recepta dictis die & anno, insequendo conclusionem die præsenti in Regio concilio factam prouidet, quód admissa*

iuris firma si & inquantum, scribatur Ioachimo Palau decretorum Doctori canonico ecclesiæ Barcinonæ Officiali capituli canonicorum dictæ ecclesiæ sede vaccante, & alijs ad quos spectet, quód intra spatium vnius diei reuocent, cassent, & annullent, & à regestris curiæ ecclesiasticæ deleant litteras die præsenti instante Petro Maso, & Vmbert agricola parrochiæ de Parets Diocesis Barcinonæ certo nomine á dicta curia ecclesiastica emanatas; & alia procedimenta instante dicto Maso inde facta. Et de cassatione, reuocatione, annullatione, & deletione prædictis, intra dictum tempus fidem faciant: cum commination, quòd aliàs procedetur ad occupationem temporalitatum dicti capituli, & aliàs, prout iuris fuerit. Et pro his fiant litteræ & aliæ prouisiones oportunæ iuxta regiæ curiæ stylum.

In cuius rei cõfirmationẽ extat alia similis conclusio & ꝓuisio facta in anno. 1536. videlicet ĩ facto cõtentionis iurisdictionis ortæ inter eandẽ curiã ecclesiasticã Epi. Barcinonen. & curiã secularẽ Regię audiẽtię super repetitione personæ dõ Galcerãdi. t. clerici, ĩ qua cũ declaratũ fuisset repetitioni instatæ per curiam ecclesiasticã locum non esse, & dictũ don Galcerandum priuilegio clericali non gaudere, dicta curia ecclesiastica instante eodẽ don Galcerando aliam contentionem super contentis in declaratione iam facta mouit: & ad eum effectum litteras ad Regiam audientiam cum electione arbitri misit. Sed in Regio concilio supplicante fisci procuratore regiæ curiæ fuit facta prouisio tenoris sequẽtis. 19. Augusti. 1536. facto verbo in Regio concilio, & cõclusione inde sequuta ꝓuidet, quód scribatur officiali ecclesiastico Barcinonę cũ motiuis in supplicatione cõtentis, & alijs debitis & oportunis, requirẽdo & monendo dictũ officialẽ ecclesiasticum, quòd dictas litteras cõtra mẽtem seriẽ & tenorẽ concordiæ serenissimæ Reginæ Eleonoræ & Cardinalis cõuenarũ contra constitutiones Cathalonię & capitula curiarũ á curia sua emanatas, & etiã anantaměta per ipsũ facta post declaratione ꝑ tertiũ factã ob absentiã Regij cãcellarij, intra tres dies proximos reuocet, cassel, & annullet, & à regestris curiæ suæ pęnitus deleat; aut die veneris proxima personaliter compareat in bãco regio, hora tertia post meridiẽ, dictum bancum regiũ informaturus: saluo iure fisci procuratoris regiæ curiæ super pœnis, & alijs per ipsum etiam prætensis, cum cõminatione, quòd aliàs proceda-

cedatur contra ipsum officialem ecclesiasticũ, & bona sua, & mensam episcopalem, tam per occupationem temporalitatum, quám per alia iuris remedia decentia & oportuna.

In vim cuius quidem prouisionis fuerunt expeditę litterę directę officiali ecclesiastico die 20. prædicti mensis Augusti & eidem præsentatæ. Et dictus officialis die 25. eiusdem mensis suis cum litteris reuocauit dictas litteras nouæ contentionis, in quantum præfatæ sententiæ siue declarationi essent contrariæ, cum aliás & per suggestionem partis fuerunt impetratæ cum expræssa clausula, hijs verbis, cum non sit intentionis meæ contra dictas concordiam & sententiam tertij in aliquo venire. Et quoad attinet ad comparitionem faciendam per curiã ecclesiasticam in banco regio in dicto & simili casu, fateor me in quibusdam scriptis & annotationib⁹ vidisse & legisse in anno 1550. die videlicet. 10. mẽsis Iunij Geraldum Vilana vt officialem & vicarium generalem Barcinonensis episcopi hora. 4. post meridiem comparuisse in banco regio, & in simili casu, cum publico instrumẽto de quo fuit rogatus Thomas Veciana regius scriba mandati reuocasse cassasse & annullasse, & pro reuocatis cassatis & nullis haberi voluisse litteras á curia ecclesiastica die. 6. & die. 9. Iunij emanatas, post repititionem personæ Guillermi Raymundi. t. & promisisse cum dicto instrumento, quòd mandaret prout incontinenti mandauit deleri & abradi dictas litteras, acta, & procedimenta inde sequuta à regestris curiæ ecclesiasticæ.

Ex prædictis ergo aperte deducitur, post declarationem arbitrorum, vel Cancellarij, vel tertij in locum dicti Cancellarij suo casu, non posse proponi nouam contentionem, nec dubium, informa nouæ contentionis contra dictam declarationem; vel super cõtentis in ea prætextu iniustitiæ.

Limitantur tamẽ prædicta, vt non procedant nec vera sint, quãdo in noua contentione allegaretur nullitas sententiæ iam latæ ex aliqua probabili causa, quæ non contineret manifestam calumniã, vt puta, quia prætenditur nullitas ex defectu formæ non seruatæ, in concordia & capitulis dictis arbitris cancellario, & tertio respectiue traditæ; vel quia concluderet defectũ potestatis puta, quòd extra tẽpus eis præscriptũ facta fuisset declaratio, videlicet arbitros post quinq; dies, vel ꝑ Cãcellariũ vel tertium suo casu intra terminum arbitris præfixum: vel post. 30. dies eisdem præcisé assignatos; vel quia tertius in locum Cãcellarij non infirmi nec absentis,

nec aliàs legitimè impediti electus fuisset: vel quia legitimè electus iuramento formali non præstito processisset, & declarasset; vel tandem quia allegatur defectus ordinis iuris naturalis non seruati, puta, quia fuit facta declaratio sine cognitione causæ, & ex arrupto: non visis processibus & actis exhibitis & traditis. Nam hę nullitatũ species à prohibitione generali recursus exceptæ videntur: quia si solemnia & ea quæ pro forma dantur non seruantur, nullitatem singularem inducunt; quę semper excepta videtur, etiam quòd generaliter de nullitate dici prohibitum fuisset. vt resoluit & concludit Perusi. in cap. dilecti col. 38. versi. 52. Quæritur. de appellationib. Et potest esse ratio, quia si nullitas non reuocaretur esset magnam facere iniustitiam: nulla etenim maior est iniustitia quàm ipsa nullitas. vt inquit Ægidius in conclusio. 343. quæ incipit appellans. post Innocen. in cap. dilecto. de appellationib. ibidem relatus, & eosdem refert Sebastian. Vanti. de nulli. senten. in rubr. seu titu. quid sit nullitas. nu. 20. Et propterea dicitur, quòd si iudex iudicium nullitatis coram se propositum absque legitima causa denegaret, & cognoscere recusaret, iniuriam proponenti faceret. iuxta ea quæ ponit Bal. in. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. ac locus esset appellationi, per tex. & ibi nota. in. l. 1. C. si sæpius in integr. restitu. fuerit postul. cum alijs notatis per Felin. in cap. exceptionem. col. 2. de exceceptio.

Verum cum multoties contingat, nullitatem allegari iniudicio, vt lis in longum protrahatur, id circo tunc, non ratione ipsius remedij intentati, quod ex sui natura legitimũ & fauorabile est, sed ratione dubietatis, & calumniæ præsumptæ ac conceptæ in proponente, super qua lex disponit, remedium & cognitio huiusmodi parum fauorabiliter & benigne in iudicio recipientur. arg. tex. in. l. qui exceptionem. ff. de condic. indebi. & sentit Bal. in. l. siquis in conscribendo. in versi. Tertio casu. C. de pact. Nam ratione dubietatis fauendum est validitati, & pro ea aduersus nullitatẽ capienda interprætatio. l. si pars. ff. de in officio. testamen. l. si inter. in fin. &. l. quotiens. ff. de reb. dub. l. si quando. ff. de lega. 1. & & est decisio. Rot. 568. in antiquis.

Ac propterea tam ex parte allegantis nullitatem, quàm ex parte iudicis coram quo allegatur debet esse magna curatio, & circunspectio. Nam allegans nullitatem curare debet, vt eam apparere faciat exactis, & ex processu: quia tunc dicitur euidẽs & notoria, ac omnem calumniam excludens; quam

quam tunc iudex reuocare debet, vt docet Bar.& Doctor. in. l. 3. §. condemnatum.ff.de re iudi. & canonistæ in clemen. vt calumnijs eod.titu.cum alijs de quibus per Alexand.consil.282.num.3. lib. 6. & per Deci. consil.8.num.7.lib.1. Sed si allegantur nullitates nõ ita releuantes,vel quòd de eis parum constiterit,tunc ob præsumptionem validitatis actus, præsumptamq; calumniam proponẽtis, nõ ita fauorabiliter,& benigne recipientur. Et ideo ex parte iudicis circũspectio esse debet,quòd ipse ex meritis causę animi sui motum informabit, ac omnibus maturæ consideratis,& circũspectis, quid agere expediat secum deliberabit,& in dubio veritatem ipsam se qui,& causę expeditioni fauere,ac litibus finem imponere debebit, arg,tex.in dicta clemen.vt calumnijs de senten.& re iudi.l. 2. C. ad leg.Cornel.de fal. auth. quæ supplicatio.C.de præcib.Impera. offerend.cap.suscitata.ext.de in integr. restitu. & facit glos. in cap. super eo.in verbo. tenebit.de officio delega.&.l.fi.in fin.C.de ordine cognitio.ad illius namque officium principaliter spectat lites diminuere.l.quidam æstimauerunt. in fi.ff.si cert.peta.l.2.in prin.ff.de aqua pluuia arcen.l. properandũ. in prin.C.de iudi. Et cum prædictis habetis casum decisum inquo regia curia non tenetur admittere contentionem per curiam ecclesiasticam propositam.

SEQVI-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

SEQVITVR NVNC ORDO IVDICIARIVS, CIVILIS TAM IN REGIA AVDIENTIA, QVAM IN ALIIS ORDINARIORUM curijs respectiué seruandus, seruatis generalibus constitutionibus Cathaloniæ vsq, ad curias Anni. 1599. inclusiue: multis Regiæ Audientiæ declarationibus ornatus.

OMnis persona quę aliam in ius vocare desiderat, siue iudiciũ instituatur plenarium, siue summarium, siue verbale siue in scriptis, & quacunq; moueatur actione, tria ante iudicij institutionem animaduertere debet. Quorum primum est, quòd consideret an ipsi agenti sit absolutio iuramenti necessaria ad effectum agendi, ne postea hac omissa absolutione, periurij exceptione opposita à limine iudicij repelleretur. Secundum est, an eidem agenti, aut aduersario suo in ius vocando necessaria sit curatoris ad litem authoritas, quæ tã actoribus, quàm reis minoribus viginti quinque annis necessaria est, ne sentẽtia quæ postea contra eos ferenda venit, nulla ipso iure existimetur. Tertium denique est, vt animaduertat vbi de causa agi oporteat: iuribus nostræ patriæ Cathaloniæ seruatis: de quibus specialiter & specifice dicam in rubricis sequentibus.

De Absolutione seu relaxatione iuramenti petenda. Rubr. 1.

1. *ABsolutio iuramenti ad effectum agẽdi petenda est.*
2. *Absolutio iuramenti ad effectum agendi post incursum periurium vix peti potest.*
3. *Hæres illius qui pactum iurauit absque iuramenti relaxatione potest agere contra pactum: cum iuramentum inhæredem non transeat.*
4. *Iudex ecclesiasticus debet esse cautus ne facile iuramenti absolutionem ad solum effectum agendi concedat per rationes ibi contentas.*
5. *Absolutio iuramenti peti potest, quando fuit extortum dolo vel metu, vel super re illicita, vel quando est læsio in magno excesu.*
6. *Absolutio iuramenti ad effectum agendi con-*

concedi non debet, nisi præuia informationæ enormissimæ læsionis prius habita.

7. *Absolutio iuramenti ad effectum agendi an concedi possit absque partis citatione. Resoluitur hic quæstio cum distinctione.*

HAbendum est pro Regula, volẽti agere contra pactum seu contractum ab eo iuratum vt in
1. cap. quãuis pactum. de pact. lib. 6. necessum esse, quòd petat coram officiali Episcopi absolutionẽ talis iuramenti saltem ad effectum agẽdi sibi concedi: ne postea secus agens, exceptione per iurij oppositа, à limine iudicij repellatur. Quę absolutio iuramẽti, post incursum per iurium vix posse peti aliquibus videtur. Felin. in cap. 1. de iure iuran. in 7. quæstio. Sed parte petente in tempore oportuno dispensatur & relaxatur tale iuramentũ. cap. ꝑ tuas. ex. de vsur. vbi Doctor.
3. Verum scias, hoc non compræhendere iurantis hæredem qui absque tali dispensatione & absolutione potest recte agere: quia in hæredẽ non transit iuramentum defuncti, quoad animæ periculum. Doctor. in cap. veritatis de iure iuran.
4. Iudex tamen ecclesiasticus debet esse cautus, ne facile dictam iuramenti absolutionem ad solum agendi effectum concedat. Primo, quia iuramentum seruandum est, quando sine interitu salutis eternę seruari debet. cap. si vero aliquis. de iure iurã. cap. debitores. & cap. cum cõtingat. eod. titu. adeò, quòd etiam super prohibitis á iure ciuili seruandum est, vt puta, quando apponitur in alienatione fundi dotalis; in renuntiatione successionis paternę & similibus. cap. cum contingat. de iure iuran. cap. quamuis pactum. de pact. lib. 6. secundo, quia iuramẽtum est tantæ vis, & potentię, quòd adiectum in cõtractibus qui de sui natura sunt reuocabiles pęnitentia facit eos irreuocabiles. vt est glo. in. l. si pecuniam ff. de condictio. causa data. ibi in verbo. necesse habeas. Vbi tenet, quem præcise teneri ad factum propter iuramentum. vide plures idem sentientes relatos per Anto. Gabriel. titu. de iure iuran. lib. 2. conclusio. 8. & 9. Et procedit quoque de iure ciuili. vt in auth. sacramenta puberum. C. si in aduersus vendi. dum ibi dicit text. iuramenta puberum sponte facta super cõtractibus rerum suarum inuiolabiliter esse custodiẽda. Per quod verbum. Inuiolabiliter. datur intelligi, aliquam relaxationẽ peti non posse: cum aliàs aperiretur via per iurijs contra cap. si vero. de iure iuran. Attamen quamuis verum sit, absolutionem a iuramento peti non posse per supradicta, nõ tamen hoc obtinet verum,
5. quando

quando iuramentũ fuiſſet extortum dolo, vel metu, vel ſuper re illicita puta ſuper vſuris. vt per Imo. in cap. ſi vero. de iure iuran. cap. venerabilem. de electio. vel quando læſio ex contractu iurato in maximo exceſſu dimidiam excederet, grauiſsima atque enormiſsima eſſet. Felin. in capit. in præſentia. numer. 8. de probationib. Curti. Iuni. in conſil. 141. numer. 5. Craue. in conſil. 121. in fi. Capici. in deciſio. 159. num. 24. Couar. lib. 2. variar. reſolu. cap. 4. num. 5. Antoni. Theſaur. in deciſio. 165. num. 6.

Atque ita nimirum ſi iudex eccleſiaſticus animaduertere debeat, ne de facili dictam iuramenti ad dictum agendi effectum abſolutionem concedat. Id enim impartiri non debet, niſi præuia informatione, & cognitione cauſæ enormiſsimæ læſionis prius habita. nota. Doctor. in cap. cum contingat. & cap. debitores. de iure iuran. Et curabit quando caſus occurret ita obſeruare. 6. 7.

Præterea iudex, immo & pars facile dubitare poſſent, an dicta iuramenti abſolutio ad effectum agendi concedi poſsit, & debeat abſque alterius partis citatione. Quare ſcias, in hac quæſtione Doctores variè loqui. Etenim Panormita. in capit. 1. & 2. extr. de iure iuran. tenet Epiſcopum regulariter non poſſe abſoluere à iuramento non vocata parte aduerſa. Et Iaſ. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 12. ff. de officio pro conſul. dicit, in diſtincte partis vocationem eſſe neceſſariam. idem Panormi. in cap. quanto. de iure iuran. & in capit. qua fronte. in fin. de appellationib. confirmat hoc idem Petr. de Ferra. in ſua practi. in libello iuramenti, quod præſtatur à parte parti.

Et ratio poteſt eſſe, quia contra inauditam partem nihil poſſumus diffinire. vt in capit. 1. de cauſa poſſeſsio. & proprieta. capit. communiter quatuor. de maiori. & obedien. Nam pars ex aduerſo citata poteſt deducere, & probare per calumniam poſtulatam eſſe dictam iuramenti abſolutionem. Notat præterea Guido Papæ in quæſtio. 140. poſt Iaufred. in deciſio Capellæ Tholoſanæ in quæſtio. 62. quòd prædictis deficientibus, abſolutio iuramenti aliter conceſſa poteſt declarari ipſo iure nulla, & pars ſic abſolute agens contra iuramentum condemnari in expenſis.

Alij vero ſunt contrarium ſentientes. Nam Paulus de Caſtr. in conſil. 216. quem etiam reffert Guillerm. Benedict. in capitu. Raynutius. in verbo. duas habẽs filias. num. 299. de teſtamen. affirmat. iuramentum tolli poſſe ſine

sine partis vocatione. Et quód nõ sit necessaria partis aduersæ citatio tenent Ancharan.in consil.18. Deci.in cap. qua fronte.de appel la. Alciat. in cap. cum contingat. de iure iuran.num.125. quam communem ibi Alciat.oppinatur. Verum Oldra.in consil. 120. eleganter curat dictas conciliare opinio nes sic distinguendo,quód aut petitur iuramentum relaxari,vt per hoc obligatio quæ contracta est tollatur,& instrumentum cancelletur,ac si iuratum non fuisset: & in hoc casu dicit,partis vocationẽ necessariam esse, sicque primam procedere opinionem. Aut dictũ iuramentum petitur relaxari ad solum habilitandum personam, vt iuramento non obstante,possit qui iurauit dolum, fraudem, vel metum detegere ipsius cõtractus, et in hoc casu,quia non agitur de ipsius creditoris magno præiudicio,non est necessaria partis voca tio, cum sibi remaneat adhuc facultas defendendi contractum.Et nota quòd dicit Couarr. variar. resolu.cap.4.num. 5. in fin. quòd hæc opinio est praxi conueniens, quæ ita apud nos recepta est:& practicatur.

De in litem dando

tutore seu curatore, & authoritate minori præstanda. Rubri. 2.

1. *Minoribus. 25.annis in iudicio adesse debent tutores vel curatores.*
2. *Pupillus sine tutore authore, & adultus sine curatore neque agere,neque conueniri possunt.*
3. *Curator ad litẽ non datur nisi petenti, & quomodo intelligatur vide ibi.*
4. *Minori infanti non est dandus curator ad litem, sed tutor.*
5. *Tutor vel curator per iudicem siue sit ecclesiasticus siue secularis minori litigãti coram se, tam laico quàm ecclesiastico dandus est.*

IVRE sancitum est, siue in ciuilibus, siue in criminalibus causis, tã agentibus, quàm
1. pulsatis reis minoribus.25.annis, in iudicio adesse debere tutores, vel curatores,sine quorum authoritate sententia contra eos minores lata esset ipso iure nulla.l.clarum.vbi Bal.de authori. præstan. in qua lege habetur,minorem. 25. annis legitimam personam standi in iudicio non habere.facit tex. in l.cum & minores.C.si aduers.rem iudica.quæ disponit,minoris confessionem absque curatore,quam uis sponte factam, ipso iure nullã esse. Et dicit Bossi.hanc esse communem opinionem in titu. si aduers.rem iudi num.22.Rollãd.cõsil.31.num.2.lib.1.Plaça.lib.1. delictor.cap.32.& Iul.Clar.in practi. q.50.in prin.Et sicut pupillus sine
2.

tuto

tutore authore, ita adultus sine cu ratore neque agere, neque conueniri possunt. l. 2. C. qui legitim. per so. stand. in iudi. Verum, quia nisi leginimè dentur tutores vel curatores iudicium totum corruit & annullatur, ideo bene est, vt quomodo, & perquem dari debeant dicamus.

3. Scias igitur, quód nisi ipsemet pupillus petat curatorem sibi assignari, ĩ vtiliter illi daretur: quia curator ad litem non datur nisi petenti. not. Bald. in. l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutelis. qui text. iuxta ibi nota. per Bart. intelligit & procedit in casu speciali ā quo loquitur scilicet, quando pupillus habet litem cõtra suum tutorem: quia opus est et curatoris authoritas; ideo ab ipsomet petendus. Atsi contra alium extraneum litem habet pupillus, iudex potest illi curatorem etiam non petenti ad litem dare: dum tamen prius instante aduersario mandauerit pupillo, seu adulto, quòd compareat tali die ad petendum & nominandum quem malit curatorem sibi ad litem dari, & tunc sibi comparenti datur curator ab eo petitus. Si vero non comparet iudex ex officio dabit illi curatorem ad litem iuxta formam. l. 1. C. qui petere tutor. vide Maran: in tracta. iudicior. in quarta par. in distinctio. 16. num. 36. & Bald. in. l. ait prætor. §. permittitur. ff. 4. de minorib. Animaduertendum tamen est, quòd si minor adhuc est infans non est illi dandus curator ad litem, sed tutor. not. Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in titu. de reo. §. 1. col. 5. in additio. incipien. Authoritate:

Ex quibus colligitur alius modus & causa annullādi processum, si opponatur, non legitimè datum esse curatorem ad litem infanti, cui potius vt dictum est dandus erat tutor. Curator enim illi non datur, nisi quando vel non potest reperiri tutor, vel quando bona illius iacent sub eminenti periculo. not. Bar. in cap. 1. versi. De citatione. de mili. vassal. qui contu. in in v sib. feud.

5. Prætera curator ad litem dandus est per iudicem secularē tam laico, quám etiam clerico minori litiganti coram se. vt probatur ex decisio. Rotæ. 207. in antiquis.

Similiter dandus est curator ad litem per iudicem ecclesiasticum, ne dum clerico, sed etiam laico minori litiganti coram se: quia semper datur curator per illum iudicem coram quo lis vertitur, aut verti, aut agi oportet. not. Bal. in. l. fin. post princip. C. de ad minist̃ra. tutor. probatur ex cap. fi. de iudicijs. lib. 6.

Vbi de causa mouẽda agitur oporteat: Rub. 3.

Cau-

1. *CAusæ vicariæ intra vicariam & baiuliæ intra baiuliam agitari debent, & hoc tam in causis ciuilibus quàm criminalibus.*
2. *Causæ à vicaria & baiulia prætextu alicuius regaliæ extrahi possunt.*

DE iure communi. ff.&. C. plures extant rubricæ quibus cõstat, vbi de causis agẽdum sit. Sed quia in nostro Principatu Cathaloniæ proprium & peculiare ius habemus, ideo secundum hoc ius nostrum constituamus Regulam sequentem.

1. Quòd omnis causa vnius vicariæ intra suam vicariam, & baiuliæ intra suam baiuliam agitari debet. Probatur hæc regula ex constitutio. 12. incipien. Item que les causes. Regis Petri. 2. in prima curia Barcinonę. & cõstitu. 8. incipiẽ. Item ordenam. Regis Iacobi. 2. in. 3. curia Barcinonæ.

Et extenditur hæc regula, vt non solũ obtineat locum in causis ciuilibus, verũ etiam in criminalibus ne delinquentes à vicaria, seu baiulia inqua deliquerunt extrahantur. probatur hæc extẽsio per constitutionem Reginæ Mariæ in cap. 4. incipien. volent les constitutions. in curia Barcinon. Limitatur dicta regula nisi causæ tam ciuiles, quàm criminales prætextu alicuius regiæ regaliæ seu alicuius qualitatis euocatorię de quibus infra dicetur euocentur: quia tunc causæ possunt ab vna vicaria seu baiulia extrahi, & in Regia audientia agitari. vt in Rubrica sequenti latius explicabitur.

1. 2.

De euocatione causarum ad Regiam Audiẽtiam. Rubr. 4.

1. *EVocatio litis pendentis coram inferiore ad Principem quid sit.*
2. *Regaliæ ciuiles quibus causæ ad Principis consistorium euocãtur plures sunt. vt ibi.*
3. *Causæ prætextu paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis ad regiam audientiam euocantur dum dictæ causæ sint valoris tercentarum librarum.*
4. *Causæ vniuersatum euocari possunt ad regiam audientiã sub prætextu, quòd in eis sunt viduæ pupilli & misserabiles personæ.*
5. *Causæ religiosorum & monasteriorum euocantur ad Regiam audiẽtiam prætextu religionis, et notoriæ pauptatis.*
6. *Causæ capi breuiationum, & rerum emphyteuticariarum in prima instantia prætextu paupertatis, viduitatis, vel pupillaritatis, euocari possunt ad regiam audientiã sed limita. vt in nu. 27*
7. *Causæ securitatis iudicij prætextu paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis euocari possunt.*
8. *Causæ septæ coram ordinarijs quamuis maiores sint tercentarũ librarum processu iam demuntiato non euocantur in*

prima

prima instantia ad Regiam Audientiam. limita. num. 18.

9. Causæ extractionum officiorum ciuitatum, vel villarum, in prima instantia, etiam quôd maiores sint tercentarum librarum prætextu alicuius qualitatis non euocantur ad Regiam Audientiam. & num. 24.

10. Causæ in quibus tertius se opponat, etiã quôd in tertio concurrant qualitates euocatoriæ, non euocantur ad Regiam Audientiam.

11. Causæ feudales in prima instantia prætextu aliquarũ qualitatũ nõ euocãtur ad regiam Audientiam & num. 28.

12. Causæ regij patrimonij vertentes in curia baiuliæ generalis in prima instantia non euocantur ad Regiam Audiẽtiam: sed fallit quando agitur de viribus & obseruantia regiorum priuilegiorum.

13. Causa patris diuitis prætextu qualitatis filij pauperis ad regiam nõ potest euocari audientiam.

14. Causa vxoris mariti diuitis prætextu paupertatis illius non potest euocari ad regiam audientiam.

15. Causæ pensionum censualium & violariorum extra vicariam non euocantur ad Regiam Audiẽtiam. & vide num. 25. secus in causis intra vicariã in qua residet Regia Audientia.

16. Causæ liquidationum sententtæ arbitralis in quibus arbitri retinuerũt tempus ad re arbitrandum, & partes emologauerunt sententiam euocari non solent ad Regiam Audientiam.

17 Causæ centum librarum vel maiores ex alijs quibuscunque regalijs demptis regalijs paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis euocari possunt ad Regiã Audientiam.

18. Causæ contra Duces & alios magnates etiam quôd minores sint centum librarum euocari possunt ad Regiam Audientiam sub prætextu, quôd ordinarij non sunt potentes, & nume. 21.

19. Causæ sui natura consistoriales etiã minores centum librarum euocantur ad Regiam Audientiam.

20 Causæ in vim clausularum proprij fori, & submissionis alterius; quamuis minor sit centum librarum dum tamen sit valoris quinquaginta librarum potest ad Regiam Audientiam euocari.

21. Causæ sub prætextu quôd partes sunt præsentes in curia si ceptæ sunt coram ordinarijs non euocantur ad Regiam Audientiam.

22. Causæ impositionum in prima instantia non euocantur.

23. Causa apud ordinarium finita per sentẽtiam in rem iudicatam transactam non euocatur ad Regiam Audientiam.

24 Causæ computorum examinãdorum per magistrum rationalem non euocantur ad Regiam Audientiam.

25. Causæ appellationum minores decem librarum ad Regiam Audientiam nõ euocantur: immo debent esse maiores dictæ summæ.

26. Causæ appellationum minores decem librarum tractari debens coram iudicibus appellationum, si tales in illa statione extiterint, sin minus, coram eisdẽ ordinarijs mutato assessore.

Quod

QVO facilius appareat pręſcriptę rubricæ ſignificatio. Scire imprimis nos oportet, quid ſit cauſarum euocatio, & cui iure competat.

1. Eſt igitur euocatio litis pendentis coram inferiore ad Principem vel eius locumtenentem generalem abſque prouocatione, & conſequenter in prima inſtantia facta tranſlatio. Hæc diffinitio traditur á Rebuffo. in tracta. de euocatio. q. 2. ſuper leges regias. vol. 1. & deducitur optime ex capit. vt noſtrum. de appellationib. & ex. l. iudicium ſoluitur .ff. de iudicijs. vbi Doctores. Fit autem litis pendentis coram inferiore propriè euocatio: ſiquidem lis quæ non dum pendet minime dicitur euocari. capi. ad diſoluendum. de deſponſa. impuber. l. decem. ff. de verb. obliga. & eſt text. in iſta ſpecie in capit. eccleſia. 2. vt lite penden. Ex quibus infertur, impropriè dici euocata ea cauſa, quæ nunquam penduit, ſed de nouo mouetur vocata parte pro iure exigendo ad Regiam Audientiam, pro lite ibi incohanda & examinãda quoad primam cauſæ cognitionem. Quæ vocatio partis ad ad curiam Principis licet regulariter ſit de iure prohibita quo ad primam inſtantiam per. l. nemo. C. de iuriſdictio. omni. iud. tamen in multis caſibus infra commemorandis permiſſum eſt, reos extra proprium forum & domicilium trahere ad curiam Principis; vt ibi actoribus reſpondeant, & ſatisfaciant per. l. vnicam. C. quando Imper. inter pupil. & vid.

Et pro huius materiæ declaratione exiſtimo imprimis duo eſſe 2. prænotanda. Primum eſt, quòd plures ſunt qualitates & Regalię ciuiles quibus cauſæ extra proprium forum & domicilium ad Principis conſiſtorium trahũtur, & euocantur: vt ſunt qualitates paupertatis, viduitatis, pupillaritatis, aut quia partes ſunt præſentes in curia, perhorrecentiæ, vel quia agitur de viribus, & obſeruantia regiorum priuilegiorum ſeu litterarum, & aliæ de quibus infra latius ſuo debito & congruo loco dicemus. Secundo præmitto, quód ante curias anni. 1585. cauſe valoris centum librarum ſeu maioris ſummæ prætextu alicuius qualitatis ex qualitatibus euocatorijs ad Regiam Audientiam euocari ſolebant, minores vero centum librarũ minime, prout habetur in conſtitu. 2. curiæ anni. 1547. ſed poſtea in dictis curijs anni. 1585. hoc ius reſpectu qualitatũ & regaliarum paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis fuit immutatum. vt patet in capit. 52. inci-

pien. considerant. eiusdem curiæ anni. 1585. qua expresse disponitur, causas minores tercentarum librarum in prima instantia ad Regiam Audientiam prætextu dictarum qualitatum paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis euocari non posse. Atque ita his sic præsuppositis, existimaui, me posse facilius per regulas cum ampliationibus & limitationibus materiam hanc euocationis causarum expedire. Quare nunc propono & constituo sequentem primam regulam.

Regula sit igitur. 1. quòd cau- 26
3. sæ ex priuilegio misserabilium personarum id est pauperum, viduarum, & pupillorum, etiã quod pendeant in quibuscunque vicarijs seu baiulijs dum tamen causa sit valoris tercentarum librarum, aut maioris summæ possunt ad regiam euocari audientiam. probatur hæc regula in cap. 52. incipien. considerant. curiæ anni. 1585. quo expresse cauetur, causas minores tercentarum librarum prætextu dictarum qualitatum ad Regiam Audientiam euocari non posse. & probatur in. l. vnica. C. quando Imper. inter pupill. & vid. & probatur ex constitu. Regis Alfonsi Quarti. cap. 2. incipien. les causes dels pubills. & ex constitutione. 35. incipien. perço que del beneficis. & ex constitutione. 47. incipien. com per causa de les euocations in curia Barcinonæ. Hijs facit text. in capit. significantibus. de officio delega. vbi Feli. & cap. sedes. de rescrip. Felin. in capit. si qui testium num. 10. de testib. Faciunt etiam ea quæ dicit Mier. in constitutio. ex beneficio. num. 6. dicti Regis Alfonsi. collatio 9. fol. 135. vbi post alios dicit, quòd statutum disponens generaliter super decisionibus causarum non compræhendit speciales causas pauperum. per text. in. l. si procuratorem. §. si ignorans. ff. manda. Et idem Mier. notat, in cap. item si barones. numer. 2. &. 3. collatio. 2. fol. 18. quòd regaliæ semper intelliguntur exceptæ à constitutionibus, nisi in eis specialiter dicatur.

Ampliatur nunc. 1. dicta regula, quód etiam dictarum qualitatum prætextu euocantur causæ contra habentem priuilegium ex 27
pressum, quód eius causæ non possint ad Regiam Audientiam euocari, nisi in eo priuilegio esset facta mentio de dictis qualitatibus. Et ita testatur Michael Ferrer in suis obseruationib. in. 3. par. cap. 12. fuisse seruatum & declaratum in Regia Audientia inter actorem Iacobi Mahull pupilli, & vniuersitatẽ Ciuitatis Illerdæ. Quæ vniuersitas cum prætenderet causam sui priuilegij quod vulgo dicitur de la bãdera de damnificar non posse ad Regiam Audiẽtiam

euo-

euocari, nec illius executionem impediri: cum ita in dicto priuilegio hoc concessum sit, tamen cũ in eodẽ priuilegio non fuisset facta mentio de dictis qualitatibus viduitatis, paupertatis, vel pupillaritatis, quibus in viam iuris non censetur derogatum per supra dicta, ideo fuit in dicta Regia Audientia declaratum, non obstãte dicto priuilegio prædictam causam potuisse euocari. Et affirmat dictus Michael Ferrer fuisse hoc in Regia Audientia conclusum ad relationem Vincentij Orrit die. 12. Decembris. 1513.

4. Amplia. 2. vt ne dum causæ propriæ & particulares misserabilium personarum, viduarum, & pupillorum prętextu dictarum qualitatum euocari possint ad Regiam Audientiam, sed etiam eodem prætextu euocantur causæ vniuersitatum, villarium, & oppidorum, eo quod in eis sunt personæ suprascriptas qualitates habentes. Et ita vidi pluries euocari causas vniuersitatum hoc prætextu, quòd in vniuersitate sunt viduæ, pupilli, & miserabiles personæ.

5. Amplia. 3. quòd etiam ex consimili priuilegio euocantur causæ religiosorum, & monasteriorum prætextu religionis; & notoriæ paupertatis. Quod etiam fit ex pracmatica Caroli Imperatoris inserta post curiam anni. 1520. Et not. quòd dicit Specul. in titul. de instrumen. editio. §. nunc vero aliqua. numer. 62. versic. Et scias. vbi dicit, personas misserabiles de iure dici pupillos, viduas, peregrinos, pauperes, religiosos, monasteria, & Hospitalia.

6. Ampliatur. 4. dicta regula vt procedat in causis capibreuiationum rerum emphyteuticariarum quæ ad Regiam Audientiam euocari solent prætextu dictarum qualitatum in prima instantia. Quibus obstare videtur text. in constitu. Item que nengun hom sie distret. in titul. de iurisdictio de tots iutges, è de for competent. Vbi disponitur, neminem distringi debere ad litigandum pro honore quem tenet, nisi coram domino, pro quo ille honor tenetur. Vnde colligitur, dominũ directum pro re emphyteuticaria iurisdictionem habere; quã emphyteuta declinare non potest, nec ipsa iurisdictio ab illo separari. vide Mier. in dicta constitu. num. 6. & sequen. colla. 4. folio. 50. & Socarra. in consuetudi. si aliquis habet hominem. pag. 450. numer. 14. Tamen prædictis non obstantibus, vera est hæc ampliatio: quia regaliæ istę paupertatis viduitatis, & pupillaritatis, non compræhenduntur in legibus seu dispositionibus generalibus. vt supra in principio probatum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

batum extitit. & refert Michael Ferrer in ſuis obſeruatio. capit. 17. primæ part. ſe vidiſſe ita obſeruari in Regia Audientia ab anno. 1550. vſque ad annum. 1562. & fuiſſe prouiſum per Iacob. Claret Doctorem Regij concilij die. 12. Nouembris. 1562. Et idem ius eſſe ſtatuẽdum in cauſis primarum appellationum ſcilicet, quòd dictæ cauſæ poſsint cum qualitate euocari. atteſtatur Michael Ferrer. in obſerua. capit. 17. primæ partis.

7. Ampliatur. 5. eadem regula vt locum quoque habeat in cauſis ſecuritatis iudicij pro debitis mercãtilibus, & cambiorum, quę ad regiam euocari ſolent audientiam etiam extra vicariam prætextu dictarum qualitatum pauperţatis, viduitatis, & pupillaritatis. Et ita conſtat, pluries fuiſſe ſeruatum in Regia Audientia per capit. 17. curiarum anni. 1510 quæ conſtitutio non ſolum amplectitur cauſas conſulatus Maris præſentis Ciuitatis Barcinonæ, & cuiuſcunque alterius conſulatus, ſed etiam cauſas omnes mercantiles, ponderando dijunctiuam, ó, ſeu, aut, poſitam inter verbum dels Conſols, & verba de la mercaderia, videlicet les cauſes mercantiuols, ó altres pertanyents à la juriſdictio dels Conſols de la mar, ò de la mercaderia.

8. Limitatur. 1. dicta regula, vt non procedat nec obtineat verum in cauſis maioribus tercentarum librarum ceptis in prima inſtantia coram ordinarijs proceſſu iam denuntiato, quæ etiam dicto proceſſu denuntiato, prætextu dictarum qualitatum non euocantur ad Regiam Audientiam. capit. 7. in actis curiæ Domini Regij Philippi curiarum anni. 1585. ſub titu. de euocations de cauſes. quo text. iudicibus ordinarijs iniungitur, quòd elapſis temporibus probatorijs denuntient proceſſus ad concludendum in cauſa. Atque ſic diſponitur, proceſſu denuntiato per ordinarium, non licere partibus in illa prima inſtantia prætextu dictarum qualitatum paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis, cauſam illam ad Regiam Audientiam euocare.

9. Limitatur. 2. vt nec etiam ſit verè dicta regula in cauſis extractionum officiorum, Ciuitatum, villarum, & aliorum locorum regiorum vt ſunt cauſæ botigiarum, triticorum, operariorum, edilium, clauariorum, confratriarum, & aliorum officiorum quorum cognitio & adminiſtratio pertinet ad conſiliarios, patiarios, procuratores, conſules, & iuratos dictarum Ciuitatum, villarum, & locorum quæ prætextu dictarum qualitatum pauperta-

tatis, viduitatis, & pupillaritatis, etiam quòd maiores sint tercentarum librarum, & cuiuscunq; quantitatis sint, non euocantur ad Regiam Audientiam in prima instantia. Quod ius etiam extenditur in causis impositionum reuocato capitulo. 2. curiæ anni. 1547. inquantum hoc iudicio locumtenentis generalis relinquebatur. probatur hæc limitatio per text. in constitu. 113. curiæ anni. 1585.

10. Limita. 3. dictam regulam in causis quæ coram ordinarijs ventilantur, in quibus tertius se opponat: quia licet in dicto tertio opponente concurrant supra dictæ qualitates, illarum prætextu, dictæ causæ euocari non possunt text. est expressus in capit. 55. curiæ anni. 1585. Et potest etiam hæc limitatio fundari per Doctrinam Bart. in. l. 1. C. vbi in rem actio, & in. l. procurator ad exhibendum. §. 1. ff. rem ratam haberi.

11. Limit. 4. dictam regulam in causis feudalibu-, quæ prætextu dictarum qualitatum paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis, vel aliarum in prima instantia non euocantur ad Regiam Audientiam. Et si euocantur restituuntur domino feudi, seu iudici per dominum in dictis causis assignato. Fuit hoc pluries declaratum in Regia Audientia super exceptionibus oppositis impedientibus litis ingressum & progressum dictarum feudalium causarum. vide Michallem Ferrer. in suis obseruationib. capit. 19. in prim. part. hoc idem affirmantem post Hieronymum Dalmau ab eo relatum in libro suorum exemplarium in verbo. euocari: vide etiam Ioannem de Socarra. in consuetudi. Petri Albert. cap. si aliquis habet hominem siue vas sallum. num. 11.

12. Limitatur. 5. prædicta regula vt non procedat in causis regij patrimonij vertentibus in curia baiuli generalis Cathaloniæ quæ in prima instantia prætextu earundem qualitatum non euocantur ad Regiam Audientiam. Immo si euocantur restituui solent. Atteſtatur de his Michael Ferrer, in dictis suis obseruationib. in prima parte. capit. 23. Et aduerte, quòd hæc limitatio tantum restringenda est in dictis qualitatibus paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis. Nam secus est, quando extaret prætextus, quòd agitur de viribus, seu intellectu, & obseruantia regiorum priuilegiorum, quia eo prætextu dictæ causæ regij patrimonij in baiulia generali vertentes in prima instantia ad Regiam euocari possunt

Audientiam. Et ratio est, quia solus Princeps directè cognoscit de concessionibus, & priuilegijs suis vt testatur Calici. in Margari. fisci. 8. dubio. in prærogatiua. 74. & alibi idem Calici. scilicet in prærogatiua. 147. dicit, 13. quod solus Princeps interpretatur sua beneficia per. l. Neratius. ff. de re iudica.

Hijs faciunt tradita per Mier. in capit. ne ex beneficio. numer. 109. collatio. 9. folio. 143. dicentem, Regem pro causa concernente suam iurisdictionem posse trahere suos subditos inquacunque parte regni. videte text. in capit. cum venissent. de iudicijs, cum ibi not. per Innocen. & Ioann. Andr. in nouella ibi. & in capitul. cum tempore. de recep. arbitr. Videte etiam Bald. in capit. 1. num. 3. apud quem vel quos controuersia debet decidi. in vsib. feud. vbi concludit, quòd quando priuilegium tangit solum 14 ius Principis, ipse solus cognoscit. Et idem quando Principis intentio est incerta: quia ad eum recurrendum est. Addo prædictis Socarratem. in capit. si aliquis habet hominem. numer. 19. & 20. in commemoratio. Petri Alb. Ex quib⁹ clare compertum est, quód quamuis regula sit, quód 15. causæ patrimoniales debeant, in prima instantia coram baiulo generali Cathaloniæ decidi, tamen, quando dubitatur de viribus regij priuilegij, & illius intellectu consueuit Regia Audientia hoc prætextu causam ad se euocare.

Limi. 6. eandem regulam vt non obtineat locum, quando pater qui diues est donat filio, & filius supplicat prætextu paupertatis causam euocari: nam eo casu & prętextu, causa in Regia Audientia non erit admittenda: cum filius non possit dici pauper qui patrem diuitem habet. ita refert Hieroni. Dalm. in suo libr. exemplarium. in verbo pauper. versicul. Item nota quòd si pater donat filio, fuisse in vtraque aula deliberatum referente Francisco Castello. in causa de. N. Mollet, &. N. Gilabert: villę de Reddis. die. 4. Madij. 1535. per doctrinam Socini. in consil. 121. num. 49. vol. 4.

Limitatur. 7. dicta regula. vt non procedat, quando vxor mariti diuitis, prætextu paupertatis illius vult causam ad Regiam Audientiam euocare: Regia enim Audientia non solet huiusmodi causas euocare, vt testaẽ Michael Ferrer in suis obseruationib. cap. 27. par. 1.

Limi. 8. non habere locum dictam regulam in causis pensionum censualium, & violariorum

quę

quæ ex travicariam prętextu pau pertatis euocari nō possunt. Nam executio censualium introducta est fauore & vtilitate Reipublicæ, qui fauor est maior, & sic præualet priuilegio paupertatis. pro quo est text. in constitu. com sobre la conseruatio. in princip. & circa med. posita in titul. de censals y violaris è executio de aquells. Et ibi videtur text. expressus iuxta illius mentem, quòd dictæ causæ non possunt euocari, dum ille text. prohibet fieri inhibitiones, reseruationes, abdicationes, & alias prouisiones aliqua ratione, vel causa, etiam per regaliam. Et testatur Hieronimus Dalmau. in suo libro exemplarium. in verbo causæ pensionum censualium relatus á Michaelle Ferrer in obseruationib⁹. capit. 31. in prim. part. ita fuisse visum in vtraque aula ad relationem Bernardi Ribalter, facto ibi verbo. Et vltra prædicta probat hanc limitationem text. in cap. 2. Regis Philippi curiarum Anni 1547.

16. Limitatur etiam. 9. dicta regula vt vera non sit in causis liquidationis sententiæ arbitralis in quibus arbitri retinuerunt certum tempus ad rearbitrandum, & partes emologauerunt dictam sententiam arbitralem, quarum euocationes Regia Audientia admittere non solet. vide huius limitationis rationem, & multa alia quæ circa hæc dicit Michael Ferrer. in cap. 37. primæ partis obseruationum.

17 Regula. 2. sit, quòd ex alijs quibuscunque regalijs, vt sunt quia partes sunt præsentes in curia, per horrecentiæ, vel alijs, possunt causæ in prima instantia minores tercētarum librarum dum tamen centum vel maiores sint euocari ad Regiam Audientiam. ita in constitutio. 2. in curia. 1547. quia in istis regalijs nihil fuit immutatum per nouissimam constitutionem quæ est capit. 52. dicti Regis Philip. incipien. considerant. curiæ anni. 1585. sub titu. de euocatio de causes. quæ tantum loquitur in regalijs paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis, quarum prætextu, causæ ex dispositione illius constitutionis non possunt euocari ad Regiam Audientiam nisi valoris sint tercentarum librarum, vel maioris summæ & quantitatis.

18. Huius tamen regulæ Prima ampliatio est, vt procedat & habeat locum quamuis coram ordinarijs processus sit denuntiatus; quia solum nouissima constitutio quæ est capit. 7. in actis curiæ anni, 1585. sub titu. de euocations de causes. prohibet, ne causæ ceptæ coram ordinarijs euocētur prætextu qualitatum paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis,

& non aliarum qualitatum quibus vi veterum constituto num solent ad Regiam euocari audientiam. Veteres enim cõstitutiones circa alias qualitates in suo robore permanent.

19. Ampliatur. 2. dicta regula, vt locum obtineat in causis motis & mouendis contra Duces, Comites, Barones, & alios quoscunque magnates, quæ quamuis minores sint cẽtum librarum euocari possunt ad Regiam Audientiam eo, quia officiales ordinarij contra eos non sunt potẽtes. vt not. Mier. in constitutio. 4. incipien. volents les constitutions. Reginæ Mariæ colla. 10. vide Iacob. de Belloui. de mili. vassall. qui contumax est. in verbo. maiorem. Bal. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oporte. not. quòd ob potẽtiam aduersarij potest adiri Princeps. Et hæc est vna ex prærogatiuis quas ponit Cali. in Margari. fisci dubio. 8. pręroga. 64. qua habetur, quód propter periculum puta propter potentiam litigantium Dominus Rex euocat causam ad suum consistorium per iura quæ ibi allegat. & facit bonus tex. in. l. præsides. C. de officio rector. prouin. Cuius verba sunt hæc. Præsides prouinciarum oportet, siquis potentiorum extiterit insolẽtior, & ipsi vindicare non possunt, aut examinare, aut pronuntiare nequeũt de eius nomine, aut nos aut certe ad prætorianæ præfecturæ scientiam referre quo prouideatur qualiter publicæ disciplinæ & læsis tenuioribus cõsulatur. Faciunt hijs notata per Mier. in constitutio. tollents lo abus. num. 17. collatio. 1. & per Cali. in prærogatiua. 65. quòd Princeps sua prærogatiua cognoscit in suo consistorio de causis arduis vniuersitatis, vel corporum. Et ita attestatur Hieroni. Dalm. in verbo. Causæ magnatum. fuisse cõclusum in Regia Audientia ad relationem Ioãnis Sunyer in anno. 1522. in facto vicegerentis generalis gubernatoris Cathaloniæ cõtra Ducem Cardonæ.

Ampliatur. 3. prædicta regula 20 in causis sui natura consistorialibus, vt sunt quando agitur de viribus & obseruantia regiorum priuilegiorum, vel litterarum Regię manutenentiæ: quę quamuis minores sint centum librarum dicta sola qualitate attenta, quòd agitur de viribus & obseruantia regiorũ priuilegiorum possunt ad regiam euocari audientiam per rationes supra adductas, in prima regula. limitatio. 5. quod Princeps solus directè cognoscit de concessionibus, & priuilegijs suis, & solus sua interpretatur beneficia. l. Neratius. ff. de re iudi. & vide Calici. in Margar. fisci. 8. dub. in prærogatiua. 74. & in prærogatiua. 147. & vide circa hæc plura quæ in dicta

5. Limitatione primæ regulæ allegaui.

Ampliatur. 4. dicta eadem regula, vt vera ſit etiam in cauſis cõtentionis iuriſdictionis inter duos regios officiales, aut regium officialem & baronem, quæ etiam tãquam conſiſtoriales licet minores ſint centum librarum euocantur ad Regiam Audientiam. Ad Principem enim qui concedit priuilegium pertinet eius interprætatio. cap. cum veniſſent. extra. de iudi. Et pariter videtur eſſe concludendum in cauſa contentionis iuriſdictionis inter iudicem capibreuiationis, & alium iudicem Regium quam Regia Audientia euocare ſolet, licet poſtea, conſtito, quòd iuriſdictio eſt iudicis capibreuiationis ſoleat ad illum cauſam remittere. allegat de his exemplaria Michael Ferrer in ſuis obſeruatio. cap. 18. per quem videas.

21. Amplia. 5. eandem regulam non ſolum procedere in cauſis valoris centum librarum vel maioribus quæ prętextu dictarum qualitatum ad Regiam Audientiam euocari poſſunt, verum etiam in cauſis minoribus centum librarũ hoc prætextu, quia officiales ordinarij non ſunt potentes. Vide quæ ſupra in. 2. Ampliatione, late de hac qualitate dixi vbi abũde probaui, ſola hac qualitate attẽta, cauſas poſſe ad Regiam Audientiam euocari.

22. Ampliatur. 6. quòd etiam cauſæ in vim clauſularum proprij fori, & ſubmiſsionis cuiuſcunque alterius quantumuis minores centũ librarum, dum tamen valoris ſint quinquaginta librarum vel maioris ſummæ ad Regiam Audientiã in prima inſtãtia euocari poſſunt. vt in conſtitutione. 68. curię anni. 1585. De materia huius ampliationis loquitur Michael Ferrer in in ſuis obſeruationibus. capit. 37. vbi ad probandam hanc ampliationem quædam per eum excogitata fundamenta adducit. quę per illum videas. Mihi tantum in confirmationem huius noſtræ ampliationis ſufficit expreſſa ſupra allegatæ conſtitutionis diſpoſitio.

23. Limitatur nunc dicta Regula. 1. vt non procedat, neque habeat locum in cauſis quæ euocãtur hoc prætextu, quòd partes ſunt præſentes in curia ſi cauſæ iam coram ordinarijs ceptæ ſunt. Nam licet cauſæ hoc prętextu euocentur ad Regiam Audientiam ex generali iuriſdictione quam Dominus Rex habet in omnes repertos in Ciuitate & vicaria, inqua ipſe reſidet, vel quia eſt priuilegium Regis Iacobi datum Valentiæ die. 6. Kalend. Ianuarij, anno. 1306. in vim cuius omnes extranei reperti in Ciuitate Barcinone compellũtur ibi ſubire iudicium, tamẽ hoc obtinet verum in cauſis non dum ceptis coram ordinarijs. Secus vero

in causis iam coram dictis iudicibus ordinarijs ceptis in quibus dicto prætextu, quòd partes sunt præsentes in curia, non fit euocatio ad Regiam Audiẽtiam. Et hoc iure vtimur.

24 Limitatur. 2. dicta regula, vt vera non sit in causis extractionis officiorum ciuitatum, villarum, & aliorum locorum regiorum, quorum cognitio & administratio pertinet ad Reipublicæ patres. quæ causæ etiam quód maiores sint cẽtum librarum non euocantur ad Regiam Audientiam prætextu cuiuscunque qualitatis in prima instantia. vt probatur ex constitutio. 2. curiæ anni. 1547. vide quæ supra dixi in Regula. 1. limitatio. 2.

25. Limitatur. 3. in causis super executione pensionum censuarum, & violariorum siue via executiua siue ordinaria motis in in vicarijs & baiulijs, quæ quamuis maiores sint centum librarum non euocantur in prima instantia ad Regiam Audientiam. probatur in constitu. 2. Regis Philippi. in curia anni. 1547. & in constitutio. 14. Regis Alfonsi. 4. in titulo: de censals y violaris. Sublimitatur tamen hæc limitatio, quando causæ sunt intra vicariam, inqua resideret Regia Audientia: quia dictæ causæ possunt sine aliqua qualitate sicut omnes aliæ ad dictam Regiam Audientiam euocari. testatur de his Hieroni. Dalmau in libr. exemplariũ in verbo causæ pensionum censualium. referens, ita fuisse conclusum in Regia Audientia die. 4. Augusti. 1536. præsidente Ianfrido de Ortigijs Regente Cancellariam, videlicet, quòd ratione viduidatis, vel aliàs, causa censualis non potest euocari. Sed si Dominus Rex vel eius locumtenens esset præsens in Ciuitate Barcinonę, vel in alio loco vbi fit dicta executio, tũc dictam causam sicut aliam poterit euocare.

26 Limit. 4. in causis impositionum quæ cuiuscunque quantitatis sint non euocantur ad Regiam Audientiam in prima instãtia prętextu alicuius qualitatis. tex. est in constitu. 114. curiæ anni. 1585. reuocato cap. 2. curiæ anni. 1547. in quantum hoc iudicio locum tenẽtis generalis relinquebatur.

27 Limitatur. 5. dicta regula vt non procedat, nec habeat locum in causis capibreuiationum rerũ emphyteuticariarũ, quæ licet maiores sint in prima instantia non euocantur; sed de illis agi oportet apud iudices á dominis directis assignatos infra territorium illis concessum. Nam expressa constitutione cauetũr, neminem ad litigandum distringendum esse pro honore, nisi coram eo pro quo dictus honor tenetur. vt in cap. negun home. titu. de iurisdic.

de

de tots iurges. Ex his infert Michel Ferrer in suo libro obseruantiarum in cap. 17. primę partis, dominum directum adeò iurisdictionem in suum emphyteutam habere ratione rei emphyteuticariæ, quòd emphyteuta illius iurisdictionem declinare non potest, nec ipsa iurisdictio ab eo separari. Et dicit hoc procedere tam de iure constitutionum, & vsaticorum, quám etiam de iure communi per iura relata per Thom. Mier. in dicta constitu. vide Socarra. in cap. si aliquis habet hominem. nu. 14. in commemoratio. Petri Alber. Et Ciuitas Barcinonæ de hoc habet expressum priuilegium quo cauetur, quemcunque laicum teneri assignare iudicem laicum suo terram tenēti super honoribus quos per eum tenuerit. Ex quibus ergo patet, causas capi breuiationum, in prima instantia non posse euocari ad Regiam Audientiam. Sed prædicta intellige esse vera, quando non sub est aliqua qualitas ex qualitatibus paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis. Secus vero, quando aliqua ex dictis qualitatibus subesset: quia illius prętextu, dictæ capibreuiationū causæ possunt ad Regiam euocari Audientiam: cum regaliæ non comprahēdantur in legibus seu dispositionibus generalibus, nisi in eis specialiter dicatur. vide quæ supra in huius decisionis confirmationem late dixi in. 4. ampliatione. primæ regulæ.

28. Limitatur. 6. eadem regula. in causis feudalibus quæ prætextu alicuius qualitatis in prima instantia etiam cuiuscunque quantitatis sint ad Regiam Audientiam non euocantur; per ea quę supra in prima regula & in illius limitatione. 4. dixi: vbi videas.

29. Limi. 7. vt non procedat regula in causis apud ordinarios finitis, per sententiam in rem iudicatam trāsactam, quæ licet maiores sint non euocantur. ita in constitutio. 23. curię anni. 1547. merētur enim dictæ causæ executionem & non cognitionem, & causa executionis rei iudicatæ nō potest euocari. ita Mier. in constitu. Regis Alfonsi. 4. cap. les causes de viudes. num. 10. & 11. collatio. 11.

30. Limitatur tandem. 8. vt vera non sit in causis computorum examinandorum per magistrum rationalem vel eius locumtenētem quæ prætextu cuiuscunque qualitatis euocari non possunt. vt in pracmatica Regis Ferdi. Data Mō tisfloni die. 2. Septembris. 1510.

31. Regula. 3. & finalis sit, quòd causæ appellationum à sententijs ordinariorum interpositarum minores decem librarum non euocā tur ad Regiam Audientiam, neq; ad audientiam alicuius gubernationis. vt probatur. in constitu. 14. curiæ anni. 1585. Qua constitutione

ne corrigitur ius antiquum quo appellationum causæ à sententijs ordinariorũ valoris quinquaginta solidorum euocabantur.

Et adeò existimo veram hanc regulam, quòd non sufficit, causam quæ in Regia Audiẽtia introduci desideratur esse valoris tantum decẽ librarum, sed opus est, ad illius euocationem, quòd excedat dictam summam: vt expresse in eadem constitutione. 14. in finalibus verbis cauetur. dum ibi Cãcellario, & Regẽti Cancellariam vetatur, ne de cetero euocationes causarum appellationum admittant, quin prius eis per publicum instrumentum constet de appellationis interpositione, & quòd sententia aqua appellatum fuit continet interesse maioris æstimationis decem librarum. Qua de re, eisdem Cancellario, & Regenti Cancellariam iniungitur, quòd in supplicationibus euocatorijs harum causarum mandent fieri hanc decretationem. Constito de appellatione & sententia lata in causa maiore decem librarum. &c.

32. Causæ vero appellationum minores decem librarum ex dispositione eiusdem cõstitutionis introduci, & tractari debent coram iudicibus appellationum, si tales in illa statione inqua fertur sententia extiterint, sin minus coram eisdem iudicibus ordinarijs mutato assessore.

Tãdem scire oportet quod qui instat euocari causam ad Regiam Audientiam debet obseruare formam datam per Regem Philippũ in constitutio. 51. curiæ anni. 1585. Forma autem hæc est, quod offeratur per partem supplicatio, inqua adeò factum ita clarè & specificè proponatur, vt aduersario manifestum sit, quid ab eo petatur, & hinc, causam & rationem quibus actor mouetur ad petendum percipere possit, & Cancellarius, vel Regens Cancellariam possint quoque aperte decretationem dictæ supplicationi euocatoriæ faciendam deliberare.

De cõmissione causæ facienda in Regia Audientia. Rubr. 5.

1. *Causæ non maiores quadragintarum librarum committuntur tantum vni ex Doctoribus Regiæ Audientiæ ad audiendum, colligẽdum & decidendũ: secus est in maioribus quæ cõmittuntur ad referendum, & istæ expediuntur cum conclusione.*
2. *Idem est in causis appellationum.*
3. *Causa supplicationis interpositæ â prouisione super intermedio nõ facto verbo facta debet committi alteri Doctori eiusdem aulæ.*
4. *Causa supplicationis interpositæ â prouisione facta facto verbo in Regia Audiẽtia, debet committi alicui Doctori alterius aulæ.*

Causa

5. *Causa vni aulæ Regiæ Audientiæ semel comissa non potest postea alteri aulæ in illa instantia committi. Et vide ibi duas limitationes.*

ANtiquis constitutionibus, causę iuxta earum valorem sub certa forma ad decidendū cōmittebantur. vt patet in constitutio. 3. incipien. com en la cort. Regis Ferdi. 2. in curia Montissoni. anni. 1510. cap. 3. & in alijs constitutionibus collocatis sub titu. de commissions de causes. Nūc vero extat nouissima lex facta in curijs Montissoni anni. 1585. & est capit.
1. 13. in actis curiæ. ex qua deducitur sequens regula. Causas nō maiores quadragintarum librarum vni tantum ex doctoribus Regiæ Audientiæ ad audiendum colligendum & decidendum committi debere. Nam si maiores sint quadringētarum librarum, dicta lex seu constitutio vult, quòd committantur vni ex dictis Doctoribus ad audiendum, colligendum & referēdum: quoniam iuxta eūdem tex. dictę causæ maiores quadringentarum librarum expediēdæ & decidendæ sunt cum cōclusione in Regia Audientia ad solā iudicis cui causa commissa est relationem, sublatis cōstitutionib⁹; quibus cauebatur, causas quingētarum librarū vel maiores comitti debere alteri conrelatori ad decidendum. Atque ita, decretatio facienda per Cācellarium vel Regentem cancellariam in supplicatione introductionis causæ debet iuxta prædictam constitutionem esse huiusmodi. Committatur magnifico. N. qui audiat, colligat, & super intermedijs debite prouideat, & si non est maior quadringentarum librarum decidat.

2. Ampliantur prædicta, non solum obtinere locum in causis primæ instantiæ, verum etiam in causis appellationum, quæ si maiores non sunt quadringēta librarum debent quoque committi ad decidendum vni ex Doctoribus Regiæ Audiētiæ. vt est tex. in eod. cap. 13. dictarum curiarum anni. 1585. in finalibus. verbis dicti capituli.

3. Regula. 2. quæ circa cōmissionem causarum proponitur est, quòd quando ab intermedio seu prouisione per relatorem in discursu causę sine facto verbo facta interponitur supplicatio, debet illa supplicationis causa committi alteri Doctori Regiæ Audientiæ eiusdem aulæ. Probatur hæc regula in cap. 23. Caroli Imperatoris in curijs anni. 1520.

Ampliatur hęc regula vt vera etiā sit in prouisionibus in causis verbalibus factis per locumtenētē generalē de consilio Reuerēdi Cancellarij quæ si factæ sint non facto

facto verbo in Regia Audientia & ab eis interponitur supplicatio, debet illa causa supplicationis committi vni Doctori aulæ eiusdem Reuerendi Cancellarij. vide Michaellem Ferrer in obseruatio. in summario capit. 155. in. 3. parte.

4. Limitãtur tamen supra dicta regula, & ampliatio, vt non procedant, nec verum obtineant, quãdo dictæ prouisiones facto verbo in Regia Audientia fiunt : quia eo casu, si á dictis prouisionibus interponitur supplicatio, causa illa supplicationis committenda est vni Doctori alterius aulæ. ita in dicta constitu. 23. curiæ anni. 1510. iuncta obseruantia dicti Michaellis Ferrer supra allegata, iuxta quam obtinere quoque debet locum hæc limitatio in sententijs diffinitiuis latis per locum tenentem generalem de consilio Regij Cancellarij, á quibus si supplicatur, debet causa supplicationis committi vni ex Doctoribus non aulæ eiusdem Cancellarij, sed alterius scilicet Regentis Regiam cancellariam.

5. Regula. 3. quæ in commissionibus causarum seruatur hæc est. Quòd causa quæ vni aulæ commissa est, non potest in illa instantia alteri aulæ committi. Et ita obseruatur.

Hæc regula limitatur primo, quando euenit casus, quód nullus ex Doctoribus illius aulæ in qua causa commissa est potest in illa interuenire: quia in eo casu, dicta causa potest alicui ex Doctoribus alterius aulæ committi : qui cum sua aula illam decidat. Quod constat fuisse obseruatum in causa nobilis Mariangelæ Margarit & de Spes, contra Eleonoram Garbina & alios, & erat notarius processus .N. Bosch.

Limitatur. 2. dicta regula in casu in quo omnes Doctores illius aulæ in qua causa cõmissa est essent suspecti dempto vno : nã eo casu, decisio dictæ causæ committẽda est alteri aulæ, ita vt in ea Doctor ille qui non est suspectus interuentu Doctorum illius aulæ dictã causam expediat. Hoc tamen intellecto, quòd cessante impedimento, dicta causa redeat ad eãdem aulã in qua primo commissa fuerat. vt in ea cum Doctoribus qui interuenire poterunt decidi valeat. ita fuit obseruatum in Regia Audientia in causa loci de Almenar & ad mei relationem in causa nobilis Raymundi de Turrillis ex vna, & Anticã de Sammenat, & nobilem Raymundum de Blanes ex altera, super recuperatione vni⁹ Terçoni decimæ sanctæ Agnetis de Malanyanes. vt patet in prouisione à me in ꝓcessu inter dictas partes actitato, quæ est tenoris sequentis. Die. 21. Aprilis. 1589. Visa supplicatione oblata per. N. ac cõtentis,

tentis & deductis in ea, ad quam fit relatio. viso toto processu, attenta qualitate causæ, & quòd nullus alius in aula Reuerendi Cãcellarij reperitur, qui in dicta causa possit interuenire, & aliàs facto verbo in Regia Audientia in aula regentis Cancellariam prouidet, quòd in præsenti causa, & eius decisione procedatur, cum interuentione Doctorum aulæ dicti Regentis Cancellariam, qui legitimè non sint impediti. Hoc tamen prouiso, quòd cessante dicto impedimento dicta causa redeat ad dictam aulam Reuerendi Cancellari; vt in ea cũ Doctoribus qui interuenire poterunt decidi valeat.

De citatione seu de in ius vocando. Rubrica. 6.

1. *CItatio ordinis iudiciarij fundamentum est.*
2. *Actor volens aduersarium suum ad iudicium vocare debet ante omnia illum citare.*
3. *Et quid mortuo aliquo ex litigãtibus seu eorum procuratore.*
4. *Et quid quoad altercata incidentia & emergentia in progressu causæ.*
   Et quid quoad tertios possessores.
5. *Citatio prima debet compræhẽdere personam illius qui ad iudicium vocatur. vide hic regulam cum vna ampliatione, & duabus limitationibus.*
6. *Citatio prima quæ prouidetur & expeditur cõtra milites debet cõtinere terminum viginti & sex dierum. vide cum vna ampliatione & tribus limitationibus.*
7. *Citatio prima quæ prouidetur contra plebeium debet continere terminum decem dierum. vide cum vnica ampliatione.*
8. *Procurator qui alium ad iudicium vocat debet facere constare de suo mandato, aliâs iudicium efficeretur nullum. vide cum vnica ampliatione.*
9. *Litteræ citatoriæ expeditæ nomine vnius locumtenentis generalis, si antequam finiatur illa locumtenentia non exequũtur, postea illa finita, efficiuntur nullius momenti. vide cum vnica limitatione.*

COmmissa iam iudici causa vt in præcedenti proxima rubrica explicuimus, ipse iudex debet incontinenti in illa causa citationem prouidere, hoc est, quòd fiant & expediantur litteræ citatoriæ & inhibitoriæ seruatis constitutionibus generalibus Cathaloniæ. Et quia citationis materia á multis in suis tractatibus satis abunde est ventilata, decreui super ea breuiter pertransire. Et solum pro instructione practicãtiũ maximè in hoc Principatu, attingã quod seruatur de iure municipali dicti Principatus ac & stylo & obseruãtia Regiæ Audiẽtiæ.

Hoc

Hoc enim est, quod potissimè arbitratus sum, vt regnicolis aduocatis, procuratoribus, & assessoribus ac omnibus iustitiam administrantibus & exercẽtibus morem
1. geram. Vnde ad materiam nostrã appropinquans dico, citationem esse ordinis iudiciarij fundamentum, & ab ea iudicium incipere. vt in. §. fin. inst. de pœnis teme. litigan. Specul. in titu. de citatio, in prin. Qui ergo contra aliquem litigare vult debet in materia citationis sequentes obseruare regulas.

2. Prima igitur sit regula, quòd actor ante omnia faciat citare aduersarium suum in iudicio; quia aliás, processus & sententia essent nulla. Nam citatio est de iure naturali, quæ cum sit defensionis species nullo modo potest omitti, neque per Principem tolli. vt est text. in clemen. pastoralis. §. ceterum. de re iudi. & in. l. nam ita Diuus. ff. de adoptionib. & not. Bald. in. l. cum fratrẽ. in finalib. verbis. C. de his quibus vt indig. & Socin. in consilio. 12. col. 2. vol. 1. vbi ponit exemplum, quòd Deus citauit Adam. & est tex. in. l. de vno quoque. & ibi Doctor. de re iudica. & in. l. ea quæ. C. quomo. & quand. iud. in. l. si quando. & ibi Bald. C. de testib. & cap. 2. de testib. Et ita constat fuisse conclusum in Regia Audiẽtia die. 4. Decembris. 1600. in facto causæ vertentis inter syndicũ monasterij Populeti ex vna, & nobilem Martinum de Pomar ex altera, ad relationem Ioannis Gallego dictæ Regiæ Audientiæ Doctorem. Fuit enim in dicto facto declaratum procedimenta in stata per dictum syndicum in dicta causa contra dictum Pomar non citatum, fuisse & esse nulla, & quod dictus syndicus solueret ex pensas postea taxandas.

3. Ampliatur. 1. dicta regula, vt etiam vera sit post inceptum iam iudicium, & defuncto altero ex litigantibus, seu eorum procuratore: quia pars principalis ad continuandam causam cum supplicatione in scriptis citanda est, & iudex debet eam citationem in scriptis prouidere. vt in cõstitutio. 59. curiæ anni. 1585. qua etiã lege præcipitur, quòd hæc omnia cum litteris citatorijs inde emanatis, atq; illarum debita executio in originali processu inserãtur, tanquam pars principalis eiusdem processus; adeò, quòd si hoc deficeret, procedimẽta quæ inde sequerent essent omnino nulla. prout ipse declarau in Regia Audientia die. 23. Maij. 1592. in causa quæ ibi vertebatur inter Galcerandum Torro ex vna, & Michaellem Barthomeu ex altera.

4. Ampliatur. 2. vt obtineat quoque locum quoad decidenda altercata incidentia & emergentia, in progressu causæ, quæ verbo iuxta

iuxta ius nouissimum per partes proponenda sunt,& per iudicem etiam verbo declaranda,pro quibus pars cõtra quam altercatum mouetur venit in scriptis cũ diei & horæ præfinitione citãda.vt est tex.in capit. 11.curiæ anni. 1585. Scias tamen,quòd hæc citatio expediri debet per scribã causæ sine iudicis cõmissione, seu mandato. Et arbitrabitur iudex terminũ citationis iuxta negocij, & personarũ qualitatẽ,atque tẽporis conditionẽ.Cõmuniter tamen in praxi obseruat, quód istæ citationes fiunt de vna die ad alterã;vt sic dicta altercata,& alia quæcunq; incidentia valeant cito expediri. Fuit tamen dubitatũ sub qua forma dicta citatio expediretur, an cũ cartello, vel an sufficeret cũ sola intima,& fuit dictũ per Regios cõsiliarios, solã intimã sufficere, eãq; vim cartelli citatorij quoad effectũ citationis habere. Et hoc ea ratione,ne partes expẽsis citationis in forma grauẽtur. Ideoq; ꝓhibetur notario, ne aliquid pro dicta intima exigat, solum enim portario pro vna quæque intima tres nummi seu denarij solui debent.& ita in praxi seruatur.

Ampliatur. 3. prædicta prima regula,vt vera etiã sit quoad tertios possessores bonorũ alienatorũ lite pẽdente:quia etiã is citãdꝰ est in causa,& cõtra eũ ꝓcedit̃ datis dilationibus summariê.ita Michael Ferrer. in obseruationibus, cap.136.tertiæ partis.

Limitatur nũc dicta regula,in casu, quando aliquis introduxit causam in Regia Audiẽtia,& post introductionẽ amplius non cõparuit,nec dimisit procuratorem,& fuit contra eũ lata sententia,quia reus qui obtinuit potest dictæ sententię regiæ executionem petere, non citato actore condemnato in causa executionis. Quod secꝰ est, quando fertur sentẽtia cõtra reũ semel citatũ,qui si postea non cõparuerit in causa, & condemnetur,venit in causa executionis citandus.ita Michael Ferrer.in suis obseruationib.cap.133.tertiæ partis.

5. Regula. 2. sit,quód prima citatio quæ ad ad incohandam causam mittitur debet compræhendere personam illius qui ad iudicium vocatur. Nam cum ille qui vt principalis in iudicium vocatur sit qui primo potest lædi exactu iudiciali,nimirum si dicta citatiò debeat esse personalis.

Amplia. 1. adeò hoc esse verũ, quòd non sufficit,quód prima citatio fiat suo procuratori, neque ad domum.Vide Panormi.& Anto. de Butr.laté. in capit.causam. de dolo. & contu. & Bart. in. l. 3. §. prætor. & in. l. quamuis. ff. de dam.infec.

Limita.1.prędicta vera esse & procedere,quando principalis citan-

dus reperiretur: quia eo casu, citatio prima iuxta regulam nostrã comprẹhendere debet persõnam principalis, & non debet fieri citatio suo procuratori, neque ad domum vt dictum est. Secus vero est, quando ipse principalis personaliter reperiri non posset, quoniam eo casu, sufficiens erit citatio facta ad domum. Vide Ioan. de Socorra. in. 1. commemora. Petri Alber. num. 18.

Limitatur nunc. 1. dicta regula vt non procedat, quando citatio fit ad domum, & est verisimile, quòd illa peruenit ad notitiam citati, vt quia litteræ citatoriæ dimissæ fuerunt vxori, vel filio, aut genero: quia eo casu quamuis illa citatio facta ad domum videatur illegitimè facta, tamen subsequuta notitia, ita ligat, sicut citatio legitimè facta. probatur ex doctrina Ludoui. Roma. in consil. 410. num. 2. & in fi. per tex. notab. in clemen. causam. ad fin. de electio. Alciat. in. l. de vno quoque. num. 29. vel 290. de re iudi. & in Rubri. C. de probationib. Et ita fuisse obseruatum in Regia Audientia testatur Michael Ferrer. in suis obseruation. cap. 131. in tertia parte. inter communitatem præsbyterorũ Ecclesiæ villę Tarregæ, & viduam Alduncìam Prunera. Nam cum cartellum citatorium decem dierum fuisset intimatum in domo solitæ habitationis dictæ Alduncìæ Prunera & dimissum. N. genero suo in domo reperto, prout constitit ex relatione regij portarij, & sic constiterit dictam Alduncìam de dicta citatione plenam habuisse notitiam, fuit die. 21. Martij. 1548. prouisum referẽte Stephano Puig Regio consiliario, citationem fuisse legitimè factam; & consequenter, ad vlteriora causæ esse procedendum, non obstantibus in contrarium deductis, atque prætensis. Iuuatur quoque hæc decisio ex traditis per Hippoli. de Marsil. in. l. de vno quoque. num. 29. ff. de re iudi. vbi dicit, quòd citatio illegitima cum notitia subsequuta, ita ligat sicut legitima. vide etiã Lanfran. de Oriano. in tractatu de citationibus. in prin. num. 1. 2. 3. 4. & seq. Bald. in. l. 3. num. 14. &. 15. C. quomodo. & quand. iudex.

Limitatur. 2. dicta nostra regula, vt vera nõ sit, quando citandus non habet aliquam domum certam, & nescitur vbi sit: quia tunc ille talis poterit citari in loco, vel in illa ciuitate inqua conuersari solebat per publicum proclama, vel per edictum. secũdum Bald. in. l. si quando. in. 11. q. C. de testib. & eundem Bald. in. l. si accusatoribus. col. fi. C. de accusationib. & Socin. in consil. 56. col. 2. in fi. in. 4. volumi. Et valebit huiusmodi citatio quamuis persõnam

sonam illius qui citandus venit non compræhendat. Vide latè Robert. Maran. in suo Specula. titul. de citatione. à numer. 82. vsque ad numer. 101. vbi in nume. 82. dicit, citationem per edictum non fieri, nisi in casu necessitatis, scilicet, quando alio modo quis citari non potest, puta propter eius absentiam, vel latitationem, vel quando citantur personæ incertæ, si sua putauerint interesse, quia si iudex habet modum citandi aliquem voce vel per litteras non debet incipere à citatione per edictum: quia grauaret citatum, & iudex appellationis posset hoc grauamen reparare. secundum Bart. in extrauag. ad reprimenda m. in versic. per edictum. post prin. Istam materiam citationis per edictum tractat plene Felin. in capitul. quoniam frequenter. § porro. vt lite non contesta. & canonistæ in clemen. 1. de iudicijs. Et vide dictum Maran. in loco supra citato. vbi ponit terdecim casus, in quibus ostẽdit huiusmodi citationem per edictum nedum fieri posse, sed etiam esse necessariam. & in numer. 79. dicit, quãdo opus sit fieri per proclama.

6. Regula. 3. nunc sit, quòd citatio quæ prouidetur & expeditur contra milites qui per aliquem actorem ad iudiciũ vocatur debet continere terminum viginti & sex dierum. probatur hæc regula per tex. in vsatico. placitum mãdetur. qui collocatus est sub titu. de dilationib. vide Mier. in constitutio. itẽ quòd si aliquis conquæratur. num. 6. collatio. 2. & Marquil. in dicto. vsati. placitum. col. 16. circa fi. & probatur ex constitu. Regis Iacobi. 2. in pri. curia Barcinone. anni. 1291. cap. 15.

Ampliatur. 1. dicta regula, vt procedat & vera sit, quamuis citaretur procurator militis qui plebeius esset, quia licet plebei[9], post quã in his sequitur naturam sui principalis qui miles est, ponendi & dandi sunt in citatione dicti. 26. dies. Et ita obseruatur in Regia Audientia attenta opinione Iacobi de Mõte Iudai. in dicto vsati. placitũ mandetur. num. 2. quem refert & sequitur ibi Marquil. in versi. Quæro tertio. fol. 68.

Ampliatur. 2. eadem regula vt locũ obtineat, quãdo plebeius tutor vel curator militis citatur: quia pariter in prima citatione ponendi & dandi sunt ad comparendum. 26. dies. attestatur hoc Michael Ferrer. in obser. cap. 135. in. 3. part.

Limita nunc. 1. dictam regulam veram esse & procedere in prima citatione, secus vero in alijs citationibus quæ fiunt cum clausula si sua putauerit interesse, vel ad cõtinuãdã causam prius inceptã; vel ad causã appellationis

quia in huiusmodi citationibus tantum dantur decem dies etiam, quod personæ citādæ milites sint. Et ita inconcusse obseruatur in Regia Audientia. Deinde in progressu causæ inter milites, plebeios, & rusticos æqualiter proceditur. vt in constitu. Regis Iacobi 2. quæ incipit. Encara statuim que dia sia assignat. in titu. de dilationibus. & ita praxis admissit.

Limitatur. 2. dicta regula. vt non procedat, nec vera sit, quando in vim alicuius instrumenti cē sualis propēsionibos debitis, vel in vim alterius instrumenti debitorij guarentigiati fit pręceptum desoluendo: quia tale præceptum etiam erga milites fit cū termino decem dierum, & nō viginti & sex dierum, et nimirum, quia in dictis & similibus cōtractibus ipsi milites renuntiāt, seu renūtiare cōsueuerunt late eorum priuilegijs.

Limitatur. 3. vt non obtineat locum nostra regula, quādo euocatur causa manutenentiæ: quia in ea citatio militis fit cum termino decem dierum. vt refert Michael Ferrer in obserua. capit. 139. tert. par. fuisse ita obseruatum in Regia Audientia, quod probat exēplaribus Hieronimi Dalmau. vide ibi per eum.

7. Regula. 4. est, quòd prima citatio quæ fit contra personam plebeiam, & priuilegio militari non gaudentē continere debet terminū decē dierū. probatur hęc regula ex dicto vsatico. placitum. & ex traditis per Doctores ibi. & ex constitu. Regis Iacobi. 2. in prima curia Barcinonæ anni. 1291. cap. 15.

Ampliatur hæc regula vt vera sit etiam, quòd citaretur quidam miles tanquam procurator personæ plebeiæ & rusticæ; quia non attenditur persona procuratoris, sed persona & qualitas illius pro quo procurator citatur. per ea quæ supra dixi in Regula. 3. amplia. 1.

8. Regula. 5. fit, quòd ille qui instituit & mouit iudicium atque mittit citationem, si procurator alterius est, curet, quòd de illius mandato constet, ne mandati defectus redderet iudicium nullum. A falso enim procuratore nec dici controuersiæ solent, nec potest esse iudiciū. l. licet. C. de procuratorib. cui cōcordat tex. in cap. in nostra. eod. titu. de procura. in fi. vbi Roman. Pōtifex statuit, falsi procuratoris exceptionē non solū ante sententiam, verum etiam postea posse obijci, quæ probata, controuersiæ nullius momenti reputantur, immo processus venit irritandus. idem text. in capit. licet de appella. in. 6. & in. l. licet. de iudi. & vide Bald. in. l. 2. C. si ex fals. instru. vbi hanc exceptionem posse vsque ad mille annos opponi fate-

tetur. sequitur Alexand. in consil.191. colum.2. volum.6.& consil.1.colum.5.in fin. libr.4.& consil.35.col.1.libr. 7. & Deci. consil. 215.col.1.& vide glo.in dicta. l. licet in verbo inueniatur. C.de pro curatorib.

Ampliatur supra dicta quinta regula vt nedum vera sit in procuratore actoris, verum etiam in procuratore rei: qui citatus pro suo principali redditurus rationem comparet: quia per dictũ mandati defectum deficeret voluntas & concẽsus principalium. pro quo facit text. in. l. ex causa. §.1 ff.de procurato.& in cap.1. de sponsalib.in.6.vbi defectus cõcẽsus tanquam in sanabilis ab alijs defectib⁹ ibi enarratis excipitur, qui etiam per Principem suppleri non potest,quasi à iure naturali proueniẽs.per clemen.pastoralis. §.ceterũ.vbi Cardina.Petr.de Anchar.& alij extra.de re iudi. Ideo moderni nullitatem hanc insanabilem vocant.vt testatur Vanti.in in tit. ex defectu inhabilitatis seu mandati comparentium.num. 61. Et ita fuit cõclusum in Regia Audientia referente Saluatore Fõtanet Regio cõsiliario.die.30. Iunij. 1597.in causa quæ ibi vertebat inter vniuersitatem de Montornes ex vna, & Bernardum Tauerner ex altera.

9. Regula.6.circa materiam citationis & practicam nostram hæc sit,quód litteræ citatoriæ expeditæ nomine vnius locumtenentis generalis,si illa locumtenentia finitur per cessum,vel decessum,an tequã ipse litteræ exequantur efficiũtur nullius momẽti:adeó,quòd faciẽdæ sunt nouę litteræ nomine locumtenentis generalis nouiter creati. Et ita fuisse declaratũ in Regia Audientia attẽto dictæ Regiæ Audientiæ notorio stylo die.7.Februarij.1573.referente Michaelle Ferrer Regio consiliario. prout ipsemet attestatur in suis obseruationib.cap.132.tertiæ partis.

Limitatur tamen hæc regula vt non procedat nec vera sit,quãdo executio litterarũ citatoriarũ incepta fuisset tempore prioris locũtenentis generalis cuius nomine fuerunt expeditæ, vt puta quia dictæ litteræ fuissent præsentatę vni ex tutorib⁹ & curatorbus alicuius pupilli: quia licet postea finiat̃ illa locumtenẽtia & superueniat alius locumtenens generalis potest continuari,executio dictarum litterarum erga alios cõtutores seu curatores. Quod fundatur ex doctrina Bar. in.l fundi. ff.de acquirẽ.possessio.& Ias.in. l. more maiorũ.ff.de iurisd. omni. iudi.per tex.in cap. si super gratia. de officio & potesta. iudi. delega. in.6.Et ita fuisse in Regia Audiẽtia declaratum attestatur Michael Ferrer. in dicto cap. 132. in prin.

De contumacia.

Rubri. 7.

1. *CONtumax adhoc quôd quis dicatur necessum est, quôd sit legitime citatus.*

2. *Citatus quamuis intermino citationis seu die sequenti post peremptorium non compareat, nec eidem contumacia accusetur, non ideo efficitur citatio circunducta.*



VM plerumque citati & vocati ad iudicium soleant contemnere iudices, qui non comparendo redduntur contumaces, ideo opere prætium erit, vt postquam de citatione diximus, nunc dicamus pauca de contumacia eorum, qui citationi minime paruerunt.

1. Et primo scire debemus, quòd adhoc vt quis dicatur contumax necessum est, quòd sit legitimè citatus scilicet tribus edictis, & citationibus, vel vno peremptorio pro omnibus. tex. est in. l. contumacia. ff. de re iudica. Et die sequenti post vltimum peremptorium debet accusari contumacia conuenti per actorem, aliàs, non diceretur reus contumax. Bald. in l. consentaneum. in fin. C. quomo. & quan. iudex. per. l. properandum. §. & si quidem vbi Bald. col. 1. C. de iudi.

2. Intellige tamen prædicta procedere de iure cõmuni Romano. Sed in hoc Cathaloniæ Principatu aliter per regni constitutiones seruatur scilicet, quod licet reus intermino citationis seu die sequẽti post peremptorium non compareat, nec eidem cõtumacia accusetur, non ideo efficitur citatio circunducta, nec talis allegatio admittenda est. ita probatur in cõstitutio. 3. Regis Philippi. quæ incipit. Item statuim. in fi. curiæ anni. 1547. per quam corrigitur ius cõmune in. l. & post edictum. §. 1. ff. de iudic. Vnde, in hoc regno hodie actores non solent ter nec semel rei cõtumaciam accusare, sed tantum est curia illis offerendi libellũ seu petitionẽ infra sex dies sequẽtes post terminũ citationis: aliàs, citatoriũ efficitur circunductũ, etiã reo non cõparẽte. tex. est in dicta constitutio. 3. curiæ anni. 1547. & facit text. in. l. & post edictũ. §. 1. ff. de iudi. & notat Bar. in. l. ex quacunq;. in prima lectu. col. fi. ff. si quis in ius voca. non ier. & Bar. & Alex. in. l. fi. §. sed si stipulator. ff. de eo per quem fac. erit. de quibus infra in Rubrica sequenti latius dicam.

Et quãuis de iure cõmuni Romano contumaces plures patiantur pœnas quas rescenset & cumulat Rober. Maran. in suo speculo de ordine iudicior. de contumacia. parte. 6. á num. 9. vsque ad num.

36. tamen ex supra dictis compertum est in hoc nostro Principatu omnes dictas pœnas & mulctas abolitas esse: prout infra insequẽti proxima rubrica hæc latius explicabuntur.

De petitione seu libello offerendo. Rubrica. 8.

1. ACTores *post tempus primæ citationis, infra sex dies immediate sequentes petitionem seu libellum offerre tenentur, sin minus citatorium efficitur circunductum vide cum duabus limitationibus.*
2. *Petitio in causis quæ in Regia Audientia ducuntur debet esse specifica & clara.*
3. *Petitio seu libellus qui intra sex dies dari & offerri debet post tempus citationis, elapsis dictis sex diebus poterit actor illum emendare & addere petitioni.*
4. *Libellus quibus clausulis debeat cõtineri*

OMisso iure communi Romano in hac materia oblationis libelli, dico in iure nostro Cathalonię
1. regulariter esse receptum, quòd post tempus primæ citationis actores infra sex dies immediate sequentes tenentur petitionẽ seu libellum offerre contra reum conuentum, ne eius taciturnitate citatorium efficiatur circunductum. probatur per tex. in cõstitutio. 13. Ferdinan. 2. in secunda curia Barcinonæ. & in constitutione. 3. curię anni. 1547. & in cõstitutio. 17. eiusdem Regis Ferdi. 2. in tertia curia Barcinonæ anni. 1503. Ex quibus aperte elicitur atque deducitur, quòd si infra tẽpus citationis præcipitat actor offerre petitionẽ, nõ valet petitio. not. in. l. de vno quoque. ff. de re iudi.

Regula nunc sit, quòd nisi actor offerat libellũ infra sex dies post tempus primę citationis efficitur citatoriũ circunductum. vt in iuribus supra allegatis.

Huius tamen regulæ prima limitatio sit, vt non procedat, quando quærela seu petitio certa oblata esset coram ordinario, & deinde causa sit euocata ad Regiã Audientiã: quia quãuis postea intra tẽpus constitutionis nõ offeratur libellus siue scedula loco libelli exhibitoria actorũ, non ideo videtur citatoriũ circunductũ: ex quo ab initio fuit oblata certa petitio corã ordinario & dicta causa censetur euocata in eodem pũcto. ita fuit declaratum per. N. Quintana Doctorẽ Regiæ Audiẽtiæ die. 17. Iulij. 1566. in causa Bartholomei Trobat cõtra Eulaliã Ribes. Erat scriba causæ Antonius Riambau.

Limitatur. 2. dicta regula vt non procedat in causa secũdæ appellationis, aut supplicationis in qua non est offerendus libellus,

nec alius proceſſus,immo ex eiſdem actis cauſæ principalis , & primæ appellationis declaratur. per cap.28.incipien.per abreuiar. Regis Alfonſi.3. in curia Montis Albi. anni.1333. qui text. collocatus eſt ſub titu.de appellations.

2. Secunda ſit Regula , quód dicta petitio ſeu libellus in ſcriptis cum ſupplicatione ſeu ſcedula in cauſis quæ in Regia Audientia ducuntur certa & clara & non obſcura offeratur. probatur hæc regula per conſtitutio.3.curiæ anni. 1547.iuncta conſtitu.56.curiæ anni.1585.& facit ad litteram alia cõſtitu.51. eiuſdem curiæ anni. 1585. Ratio tamen quare lex dictam petitionem claram & certam deſideret hæc eſt,vt ex ea reus delibera re poſsit , an ſibi expediat cedere liti,an contendere.l. 1. in princip. ff.de eden.Et claram tunc aduocatus petitionem faciet, ſi in ea exprimat nomen actoris,& rem quã petit ſi eſt ſpecies,& non quantitas.vide Bart.in. l. ſi in rem. ff. de rei vendi.& in.l.forma. ff. de cenſib. item cauſam concludentem propter quam petit,& nomen rei a quo petit.

3. Scias etiam,quòd quamuis ex conſtitutione præfigãtur ſex dies ad offerẽdum dictam petitionem ſeu libellum, nihilominus tamen lapſo dicto termino poterit Actor emendare,&addere petitioni. text. eſt in cap.3.curiæ anni.1547. immo totus proceſſus habetur pro libello.vt fuit diſpoſitum per conſtitutio. 75. in finalib. verbis curiæ anni.1585. Quo fit,vt ob impertinentiam,vel ineptitudinem, libellus non vicietur ; ſi modo de intentione petentis clarè conſtet. ita in cap. 13. titu. de libelli oblatio.vbi etiã probatur totum proceſſum haberi pro libello.

4. Admoneo tamen aduocatos omnes,quòd ſi circa libellum offerendum cupiunt eſſe cauti,debent dictum libellum hac arte cõponere ſcilicet,quòd in principio libelli apponant hanc clauſulam. *Omni meliori modo via & forma quibus ſibi prodeſſe, & aduerſanti nocere poſsit.* Eſt enim huiuſmodi clauſula valde vtilis:quia operatur vt in caſu dubio libellus interpræta ri poſsit eo meliori modo quo fafauorabilius pro actore maneat Antoni. de Butr. in cap. examina ta. de iudi.late Felin.in capi. cum ſuper.col.pen. & fi. de officio delega.Præterea debent aliam clauſulã in fi. apponere hoc eſt , quòd dicant. *Super quibus omnibus & ſingulis petit ſibi ius , & iuſtitiæ complementum adminiſtrari.* Quæ clauſula eſt valde vtilis, eo quòd ſaluat libellum ab omni ineptitudine. Abbas in cap.cũ dilectus. col. 17.de ordi.cognitio. laſ. in.§. omnium.inſtitu.de actionibus. Alex. in conſil.121.vol.1. Debet denique cautus aduocatus in fi. libelli dicere,

cere, & *protestatur de expensis.* quę si non petantur non tenetur iudex declarare super expensis. Et si petantur, & nō declarat, facit litem suam. Bald. in l. properandum. §. sin autem alterutra. col. fi. C. de iudi. & ibi Bald. & omnes Doctores in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec.

De exceptione dilatoria ad impediendum litis ingressum & progressum opponenda. Rubr. 9.

1. *EXceptiones dilatoriæ tripliciter cō siderantur.*
2. *Exceptio dilatoria quæ respicit iudicis personam quæ dicatur.*
3. *Exceptio dilatoria quæ respicit personam litigantis quæ dicatur.*
4. *Exceptio dilatoria quæ respicit causam quæ sit.*
5. *Exceptiones dilatoriæ proponēdæ sunt cum supplicatione.*
6. *Exceptio dilatoria ante litem contestatam opponi debet. vide hic regulam cum tribus limitationibus, & alijs remissiue.*
7. *Exceptiones dilatoriæ impedientes litis ingressum proponendæ sunt de iure nostro intra octo dies post intimatā petitionem. vide cum duabus amplia tionibus & vnica limitatione.*
8. *Exceptiones dilatoriæ impedientes pro bari debent intra. 30. dies qui partibus communes sunt. vide cum tribus ampliationibus, & in. 2. ampliatione multa de purgatione more explicantur.*
9. *Tempus reo non currit ad reconuenien dum pendentibus exceptionibus dilatorijs.*

CVM rei citati & conuenti soleant ante litem contestatam aliquas cō tra actorem oppo nere exceptiones ad impediēdam litis contestationem, & illius ingressum, & progressum, oportunum erit hoc in loco de huiusmodi exceptionibus verba facere.

1. Atque ita imprimis pro decla ratione harum exceptionum præ mittere nos oportet, dilatorias ex ceptiones tripliciter considerari
2. posse. Nam quædam sunt quæ resp iciunt personam iudicis, quædā personam litigantis, & quædam respiciūt libellum seu ipsam causam. Exceptio quæ respicit iudicis personam est illa quæ dicitur fori declinatoria seu incompeten tiæ, vel dicitur exceptio recusationis: quam dicunt Doctores debere esse primam & ante omnes exceptiones. per. l. fi. C. de exceptionib. Pro quo facit optima ratio, quia si alia prius opponeretur, videretur opponens interpel lare iudicem vt super illa pronun tiet; & ex hac interpellatione induceretur consensus & prorogatio in iudicem. Vnde fieret, quòd

non posset pars vlterius declinare, neque iudicem recusare secundum Bart. & Doctores in. l. quidã consulebat. ff. de re iudi. & ibidem Ioan. de Imo. & Alexand. Idem tenet Bart. in. l. si conuenerit. ff. de iurisd. omni. iudi. pro quo est text. in. l. sed & si susceperit. ff. de iudi. & habetur in cap. inter monaste-
3. rium. de re iudi. Exceptio quæ respicit personam litigantis dicitur omnis exceptio legitimationis personæ, vt si sine tutore compareat pupillus, vel sine curatore minor. vt. C. qui legiti. person. hab. stan. in iudi. vel filius familias sine consensu patris iuxta. l. fin. §. si necessitate. C. de bonisq; liber. & ibi Bart. & Bal. & possent ad id
4. dari plura exempla. Exceptiones vero dilatoriæ quæ respiciũt causam sunt, vt exceptio litis pendentiæ, quæ vt dilatoria debet opponi ante litem contestatam secundum Bald. in. l. peremptorias. in fin. C. senten. rescin. non pos. & Felin. in cap. exceptionem. de exceptionib. vide Socin. in consil. 38. vol. 1. vel quando allegatur, quòd causa quæ euocatur prętextu paupertatis, viduitatis, vel pupillaritatis est minor tercentarum librarum iuxta cõstitutio. 52. incipien. considerant. curiæ anni. 1585. & sunt aliæ plures quas longum esset referre.

5. Secundo præsciendũ est, quòd secundum iura nostra huiusmodi exceptiones dilatoriæ litis ingressum vel progressum impedientes proponendæ sunt cum supplicatione articulata, vel vbi factum articulos non requireret cum sola supplicatione seu scedula probatur per constitutio. 70. curiæ anni 1585.

Prædictis præmissis, vt facile harum dilatoriarum exceptionũ litis ingressum & progressum impedientium materiam præcipuè quoad attinet ad nostrum proprium & peculiare ius Cathalonicum expedire possim, decreui sequentes constituere regulas.

6. Regula. 1. sit, quòd regulariter exceptiones omnes dilatoriæ debent ante litem contestatam opponi. vt not. glos. Bald. & Doctores in. l. exceptionem. C. de exceptionib. & text. in. l. Pomponius. §. rati. ff. de procuratorib. & l. ita demum. & ibi per scriben. C. de procuratorib. & Feli. in dicto cap. exceptionẽ. extr. de exceptionib.

Limitatur. 1. hæc regula, vt nõ obtineat locum, quando ex facto aduersarij exceptio superuenisset post litem contestatam: quia tunc inquacunque parte iudicij superuenit exceptio, ipsa opponi potest. vt not. Alex. & Doctor. in. l. si mulier. ff. solu. matrim. & Paul. de Cast. in. l. fin. C. de exceptionib. & glo. & Bar. in. l. 2. C. de cõsor. eius. lit. Secus vero est, quando superuenit ex facto ipsius opponentis,

&

& non sui aduersarij: quia tunc opponi non potest. secũdum Bar. i n.l.2.§. numerum. ff. de excusationib.tutor.

Limitatur.2. vt non procedat quando exceptio dilatoria redderet processum retronullum:quia tunc opponi potest etiam post litem contestatã.l.licet.& ibi Bart. & Doctor.C. de procuratorib. & Salicet.in.l.quod quis.C.eod. tit. & Bald.in.l.1.C.de iur.& fac.ignoran.& Felin.in dict. cap.exceptionem col.9.versic.Fallit octauo.de exceptionib.

Limitatur. 3. in exceptione, quód quis sine actione experitur, quæ quãuis vim dilatoriæ habeat & impediat litem cõtestari,& debeat opponi ante litem contestatam secundum Bar.in.l.pater decedens.ff. de in officio. testamen. & eundem Bart. in. l. Papinianus. §.siquis impubes.eod.titu. tamen si ista exceptio opposita non fuit, iudex ex officio potest inquacũq; parte iudicij repellere agentem sine actione.vt est glo. & ibi communiter Doctores in.l. vbi pactũ. C.de transactionib.& glos.in.l. 2. §.quòd si actor. in versi.Rei.C.de iuramen. calum. per quam ita tenet Paul. de Castr. in consil. 250. col.1.vol.2.& ad prædicta est tex. in. l. si pupilli. §. videamus, & ibi Bart. & Doctor. ff. de nego. gest. Plures alias ad prædictam regulam limitationes plenissimè videre poteris apud Feli.in dicto.cap. exceptionem.extra. de exceptio. & Alex. & modernos in. l. ita demum. C. de procuratorib. quas breuitatis causa hic omitto.

7. Regula. 2. sit, quód istæ exceptiones dilatoriæ impedientes litis ingressum seu progressum proponendæ sunt de iure nostro Cathaloniæ intra octo dies post intimatam petitionem.probatur hæc regula per constitutio. 13. Regis Ferdinan.2.in.2.curia Barcinonę, & in capit.4. curiæ anni.1547. & fuerat primo receptum de iure canonico.per glo.in cap.prudentiam.§.sexta.de officio & potesta. iudi.delega.

Amplia.1. hæc regula,vt vera sit,& habeat locum etiam in syndicis cuiuscunque collegij opponentibus talem exceptionem fori declinatoriam;quamuis collegiũ habeat iurisdictionem in collegiatos priuatiué.vt collegium alcaldorum. ita fuit concluſum in Regia Audientia die. 20.Iulij. 1540. vt refert Michael. Ferr. cap.327. tertiæ partis.

Ampliatur.2:eadem regula vt procedat etiam in exceptione per militem opponẽda,quòd non fuit rite citatus cum litteris.26.dierũ. Hæc enim exceptio opponi debet intra octo dies,à die oblatæ petitionis connumerandos, ita fuit concluſum in Regia Audientia die. 28. Septembris. 1536. in facto

de

de. t. Vedrenya.

Limitatur nunc dicta regula, vt non procedat in exceptione nullitatis processus, quę post octo dies post etiam opponi. vt nota. in cap. pastoralis. extra. de exceptionib. veluti si opponatur nulliter actũ fuisse, quia non incohatum fuit iudicium contra ciuem Barcinonæ vt oportet à quærela cum firma iuris in curia vicarijs Barcinonæ offerenda.

Regula. 3. sit, quòd ad probandas huiusmodi dilatorias exceptiones currunt triginta dies præcisi & peremptorij, ac partibus cõmunes, infra quos reus potest cum supplicatione, seu scedula, & si opus fuerit cum articulis respõdere, probatur hæc regula per cõstitutio. Regis Philippi in cap. 4. curię anni. 1547. quo tex. cauetur, dictum terminum prorogari non posse, etiam via restitutionis in integrum.

8.

Amplia. 1. adeò ipsam regulã procedere, quód testes super his per partes ministrandos tenetur scriba causæ absque alia prouisione recipere, & pro eisdem littteras compulsorias (si petantur) expedire. vt in dicta constitutio-70. dictæ curiæ anni. 1585.

Ampliatur. 2. dicta regula vt adeo vera sit, quòd parti opponenti dictas exceptiones incumbit infra dictos. 30. dies deponere salarium, aliás dictæ exceptiones haberi debent pro non appositis. ita in dicta cõstitutio. 70. circa tamen ampliationem hanc videtur posse dubitari, quid si pars quę tenebatur deponere salarium infra dictos. 30. dies nõ deposuit illud, sed postea elapsis iam dictis. 30. diebus, & ante quam pars contradicat, desertionemq; ob nõ depositum salarium allegat, & sic adhuc re existẽte integra, an ex hoc censeatur mora purgata, & possit de dictis exceptionibus haberi ratio non obstante dicta constitutione disponente, quòd nisi intra. 30. dies dictum salarium deponatur; habeantur dictæ exceptiones pro non appositis. Magna est hæc difficultas, super qua plures videri possunt præsertim Bart. Bald. & Rip. in. l. si insulam. ff. de verb. obligationib. Ias. in. l. 2. C. de iure emphyteu. & plures alij qui de more purgatione scripserunt. Ipse tamen omissa omnium disputatione dico in hoc casu elapsis dictis. 30. diebus moræ purgationem deponendo salarium admittẽdam esse, re tamen existente integra, idest, antequam pars contradicat, & prætendat causam ob non depositum salarium desertam declarari. Nam quando indispositione apponitur dies & pœna vt in nostro casu, & illa pertineant ad litis ordinationem & præparationem, licet infra tempus non pareatur admitti debet dictę morę purgatio

tio re tamen vt prædicitur existẽ te integra, quando ius actoris pro pter moram non sit factum deterius per text. expressum in. l. etsi post tres. ff. si quis cautio. & per. ea quæ à Bartu. & Rippa traduntur in dicta. l. si insulam. ff. de verb. obliga. Verba enim illa in constitu tione apposita, quibus habetur, quòd si infra dictum tempus. 30. dierum salarium non est depositũ habeantur dictæ exceptiones pro non appositis intelligũtur nõ ipso iure ita vt latæ sententię executio nem adferant, sed potius sententiam ferendam indicant, per quã fiat executio. prout ita intellexit Alex. in additio. ad Bart. in. l. Imperator. circa medium additionis. ff. de iure fisci. Faciunt tradita per Abba. in cap. sidiligenti. in pen. notabi. de foro compe. vbi dicit, quòd per verba ista *habeantur à communione alieni*, non fertur sententia, sed ferri mandatur. Vbi cunque enim lex vel statutum imponit aliquam pœnam non intelligitur ipso iure, nisi expressum sit in. l. vel statuto, sed per sententiam. vt not. Hyppol. de Marsil. in practi. crimi. in. §. aggredior. nu. 124. qui allegat Bald. in. l. 1. C. de legib. Additur his consil. 3. Pauli Castr. num. 13. vol, 3. Vidẽdi quoq; sunt Tiraquel. in. l. si vnquam in ver. Reuertatur. C. de reuocan. donationib. & Felin. in capit. Rodulphus. in versi. Vltimo. extr. de rescrip. vbi ex proposito tractant, quæ verba important latam sententiam, & quæ ferendam. Maxime Felin. nu. 27. vbi tradit, quòd verba ista habeatur pro priuato, pro condemnato, & pro confesso, denotant sententiam ferendam, & non ipso iure latam. Ex quibus ergo clare & euidenter deducitur, quòd. quamuis in dicta constitutione apponantur illa verba. Sien agudes per no opposades. elapsis dictis. 30. diebus re tamen existente integra, id est ante partis contradictionem, potest deponendo salarium dicta mora purgari maximè cum dies. 30. dierum & pœna, quòd exceptiones habeantur pro non appositis pertineãnt ad litis ordinationem & præparationem, in quibus vt supra dictũ est reintegra, & dum ius aduersarij non fiat deterius admittitur moræ purgatio. Quæ sine dubio de æquitate canonica in distincte obtinere verum existimo, quo iure constat, semper & indistinctè locum esse moræ purgationi, vbi aliàs purgari non poterat si ius actoris non sit factũ deterius. probatur in cap. suam. & ibi glos. in verbo per solutis. circa fin. & in summa videte Gregor. Lopes in in. l. 8. titu. 14. par. 5. glo. 2. &. 3. ad fin. & Gutier. de iuramen. confirma. par. 3. cap. 17. num. 8. vbi inquit, hanc limitationem esse maximi effectus: quia cum per leges regias

Regias non reperiatur expresse cautũ, quòd vbi est dies & pœna nõ admittat purgatio more, & deficiẽte iure Regio, & patrio, prout deficit in nr̃a Cathalonia recurrẽ dũ sit ad ius canonicũ. vt in cap. 40. curiæ anni. 1599. & dicti iuris canonici æquitas semper & in distinste admittat moræ purgationẽ si ius actoris nõ sit factũ deterius, merito igitur in nr̃o casu, videtur cõclusum salariũ depositũ elapsis. 30. dieb⁹ ante tamẽ partis cõtradictionẽ ꝑ decidẽdis dictis exceptionibus impediẽtibus litis ingressũ, rectè depositũ esse, & ꝑ dict̃a depositionem in dicto casu morã purgari.

Ampliatur. 3. dicta regula, vt ita vera sit & ꝑcedat, quod notarius elapsis dictis triginta diebus, intra dies tres immediatè sequentes absque aliqua prouisione processum regulatũ relatori deferre tenetur. iuxta dictũ cap. 4. dictæ curiæ anni. 1547. & dictus relator intra viginti quinque dies mox post dictos tres sequentes, deposito vt dictũ est salario, prouideat & ius dicat super ꝑ partes prætẽ sis, sub pœnis in cap. de la obseruãça contentis. Adeo, quòd super dictis exceptionibus aliæ nõ sunt admittendæ scedulæ seu supplicationes. vt in cõstitu. 70. curię anni 1585. ibi. *E sobre dites exceptions no se admetã altres supplications ni scedulas.* Quod quidẽ ius dicere debet iudex ꝑ modũ ꝓuisionis interlocutoriæ. Quã quidẽ ꝓuisionẽ ipse iudex facere potest sine facto verbo in Regia Audiẽtia iuxta constitu. 1. Regis Ferdi. 2. curiæ anni. 1510. Quod limita nisi talis ꝓuisio esset abdicatiua iurisdictionis Regiæ Audiẽtiæ: quia tunc dicta prouisio fieri solet facto verbo.

Regula sit. 4. quòd parti citatę opponẽti exceptionẽ litis ingressum & ꝓgressũ impedientẽ, & in eis succũbenti, tẽpora sibi ꝑ cõstitutiones cõcessa currunt. vt in dicta constitutione. 70. in finalibus verbis. curiæ anni. 1585.

Amplia, vt ne dum dicto succũbenti currant tempora, sed etiam venit quoque in expensis condemnandus.

Poterit tamen á prouisione cõtra se facta supplicare; vt infra in sequenti proxima rubrica latius explicabitur.

9. Tandẽ scire debes, quód pendẽtibus huiusmodi exceptionibus dilatorijs non currit reo tẽpus ad recõueniẽdũ. vt probatur ex constitu. Regis Ferdinandi in. 2. curia Barcinonæ cap. 13. collocata sub titu. de dilations. in fin. quia vt supra diximus, istæ exceptiones de iure opponi debent ante litem cõtestatam. glo. & Doctores. in. l. exceptionẽ. C. de probationib. & in. l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. Socin. in consil. 38. vol. 1.

De

De ſupplicatione interponenda á prouiſione ſuper exceptionibus litẽ ingreſſum impedientibus facta. Rubri. 10.

1. *SVpplicatio interponi poteſt intra dies tres â prouiſione facta ſuper exceptione dilatoria impediente litis ingreſſum. Et dies computantur de momento intimæ ad momentum ſupplicationis.*
2. *Supplicare licet â prouiſione facta ſuper exceptione dilatoria impediente in eadem aula, & non in alia: quamuis prouiſio facta eſſet facto verbo.*
3. *Supplicantibus à prouiſione ſuper intermedio facta dantur decem dies computandos â die emiſſæ ſupplicationis ad allegandum & probandũ.*
4. *Sententia ferri poteſt poſt peremptam inſtantiam, quando facto iudicis iuſte impediti perimitur.*
5. *Cauſa ſupplicationis contrario imperio habetur pro deſerta, quãdo ſalarium non deponitur infra decem dies computandos â die interpoſitæ ſupplicationis.*

GEneralibus conſtitutionibus Cathaloniæ ſãcitum eſt, ſuccumbentem in
1. exceptionibus impedientibus litis ingreſſum poſſe à prouiſione ſupplicare & prouocare, vel contrario imperio, vel in forma, & quód alterutro modo, licitum eſt hoc facere intra dies tres. vt probatur per text. in conſtitutio. Regis Ferdin. 2. in curia Montiſſoni cap. 2. anni. 1510. Qui terminus trium dierum eſt computandus de momento intimæ ad momentum ſupplicationis interpoſitę. prout fuit declaratum per Ioannem Ioffre Doctorem Regiæ Audientiæ facto verbo in Regia Audientia die. 17. Nouẽbris. 1572. in proceſſu den Marroqui, cõtra Petrum Gaſſo, qui proceſſus eſt in poſſe Magini Folch notarij.
2. Præterea alijs & reſcẽſioribus conſtitutionibus conſtitutum eſt, dictas ſupllicationes interponendas à prouiſione facta ſuper dictis exceptionibus interponi debere in eadem aula, & non in alia: quamuis facto verbo in illa aula prouiſio facta fuiſſet. ita probatur per conſtitutio. 70. curiæ anni. 1585.

Item ſtabilitium eſt, quòd ſiue
3. contrario imperio, ſiue informa ſupplicetur, currãt ipſo iure partibus decem dies computandi á die emiſſæ ſupplicationis ad dicẽdum, allegandum, & probatum habendum ſuper eo tantum articulo. Qui terminus decem dierũ præciſus & perẽptorius eſt. Poſt quos etiam dies currunt notario tres dies ad proceſſum relatori deferendum, et relator intra. 60. dies ad ſummum immediate ſequẽtes tenetur in dicta cauſa ſupplicationis declarare & prouide-

re. vt

re.vt in cap.26.in.2.curia Barcin. Regis Ferdi.2.

Regula igitur sit, quòd iudex dictæ causæ supplicationis elapsis dictis decem & tribus diebus tenetur intra. 60. dies ad summũ immediaté sequentes in dicta causa declarare.&probatur idem per eundem Regem Ferdi.in constit. 2. curię montisoni.annni.1510.

4. Ampliatur dicta regula.1. vt adeò vera sit, quòd nisi intra dictum tempus 60.dierum iudex declarauerit, prouisio interlocutoria àqua supplicatum fuerat habetur pro confirmata, & in rem judicatam transacta , & pars quæ supplicauit in expensis condemnanda est.ita in constitutio 26.incipien. mes auant statuim . Regis Ferdi.in.2, curia Barcinonæ.

Verum hæc ampliatio ita intelligenda & interprætanda est, vt non procedat, quando instantia dictorum sexaginta dierum fuit perempta facto iudicis iuste impediti, qui intra illos non declarauit.ita in constitutio.2. Regis Ferdi. 2. in curia Montisoni anni. 1510.facit etiam tex. in constit.4. curiæ anni.1547. Præsumendum enim est iudicem ob multitudinẽ causarum fuisse iuste impeditum. secundum Alexan.in.l.properandum.§. sin autem.& in. l. senatus. ff.de officio præsid.vel quia erant plures iudices super cognitione vnius causæ, prout sunt in Regia Audientia , qui non potuerunt se in vnum congregare vel concordare iuxta Math.de Afflic. in cõstitutio. sæpe contingit. ideo dicendum est,post lapsum temporis dictorum dierum,adhuc posse iudicem in causa dictæ supplicationis sententiam ferre.Et quamuis sentẽtia lata post peremptam instãtiam dicatur ipso iure nulla, iuxta Alex.in consil.138. col. 1. in vol.2.& in consil.42.in.3. volu. & Pari. de Put. in tracta. Syndi. in versi. Instantia.col.2. glo. Bart. & Doctor.in.l. properandum. C. de iudi. tamen non procedit in hoc casu, in quo lapsa fuit instantia facto iudicis vt prædicitur iustè impediti:immo instantia restituitur & reuiuiscit.Et quia lapsum temporis non potest parti imputari, ideo ipsa non debet propter dictũ lapsum temporis in expensis connari.

5. Ampliatur. 2. quod nisi intra decem dies partibus concessos ad dicendum,allegandum,& probãdum seu probatum habendum salarium deponatur scilicet vna tertia de tertia,dicta supplicatio cõtrario imperio habetur pro deserta.probatur per constitutio.6. curiæ anni.1553.

Ampliatur. 3. quòd adeò vera sit dicta regula,vt á iudicis declaratione in dicta causa supplicationis siue reuocatoria siue confirmatoria sit nõ licet amplius supplipli-

plicare, adeó, quòd neque ſuccũbens beneficio reſtitutionis in integrum iuuandus eſt. ita in dicta conſtitutione. 70. curiæ anni. 1585.

De litis conteſtatione, & reconuentione per reum facienda. Rubrica. 11.

1. *Litis conteſtatio quid ſit.*
2. *Litis conteſtatio in Cathalonia non eſt de ſubſtantialibus iudicij.*
3. *Reconuentio fieri poteſt per reum intra octo dies poſt oblatum libellum per actorem. Et tunc cauſa conuentionis & reconuentionis pari paſſu ambulant.*
4. *Reconuentio facienda eſt per reum in ſcriptis.*

IN SVperioribus diſputatum eſt de præparatorijs iudiciorũ, ſupereſt nunc, vt ad litis conteſtationem condeſcendamus ſuper qua totum radicatur iudicium. ſecundum Bald. in capit. 1. colum. 1. de litis conteſtatio. Et adeo hoc eſt verum, quòd de iure communi eſt vnum de ſubſtantialibus iudicij, in tantum, quòd ſi omittatur vitiat totum proceſſum. vt tenet gloſ. in capit. dudum. lo: 2. de electio. & habetur per Bar. & Doctor. in. l. prolatam. C. de ſenten. & Cardinal. in clemen. ſæpe. in prin. in. 4. oppoſitio. de verbor. ſignificatio. 1. Eſt autem litis cõteſtatio principalis negocij apud competentem judicem facta narratio: & ad eam ſequuta reſpõſio. vt colligitur ex cap. 1. delitis conteſta. & cap. dudum. lo. 2. de electio. & cap. prout. de dolo & contuma. & cap. cum cauſam. de juram. calum. & not. ſpecul. in titu. delitis conteſtatio. §. 1. Perquæ etiam verba fiat dicta litis cõteſtatio. latevide per Maran. in ſpecu. par. 6. ti. delictis cõteſt. num. 4

2. Prædicta tamen procedunt & obtinent verum de iure communi Romano, ſecus vero eſt de jure noſtro Cathaloniæ quo conſtat litis conteſtationem non eſſe de ſubſtantialibus iudicij: cum in Cathalonia abſque litis conteſtatione ad vlteriora cauſę procedatur. vt in conſtitutio. 14. Regis Ferdinandi. 2. in ſecunda curia Barcinone: quia exquo ſublatæ ſunt accuſationes contumaciæ per cap. 3 curiæ anni. 1547. & pænæ contra contumaces videlicet primum & ſecundum decretum, fit euidens, in Cathalonia dictam litis conteſtationem neceſſariam non eſſe.

Quare in hoc Regno pro conſtãti habetur, quòd primus actus qui ſequitur poſt libelli oblationẽ habetur in Regia Audiẽcia loco litis conteſtationis. Quod etiã procedit in curijs ordinariorũ in quibus hũc iudiciariũ ordinẽ reſpectiue ſeruari iubetur, iuxta Caroli Quinti conſtitutionem in

capit. 8. curiæ anni. 1547.

3. Oblato itaque libello per acto rem eoque reo intimato, potest reus intra octo dies post intimam immediatè sequentes, actorem re conuenire si vult. vt est text. in capit. 13. Regis Ferdinandi. 2. in secunda curia Barcinonæ, & tunc pari passu ambulat cum conuentione, & fit processus simultaneus, videlicet, quòd eo tempore quo lis contestatur in vna, debet contestari in alia, & sic in datione termini probatorij, in publicatione, conclusione, & alijs actis causæ. vide Bart. in authen. & consequenter. colum. 2. versic. 3. C. de senten. per regulam traditam. in. l. qui prior. ff. de iudi. & Bald. in dicta. l. qui prior. vbi pulchre declarat hanc materiam. Et adeo pari passu ambulat cum conuentione, & fit processus simultaneus, quód debet eadem sententia terminari cum causa cõuentionis: quia iudex debet vtramque causam inferere in vna & eadem sententia. secundum Bart. in dicta authen. & consequenter. colum. 2. versi. Item dictæ causæ. Et licet dicat ibi Bart. quòd primo debet ferri vna sententia, & postea alia, non per hoc contrariatur: quia eius sensus est, quód ambæ causæ debent poni in vna sententia scripta in eadem charta: in qua primo scribi debet. capit. conuentionis, & postea reconuentionis secundum ordinem ipsarum causarum, & vnum post aliud immediate legi, & proferri. Et quamuis quoad iuris dispositionem duæ dicãtur sententiæ. quia duo sunt capitula. l. etiã. ff. de minorib. &. l. quædã mulier. ff. famil. erciscũ. tamẽ quoad vnicam scripturam, & vnicã prolationem dicitur vna sententia. & ita debet intelligi hæc materia. vt declarat Abb. in cap. 1. col. 3. de mutu. peti. & specula. in titu. de recõuẽtio. §. videndũ. Et eã sic nos intelligimus & practicamus.

4. Intra ergo octo dies post intimatã actoris petitionẽ potest reus actorem reconuenire si vult. Sed sciat eũ dictã reconuentionẽ facere debere in scriptis; cui actor cũ supplicatione seu scedula respondere prohibetur. in eius tamẽ erit arbitrio cũ articulis per eũ offerẽdis suã reddere rationem dictæq; reconuentioni satisfacere. vt est tex. in constitutio. 57. curiæ anni. 1585. qua lege etiam sancitum est omnia hęc in processu causæ principalis inferenda esse.

De Articulis ad probandum per testes, vel instrumenta. Rubri. 12.

1. *ARticuli in causis producuntur, vt p illos eorum intentio explicetur.*

2. *Positio quædã breuis narratio est factũ cõtinẽs ad eliciendã veritatẽ cõcepta.*

Diffe-

3. *Differentia inter articulum, & positionem.*
4. *Articuli per partes inscriptis dandi sunt.*
5. *Articuli per actorem dandi sunt intra octo dies â die litis contestatæ vel reo non respondente, quibus reus intra dies sex immediate sequentes respondere tenetur.*
6. *Articuli per reum offerendi sunt intra 30. dies post oblationem articulorum actis, quibus actor intra sex dies respondere tenetur.*
7. *Articuli in quibus fit aliquorum instrumentorum mentio non sunt recipiendi nisi instrumenta mencionata exhibeantur.*
8. *Articuli in quibus est generalis instrumentorum productio admitti non debent.*
9. *Articuli qui admittantur.*
Articuli qui ad obijciendum vel corroborandum dantur, in scriptis offerri debent, & infra quod tempus probari habeant vide ibi.

1. ARticuli per partes in causis producũtur, vt per illos eorum intentio explicetur; & ostendant quid probare intẽdunt tam per testes, quám per instrumenta. vt not. Bald. in. l. generaliter. §. sed iuramento. C. de reb. credi. & Specul. in titul. de teste. §. nunc videndum. col. 1. versi. Sciendum est igitur. Cardinal. in clemen. sæpe. §. & quia. in. 3. notab. & in. 1. q. de verb. significatio. & not. glos. & Doctor. plenè in cap. præsentium de testib. lib. 6. Alio etiam nomine capitula quibus partes in causis eorum intentionem explicant positiones appellantur: quia positio
2. secundum Doctores est quædam breuis narratio factum continens ad eliciẽdam veritatem cõcepta. ita Bald. in. l. 2. §. quod obseruari. col. fi. C. de iuramẽ. calum. Et quã uis ista scilicet articul⁹, & positio, videãtur synomia quasi idem importantia; tamẽ quisque horũ terminorum suam propriã habet
3. significationẽ. Nam positio vere & propriè dicitur pars intentionis, continens id super quo quis petit ab aduersario responderi; vt sic pars quæ ponit releuetur ab onere probandi: si pars cõfitetur. cap. statuimus. de confess. lib. 6. & specula. in titu. de positio. §. 2. & vide Bal. in dicto. §. sed iuramento. Articulus vero, quia fit per verbum probare intendit, & respicit probationes faciendas per testes, vel scripturas in casu quo positiones negentur, ideo fit, quòd articulus secundũ propriã significationẽ differat à positione quæ fit per verbũ ponit: & solum respicit partis confessionẽ. Sed quidquid sit, existimo capitula quæ præsentantur in causa & cotinent partis intentionẽ & articulos, & positiones appellari posse. Possunt enim

appellari posítiones in quantum requirunt aduersarij respontionem & confessionem: quia solent aduocati petere aduersario mandari, quòd respondeat articulis personaliter, & sine instructore, per verbum credit, vel nõ credit. At inquantum dicta capitula proponuntur ad ostendendum quid pars probare intendit per testes, vel per instrumẽta, & scripturas, tunc dicta capitula propriê articuli appellantur.

4. Prædictis præmissis. Scire oportet, quód articuli per partes in scriptis dãdi & offerẽdi sunt. vt habetur in constitutio. 75. curiæ anni. 1585. sub tit. de dilationib.

5. Et ex parte actoris dicimus, ipsum á die litis cõtestatę, vel reo nõ respondente, teneri intra octo dies immediate sequentes offerre suos articulos seu positiones, quibus reus respõdere tenetur intra dies sex etiã immediatè sequẽtes, & personaliter; si relatori ita esse faciẽdum videbitur. ita probatur per tex. in constitu. 14. Ferdi. 2. in secunda curia Barcinone. quæ est prima sub titu. de dilationib.

6. De reo quoq, sancitũ est, quòd ipse post oblationẽ articulorum actoris tenetur intra triginta dies suos offerre articulos, tãsuper sua reconuentione, quám super exceptionibus. Quibus etiã actor similiter tenetur respondere intra sex dies, & postea intra quinq; offerre interrogatoria si voluerit. vt infra in proxima sequenti rubrica dicemus. probat tex. in constitutio. 16. Ferdi. secundi in secunda curia Barcinonæ. sub titu. de dilationib.

7. Sed scias, alio iure esse cautũ, quòd si in articulis partiũ aliquorum instrumẽtorum mentio fiat, non sunt dicti articuli per notariũ recipiendi; nisi instrumenta mentionata simul tradant. probat hoc tex. in constitutio. 75. curiæ anni. 1585. sub dicto titu. dilationibus.

8. Item vetitum est, ne articuli in quibus fit generalis instrumentorũ productio, in quibusq; est clausula generalis qua dicitur, quòd res de qua agitur cõpetit articulãti suis iustis & legitimis titulis recipiantur. Admittuntur enim tantũ illi, qui in specie clare ac in indiuiduo exprimunt causam & rationem & instrumenta particularia quibus ius prætensum articulanti competere potest. ita in eadem constitutio. 75. curiæ anni 1585.

9. Hi enim ad finem tantum tollendi impertinentiam, infamiam, seu iniuriam quibus contineri possent prouidendi sunt: ac proinde in eis prouisio faciẽda est. *Ad respondendum ad tertiam.* vt hinc iudex per partem aduersam verbo, & non in scriptis certioretur, an dicti articuli sint admittendi vel non: quod quidem iudex certio

ratus

ratus arbitrabitur. Qui si dictos admittat articulos prouidebit, quòd tempora constitutiònũ currant absque concessione vniusvel plurium dilationum.itain cõstitu. 73.curiæ anni.1585. sub titu.dedilationib.

De articulis quoque qui respectiue ad obijciẽdum,vel corroborandum testium depositiones dari solent sancitum est,quòd in scriptis offerantur, & cum scriptis perjudicem admittantur: prout in articulis causæ principalis dictum est:ad quos etiam probandum,currunt tempora constitutionum:sublato arbitrio iudici attributo per cap. 17. Regis Ferdi. 2. in secunda curia Barcinonę sub tit.de dilationib. vbi videas,quod tempus detur ad probandum dictos articulos. probantur hæc in constitutio.76. dictæ curiæ anni 1585. A quibus tamen excipe, nisi iudici appareat,quòd seruata constitutionis solemnitate,alicui partium concedenda esset dilatio vltra marina:quæ quantum ad tempus probandi concedenda est, sicut in articulis causæ principalis obseruari præcipitur. vt in eadem constitutio. 76. dictæ curiæ 1585.

De interrogatorijs tam pro parte rei, quàm actoris post oblationem articulorum offerendis.Rubrica. 13.

1. *INterrogatoria in scriptis dari & offerri debent, & notarius qualiacũque sint illa recipere tenetur.*
2. *Interrogatoria debent poni inplica, & minime sunt communicanda, donec testes pro publicatis habeantur.*
3. *Testes prius examinandi sunt super interrogatorijs.*

PRæsentatis articulis vt supra dictũ est,& vocatis testibus, solet altera pars petere copiã articulorum ad effectum præsentandi interrogatoria contratestes ad veritatem indagandam. capi. præsentium, de testib. lib. 6.

Tempus autem intra quod interrogatoria produci debeant videas infra in rubrica sequẽti proxima:vbi late & in loco congruo explicatur.in sequendo dispositionem constitutionum Regis Ferdinandi secundi. in 2. curia Barcinonæ cap. 15. & 16. quæ collocatæ sunt sub titu.dedilationib.

1. Et nostris quidem Cathalonię legibus statutum est,dicta interrogatoria inscriptis dari & offerri. debere, notariumq; processus, ea qualia cumquæ sint aparte contra quam articulatum fuit recipere.ita in cap. 72. curiæ anni. 1585.

2. Atque ita, quando post oblationem articulorum vnius partis,dicta interrogatoria producuntur, debent illa per dictum notarium

poni implica & non debent communicari parti contra quam dantur, donec testes pro publicatis habeantur. vt in constitutio. 73. dictæ curiæ anni. 1585. Et ea est ratio, vt vitetur timor subornationis testium. vt not. Abb. & Doctor. in cap. per tuas. de testib. & Alex. in. l. apud quem. C. eden. & Bald. in Margarita. in versi. Interrogatoria. versi. Primo. Et sic admissa, dicta interrogatoria dicuntur esse de actis, sicut alia acta iudicij, secundum Bal. in dicta. l. generaliter. §. sed iuramento. C. de reb. credi.

3. Tandem debẽt testes super dictis interrogatorijs prius examinari: adeò, quòd si iudex omitteret interrogare illos, possent iterũ testes repeti & interrogari etiam post publicationem processus. secundũ Alex. in cõsi. 174. col. pen. vol. 2. & cõsil. 41. col. fi. in fi. vol. 4. & Specula. in titu. de teste. §. nunc videndum. in finalib. verb.

De dilationibus & temporibus probatorijs. Rubr.14.

1. *Dilatio quæ datur actoribus in causis plenarijs ad articulandũ & probandum, & aquo tempore incipiat.*
2. *Dilatio vltra marina quæ sit, & quid quando petitur ad partes indiarum nouæ Hispaniæ, & del Peru.*
3. *Reus infra quod tempus teneatur articulare & suos articulos probare, & aquo tempore incipiat currere illi dilatio in causis plenarijs.*
4. *Dilatio in causis summarijs ad probandum per testes & ad instruẽdum processum quanta sit.*
5. *Causæ quæ dicãtur summariæ vide vsq; ad num. 20.*
6. *Sentẽtia in causis summarijs debet ferri in scriptis.*
7. *Causa principalis quando summaria est omnes illius articuli debent summariê expediri.*
8. *Dilatio tam actoris quam rei ad obijciendum contra testes seu eorum dicta confirmandum quanta esse debet.*
9. *Tempora probatoria currunt durantibus altercatis contra partem succumbentem in eisdem.*
10. *Tempora probatoria causæ principalis, durantibus altercatis quæ incidũt super spolio, alimẽtis, attẽtatis, et fal sitatibus quæ ad partem tractari debent non dormiunt. Fallit nisi forte altercatio esset super spolio commisso lite iam mota & cepta.*
11. *Notarius causæ elapso termino dandi interrogatoria tenetur litteras compulsorias cum inclusione articulorum expedire.*
12. *Tertius opponens se liti debet assumere causam in eo pũcto inquo est: ita vt si principalis potest probare, poterit & tertius opponens. secus ẽ contra.*
13. *Dilationes probatoriæ ad prossequẽdã litẽ sunt continuæ & currunt partibus ipsa lege & constitutione.*

Tempo-

14. *Tempora probatoria, quando partes se ponũt in concordia, durãte cõcordia non concurrunt.*
15. *Dilatio probatoria non currit, quando maior pars dierum est feriata.*
16. *Dilatio non currit, quando Regia Audientia prorogatur.*
17. *Testes citati & iurati intra dilationem possunt postea extra dilationem recipi. Et hoc est verum, quando dilatio datur simpliciter, declaratur. ibi.*

SOlent iudices post oblationem articulorum, & interrogatoriorum procedere ordine successiuo ad dationem termini probatorij. vt testantur specula. in titu. de dilatio. per totum. & alij Doctores repeten. in rubri. de dilationib. quibus inlocis dilationis materiam plene tractant. Verum quia in hoc regno tempora probatoria concessa tam actori quam reo procedendi, tam circalibellum offerendum, reconueniendum, articulandum, & probandum super meritis causę principalis, quàm circa obijciendum contra testes, vel illos corroborandum, acta & instrumẽta publica & priuata producendum, & alias quascunque probationes faciendũ, & ad processum instruendũ curre debẽt, prout cõstitutiones vulgo dictæ Sanctæ Annæ, & aliæ huius regni leges disponunt. iuxta text. in constitutio. 72. curię anni. 1585. ideo de temporibus & dilationibus quæ ad probandum, obijciendum; & processum instruendum, in dictis legibus & constitutionibus, tã in causis plenarijs, quám in causis summarijs partibus conceduntur, hic verba faciam.

Atque ita dicturus primo de
1. his quæ in causis plenarijs tã actori quám reo conceduntur, te imprimis scire oportet, quòd actor post litis contestationem, & respõtionẽ rei, aut illo non respõdente, tenetur intra octo dies sequentes suos articulos. seu positiones offerre. Et dico actorẽ ad id prius teneri, quia secũdum ordinẽ aduocati actoris, prius debent proponere & allegare, & postea aduocati rei. vt dicit Bald. in. l. Nesennius. ff. de nego. gest. & idem Bald. in. l. qui prior. ff. de iudicijs. Quibus articulis reus tenetur respondere intra dies sex immediate sequentes, & eo respondente, vel non respondente, dictis sex diebus elapsis, currunt eidem incontinenti quinque dies ad dandum interrogatoria, quibus elapsis, ipso iure & facto currit actori dilatio præcisa & peremptoria trium mensium, ad probandum tam per testes, quàm per instrumenta, & aliud quodcunque genus probationis, & si opus fuerit amplius articulandum.

2. Potest etiam dilatio vltra marina intra decem dies sequẽtes post quinque dies datos ad offerendum interrogatoria, & tunc debet iurare actor, quòd non malicioſè nec animo differẽdi litem petit dictam vltra marinam dilationem, quæ arbitrio relatoris extenditur vſque ad nouem menſes tãtum. Tamen ſcias, quòd ſi dicta dilatio petitur ad partes indiarum nouæ Hiſpaniæ, tunc dilatio extenditur ad decem & octo menſes, ſi vero ad partes del Peru, poteſt dicta dilatio extendi vſque ad duos annos. ita obſeruant Doctores Hiſpani, de quorum obſeruatione teſtantur Gonçaluus Suarez de Paz in ſua practi. tom. 1. in. 8. tẽpo. num. 30. & 40. folio. 63. & Gabriel de Monter. in ſua pract. in ſecundo tracta. de via ordinaria. verſi. Demanera que ſe deue de entender. fol. 3. pro quibus allegant Regiam pracmaticam in Regno Caſtellę editam. & fuit idẽ concluſum in hac Regia Audientia die. 12. Iulij. 1597. referente Ioſepho Dalmau Regio Conſiliario in cauſa nobilis Catherinæ de Alentorn & Erill contra Sorores Peres reſidẽtes in Ciuitate Hiſpalis. Notarius dictæ cauſæ erat Raphael Viues.

3. Pro reo quoque cum dicta conſtitutione. 16. dicti Regis Ferdinandi. 2. ſancitum eſt, quòd ipſe reus intra triginta dies poſt oblationẽ articulorum actoris tenetur ſuos offerre articulos tam ſuper ſua recõuentione, quàm ſuper exceptionibus. Quibus articulis actor tenetur ſimiliter reſpondere intra ſex dies, & intra quinque dies offerre ſi voluerit interrogatoria: quibus quidẽ quinque diebus elapſis, curunt etiam eidem reo tres menſes, aut ſi opus ſit dilatio vltra marina ad probandum per teſtes vt ſupra in actore dictum eſt.

4. In cauſis vero ſummarijs vt ſunt alimentorum, poſſeſſoriæ, extraneorum, quæ natura ſua ſummariam requirũt cognitionem, & quæ per promptam probationem liquidæ ſunt, necnon cauſæ executiuæ aliter ſancitum eſt, quòd ſublato circa tempora probatoria arbitrio per alias conſtitutiones iudicibus conceſſo, dentur duo menſes partibus ad probandum per teſtes, & alij duo menſes ad inſtruendum proceſſum tam per inſtrumenta, quàm per aliud quodcunque genus probationis, qui termini pręciſi, & peremptorij ſunt & currere debent abſque miniſterio & prouiſione iudicis. ita probatur in conſtitutio. 74. curiæ anni. 1585. in titu. de cauſis ſummarijs in noua cõpilatione.

5. Et ne iuniores iudices aduocati & procuratores crucientur circa inueſtigandum quæ dicantur cauſæ ſummarię, vt ſtatim cognita cauſa, ſciant, dilationem quæ in illa ad probandum & proceſſum inſtruẽdum competit opere prætium eſſe

duxi

duxi hic plura cauſarum ſummariarum exempla inſerere. in quibus dicimus, ſummarias eſſe cauſas quoad ſolemnitates, & quoad probationes. Videndi ſunt Bart. Bald. Alexand. & Iaſ. in l. iudices. C. de iudicijs. & Bar. in l. 3. §. cauſæ. in fin. ff. de carboni. edic. vbi dicit, quòd cauſa dicitur ſummaria ex eo quòd dantur breuiores dilationes. Idem tenet Bart. in l. ſiquis à liberis. §. ſiquis ex his. ff. de liber. agnoſcen. & ita nos ſupra per conſtitutio. 74. curiæ anni. 1585. declarauimus.

6. Dicitur primo cauſa ſummaria quælibet cauſa poſſeſſorij. l. momẽtaneæ & ibi Bart. C. vnde vi. Et quæ probationes in hac cauſa ſufficiant, & quomodo intelligatur vide late Maran. in 4. parte. diſtinctio. 9. num. 43.

7. Secundo dicitur ſummaria cauſa alimentorum ita Bald. in l. ſiquis in ſuo. C. de in officio teſtamẽ. Quod intellige, quando agitur de alimentis præſentibus, vel futuris, ſecus ſi de præteritis: quia tunc cauſa non diceretur ſummaria, ita tenet Bal. in l. 1. col. 2. verſi. Quæro nunquid in cauſa. C. de fidei commiſsis. itẽ ſecus ſi alimenta debeantur ex cõtractu iuxta Bald. in dict. l. nonnunquam.

8. Tertio dicitur cauſa ſummaria, quælibet cauſa quæ ventilatur in curia mercatorum, inqua proceditur demera æquitate obmiſsis ſolennitatibus & apicibus iuris. vt not. Bart. in l. fideiuſſor. §. quædam & in l. Quintus. ff. manda. & Bald. in l. ſi pro ea. col. penul. C. man. & Iaſ. in l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. col. 3. ff. de pact. & Socin. in conſil. 65. col. fi. vol. 4.

9. Quarto dicitur cauſa ſummaria, quando ſoluto matrimonio petitur dotem reſtitui: quia ex quo eſt cauſa quæ dependet ex matrimonio dicitur ſummaria: ſicut cauſa matrimonij. ſecundum Cardi. in clementi. diſpendioſam. in. 30. q. de iudicijs. Cauſa enim matrimonij ſummaria dicitur: quia expeditur de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij. vt probatur in dicta clemen. diſpendioſam, & ibi glo. & Cardinal. in. 24. quæſtio. cum tribus alijs ſequentib. & habetur per Abb. & Doctor. in cap. Alberic⁹. de teſtib.

10. Quinto dicitur cauſa ſummaria illa quæ eſt modicæ ſummæ & quantitatis per tex. in auth. niſi breuiores. & ibi Bart. & Bald. C. de ſenten. expericu. reci. Quæ autem dicantur cauſæ modicæ & breuiores, relinquitur hoc arbitrio iudicis: attenta qualitate perſonarum, & cauſæ. vt tenet Bart. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudi. & in l. admonendi. col. antepen. ff. de iure iuran. & eſt gloſ. in cap. fi. de iudi. lib. 6. & Felin. in cap. in cauſis. de teſtib.

11. Sexto dicitur cauſa ſummaria quando legatarius petit ſatiſdatio-

nem ab hærede nomine legatorũ: quia si opponit ab hærede, quòd calũnioſe petitur talis ſatisdatio, debet iudex de hoc ſũmatim cognoſcere. text. eſt iuncta glo. in verbo. ſummatim. in. l. ſi is á quo. §. 1. ff. vt in poſſeſsio. legat. Quod extẽditur in alijs ſtipulationibus, & ſatiſdationibus ſimilibus. l. i. §: fi. & ibi Bart. ff. de prætor. ſtipulatio.

12. Septimo dicitur cauſa ſumma ria, quando agitur contra debito res tributorum, & datiorum, & aliarum functionum fiſcalium, & collectarum. videte Bald. in conſil. 434. vol, 3.

13. Octauo dicitur cauſa ſummaria, quando agitur ad decimas, vel quomodocunque oriatur differentia ſuper decimis. text. eſt in clemen. diſpendioſam. & ibi Cardi. de iudi. vbi idem Cardinalis dicit, quoq; ſummariã eſſe cauſam, quando ageretur contra aduocatos, vel alios potentes qui fauerẽt detentoribus decimarum.

14 Nono dicitur cauſa ſummaria, vſurarum cauſa, vt puta, quando contta creditorem prætenditur contractum eſſe vſurarium, vel quando agitur de compenſatione vſurarum, vel ſi dicatur teſtamen tum vſurarij non valere. vide eun dem Cardi. in dicta clemen. diſpendioſam. in. 31. quæſtio. cum quinque alijs quæſtionibus ſequẽ tibus.

15. Decimo dicitur cauſa ſummaria, quando agitur contra confeſſum: quia eo ipſo, quód debitor in iudicio confitetur, non requiritur ibi alius ordo iuris, ſed tantum fit præceptum de ſoluendo. ita tenet Bald. in. l. ſi debitori. in. 1. lectu. ff. de iudi. pro quo etiam eſt tex. cũ ibi notatis per Bart. & Doctor. in. l. vnica. C. de confeſſ.

16. Vndecimo cauſa extrancorũ dicitur quoque ſummaria vt in cap. 74. curiæ anni. 1585.

17 Duodecimo dicitur cauſa ſummaria, quando aliquis tertius ad impediendam ſententiæ executionem pro ſuo intereſſe venit: quia ſummariè examinatur de ſuo intereſſe, antèquàm admittatur. vt eſt text. & ibi Abb. in. 4. col. in verſi. Núc reſtat. in capit. veniens. 2. & ibidẽ Felin. de teſtib. & habetur per Bart. in. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi.

18. Decimo tertio dicitur cauſa ſũmaria, cauſa naufragiorũ: quia contra ſurripiẽtes aliquid de naufragio proceditur velo leuato et ſic ſummariè & de plano. text. eſt. & ibi Bar. in. l. de ſubmerſis. C. de naufragio. lib. 11. & eſt ratio, ne ad datur afflictis afflictio: quia paſsi naufragium ex quo remanẽt pauperes, & denudati, nõ eſt æquum, quód velint pati iudiciorum anfractus, & prolixitates litigantium: ſed debent citius expediri: ne aliàs, cogantur, iudicium derelin-

relinquere propter inopiam.

19. Decimo quarto dicitur causa summaria, quãdo agitur ad exhibendum: nam in tali casu summariè proceditur. Et admittuntur probationes leues per solum iuramentũ. vt est tex. & ibi glo. in versi. Summatim. in. l. 3. §. sciendum. & l. thesaurus. ff. ad exhibẽ. & Bar. in. l. nec quicquam. §. de plano. in fi. ff. de officio pro consul.

20. Decimo quinto dicitur causa summaria, quando agitur de mittẽdo aliquem in possessionem ex primo decreto: quia sufficit constare de debito summatim, & sic semiplene, etiam per solum iuramentum: secundum Bar. in. l. cum proponas. C. de bonis authori. iudi. possiden. & glo. in. l. Fulcinus. §. 1. ff. ex quib. cau. in possessio. eat. in versi. Oportet.

Plures alias commemorat causas summarias Maran. in suo speculo. in. 4. part. distinct 9. á num. 38. vsque in finem distinctionis vbi videas.

6. Et ne propterea, quòd causa sit summaria existimes sentẽtiam posse ferri sine scriptis: quia ita requiritur scriptura in summarijs; sicut in ordinarijs & plenarijs. secundum Abba. in cap. Albericus. in pri. oppositione. & ibi etiam Felin. in prin. de testib. & in specie dicit Fran. de Aret. in dicto. cap. Albericus. versi. Ex quibus patet. Et ipse hæc latius confirmabo infra in Rubri. de sententia.

7. Tandem scias, quòd quando causa principalis est sũmaria omnes illius articuli debent summariè expediri. ita Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in versi. Sũmariè. col. 3. & Ias. in Rubri. C. qui admitti. col. 1. in fi.

8. Scias præterea tempore dicti Regis Ferdinandi. 2. in secunda curia Barcinonæ cap. 17. fuisse cautum, actorem & reum publicatis testibus debere habere vnum mẽsem ad obijciendum & probandum contra testes, seu eorum dicta confirmandum, iudicemq; si ei videbitur maiorem requiri dilationem posse vltra dictum mensem aliam arbitrari dilationem, dum tamen trium mensium termi num non excederet. Nunc vero dicta Ferdinandi lex per Regem Philippum in cap. 74. in curijs. 1585. confirmata est; sublato tamẽ iudici arbitrio dictum tempus vnius mensis prorogandi. Quod quidem dictus Rex ita verum censuit, nisi forte iudici videretur, quòd constitutionis solemnitate alter ex litigantibus indigeret dilatione vltra marina; quæ in hoc casu, quemadmodum in articulis causę principalis quoad effectum illos probandi conceditur, concedenda est.

9. Item vsque ad curias anni. 1585. obseruabatur, quòd durantibus altercatis tẽpora probatoria dormiebant,

miebant, sed cum id in damnum litigantiũ succederet. ideo, quòd lites, immortales fiebãt fuit noua ge dispositum, quód tempora pro batoria & instructoria, atque alia quæcunque per constitutiones Cathaloniæ ad progressum causæ vsque ad sententiam diffinitiuam, & eius executionem inclusiuè concessa, currant durantibus altercatis contra partem succumbentem in eisdem. Quod non solum eadem noua lex iubet habere locum in prima prouisione, verum etiam in causa supplicationis si ab ea prouisione supplicatum extitit, reuocatis quibuscunque constitutionibus seu legibus patriæ contrarium disponentitibus. probantur hæc omnia in constitutione. 71. curiæ anni. 1585. 11.

In super cũ Rex & curia decreuerint altercata quæ incidunt super spolio, alimentis, attentatis, & falsitatibus motis, cum processu ad partẽ debere tractari, ideo stabilierunt, quód durantibus dictis altercatis tempora probatoria processus causæ principalis in futurum non dormiant, nisi forte altercatio esset supor spolio lite iam mota & cepta commisso: quoniam tunc dicto altercato durante, tempora non currunt, nec pars quæ spoliauit audienda est, quin prius super dicto spolio ius terminetur. vt ibi in eadẽ constitutione. 10.

Præterea circa probationes faciendas scribis causarum iniungitur, quòd elapso termino dandi interrogatoria, ipsi teneantur dare & expedire partibus litteras compulsorias atque plicas iuxta stylum, cum inclusione articulorum super quibus testes veniunt examinãdi, insequendo formam à parte quæ interrogatoria offert petitam ac postulatam. Quæ forma consistere potest, tam super interrogandis testibus prius super interrogatorijs, quàm super articulis & responsionibus personalibus habẽdis, quàm etiã super extrahẽdis actis & instrumẽtis sine ministerio & iudicis prouisione. ita probat tex. in constitutio. 72. curiæ anni. 1585.

De tertio opponente quoque rescriptum est, quòd assumat causam & negociũ in eodem statu in quo ipsa causa reperitur. Et ideo si partes principales possunt adhuc probare, poterit etiam dictus tertius opponens pro sua parte idem facere. Et è contra si partibus principalibus elapsum est probatorium tempus, erit quoque elapsum dicto tertio opponenti. Quod intelligas procedere sine præiudicio sui iuris in alio iudicio. ita probatur in constitutio. 82. curiæ anni. 1585. 12.

Elapsis deniq; temporibus ad instruendum processum per Catha-

thaloniæ conſtitutiones cõceſsis, dantur partibus duo menſes ad probandum contra acta & inſtrumenta, vel illa reſpectiuè corroborãdum, quibus elapſis, ſi teſtes miniſtrati fuerunt, pars cõtraria habet vnum menſem ad obijcien dum contra inſtrumenta nouiter producta. Et ijs omnibus tranſactis, teſtes ipſo iure & facto habeã tur pro publicatis: & proceſſus pro denuntiato. probat tex. in cõſtitutio. 81. curiæ anni. 1585.

13. Colligamus nunc ex prędictis, quód dilationes probatoriæ, quæ partibus ad proſequendam litem communiter concedũtur ſunt cõ tinuæ, & currunt eiſdem partibus ipſo iure, & ipſa conſtitutione: vt ex ſuperioribus clare & aperté oſtenſum eſt. Et dico eſſe cõtinuas; quia in eis currunt etiam dies feriati. ſecundum Bal. in. l. 1. C. de fe rijs. & glo. in rubri. &. l. 1. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. & glo. & Bald. in. l. fin. ff. de ferijs. Pro hoc eſt tex. in. l. ſiue pars. in fi. C. de di lationib.

14 Limitatur primo hæc concluſio, vt nõ procedat nec locum ha beat, quãdo durante dilatione vt puta durantibus temporibus pro batorijs, partes ſe ponerent in cõ cordia: quia durante concordia tempora probatoria nõ currunt. clemen. quandiu. de appellatio. & in auth. ſi tamen. C. de temporib. & reparationib. appella. in quib⁹ iuribus oſtenditur, quód per cõpromiſſum, vel aliàs, de conſenſu partium expreſſo, impeditur cur ſus temporis fatalium dati á iure, vel ab homine ad proſſecutionem appellationis. Hoc tamen intelli ge verum, quando tempus proſſe quendi litem eſt commune partibus: quia tunc cum partes veniãt de communi conſenſu ad concor diam ſeu compromiſſum, dictus communis cõſenſus facit curſum litis dormire. Faciunt his, quód le gitimè impedito tempora iuris vel hominis nõ currũt capit. 1. de præſcriptionib. capit. illud. de cõ ceſsio. præben. cap. quia diuerſita tem. de electio. & cap. ſi electio. de appellatio. lib. 6. Et ſecus eſt, quãdo ſumus in caſu in quo tempus tã tum datur vni parti, vt eſt tẽpus decem dierum conceſſum ad appellandum, cuius curſum com munis partium conceníus non impedit: quia illud tempus tantum datur vni parti ad ſuſpendendum ſententiam vel grauaminis effectum. vide deciſionem Rotæ in no uis. titu. de dilationib. deciſio. 2. & vidi bis idem fuiſſe votatum in Regia Audientia.

15: Limitatur. 2. prædicta concluſio, vt non obtineat locum, quando maior pars dilationis eſſet feriata: quia tunc ex quo feriæ abſorberent totam dilationem vel maiorem partem non computantur in dilatione. ita Bald. in. l. ſi

quando

quando.in.4.quæstio.C. de testib. & Hostien. in cap. licet causam. de probationib. & Lanfran. in cap. quoniam contra. in versi. Dilationes .num.14.&.15.de probatio. & attestatur idem obseruari in Regia Audientia Michael Ferrer in suis obseruationib. cap. 297. & in cap. 299. in versi. Dubium. tertię partis.

16. Limitatur.3.eadem conclusio vt vera non sit,quando Regia Audiẽtia prorogatur: quia tunc dies prorogationis quamuis maior pars dilationis sit iuridica non computantur in dilatione.Et ita obseruari in Regia Audientia testatur Michael Ferrer in obseruationib. in dicto cap.299. vbi videas per eum allegata & exemplaria quæ adducit.

17. Tandem super hac materia posset dubitari an infra tempus datũ ad probandum debeant testes omnino examinari? Et dico, attento, quòd tempus quod datur à lege vel constitutione ad probandum, conceditur simpliciter, & non ad probatum habẽdum, sufficit,quòd testes sint iurati & citati infra terminum qui postea possunt examinari, etiam lapso termino, & censentur eorum depositiones factæ infra terminum:quia depositio testis retrotrahitur ad tempus iuramenti.secundum Ludo. Roma. in consilio.443.col.2.& Abb.in cap. licet causam.col.6.de probatio. & ita quotidie videmus seruari in practica maxime in hac Regia Audientia. Quod secus esset si terminus non daretur simpliciter ad probandum, sed potius ad probandum, & probatum, habendum:nam eo casu, testes debent etiam examinari infra terminum dilationis,& non sufficit, quòd infra dilationem essent citati & iurati: cum eo casu post dilationem non admittantur. ita plene tenet Abb. in dicto cap.licet causam.col. 6.& 7.& Socin.in consil.47.col.3. vol. 4.& Bal.in consil.133.vol. 5.

De altercatis.

Rubr. 15.

1. *A Duocati manu propria tenentur subscribere scedulas,& iudices prouisiones quæ inde emanant.*
2. *Altercatis durantibus, non impeditur nec retardatur cursus causæ principalis. Fallit vt ibi.*
3. *Processus altercatorum super attẽtatis, alimentis,falsitatibus,& spolio commisso, lite iam mota, infra duos menses instrui debet.*
4. *Altercatis durantibus tempora probatoria currunt contra partem succumbentem in eisdem. Amplia vt ibi.*

CVM inter moras articulãdi,& probandi, ac processum denuntiandi varia soleant accidere partium altercata,vel ratione

ne iudicis, vel ratione partium in iudicio comparentium, vel ſuper admiſsione aut repulſa articulorũ, aut denegatione dilationum, aut ſuper quibuſcũque exceptionibus circa progreſſum litis incidentibus,& emergentibus ex eiſdẽ,fuit per cap.126.curiæ anni.1585. & in actis curiæ ſub num.10. conſtitutũ ſupplicationes & ſcedulas in cauſis ciuilibus Regiæ Audientiæ admitti non debere,niſi in caſibus ibi exceptis, & quæcunque altercata incidentia & emergentia eſſe per partes verbo proponenda, & per iudicem verbo declaranda, adeò quòd ſi per errorem ſupplicationes,ſcedulas, & alias deductiones in ſcriptis receptas fuiſſe conſtiterit, de illis nullam eſſe habendam rationem.

Forma autem procedẽdi in his, hæc erat,quòd aduerſarius contra quem aliquid verbo, quòd ſapere poſſet altercatum deductum erat, citabatur in ſcriptis, ſeu eius procurator cum diei & horæ præfinitione. Citationem vero expediebat ſcriba cauſæ ſine iudicis commiſsione,ſeu mandato, & ſic parte citata comparente, vel illa contumaciter abſente, iudex verbaliter declarabat ſuper à partibus,ſeu altera illarum deductis.Et ſi forte in aliquo heſitabat,poterat facto verbo in Regia Audientia illud idem expedire. Et continuabantur omnia vna cum prouiſione iudicis inde ſecuta, in quodam regeſtro per notarium qui horis ſtatutis reſidere debebat in ſtudio iudicis ſeu relatoris:qui etiam poſtea ſolam prouiſionem ſuper dictis altercatis factam in proceſſu inſerebat: altera tamen partium petente.probantur hæc omnia in cap.127. curiæ anni 1585.eſt in actis curiæ ſub num. 11. Et habebant quoque locum prædicta in cauſis ſecundæ & tertiæ inſtantię,& in cauſis liquidationum, maiorum deliberationum, atque executionum vt probatur in cap. 10.in actis curiæ anni.1585.

Nunc vero, per nouiſsimam legem editam in curijs. 1599.quæ eſt
1. cap. 65. in actis curiæ fere totum hoc ius immutatum eſt,& diſpoſitũ aduocatos teneri manu propria ſubſcribere ſcedulas & deductiones quas ipſi faciũt, & iudices prouiſiones quæ inde emanant manu etiam propria ſcribere; & quòd pro altercatis detur tantum ab vtraque partium vna tantum ſcedula cui vna tantum reſponſio & replicatio fieri debet.

Item ſuper altercatis diſpoſitum eſt,quòd ſi ipſa ſuper ſpolijs,alimẽtis,attentatis,& falſitatibus moueã tur,poſſunt cum ſupplicatione ſeu ſcedula in ſcriptis proponi, & quòd de eis formetur proceſſus ad partem,in cuius progreſſu quoad ſupplicationes, & ſcedulas admittendas ſeruandus eſt ordo proceſſus cauſæ principalis. ita in conſtitu-

ſtitutio.77.curiæ anni. 1585.

2. Præterea ſtatutum fuit, quòd durantibus huiuſmodi altercatis ſuper alimentis,attentatis, & falſitatibus,non impediatur nec retardetur proceſſus cauſæ principalis cuius tẽpora ob id nõ dormiũt ; ſed potius currere debẽt. A quibus qui dẽ excipiẽdũ eſt,quando altercatũ, moueretur ſuper ſpolio cõmiſſo lite iã mota& cepta:quia tunc dicto durante altercato tempora nõ currunt; nec pars quæ ſpoliauit audiri debet,quin prius ſuper dicto ſpolio ius dictum ſit.probatur in conſtitutio.77.curiæ anni. 1585.

Horum autem quatuor altercatorum proceſſus infra duos menſes præciſſos & peremptorios per omne genus probationis inſtrui debet. vt in dicta conſtitutio.77. eiuſdem curiæ anni.1585.

4. Durantibus etiam quibuſcunque alijs altercatis tempora probatoria, & inſtructoria atque alia quæcunque ad progreſſum cauſæ vſque ad ſentẽtiam diffinitiuam & eius exe cutionem conceſſa currunt contra partem ſuccumbentem in eiſdem. vt in dicta conſtitutio. 77. in fin. Quod non ſolum habere locum in prima prouiſione ſancitum eſt, ſed etiam in cauſa ſupplicationis; ſi ab ea prouiſione ſupplicatum eſt. vt in conſtitutio. 71. eiuſdem curiæ anni.1585.

Denique ſtatutum eſt, ſuper dictis altercatis currere partibus à die propoſiti altercati præciſe & & ipſo iure viginti dies, ad proſſequendũ,& probãdum. vt in cap.7. curiæ anni.1547. iudicemq; ius ſuper illis dicere debere infra viginti quinque dies. vt eſt tex.in cap.4. dictæ curiæ anni. 1547. Qui ſi ipſe vult,poteſt facere prouiſionẽ ſine facto verbo vt in cap.1. curiæ anni. 1510.

De ſupplicatione cõtrario imperio vel in forma interponẽda à prouiſione ſuper intermedijs inprogreſſu cauſæ factis .Rubri.16.

1. *SVpplicare licet contrario imperio vel in forma â prouiſione facta ſuper altercatis intra dies tres poſt prouiſionem intimatam.Et infra quod tempus cauſa ſupplicationis proſſequenda ſit,& debeat deponi ſalarium ac declarari vide ibi.*

2. *Supplicare licet in eadem aula quando prouiſio facta eſt non facto verbo, ſed ſi facto verbo,licet tunc ſupplicare in alia aula.*

3. *Supplicare non licet â declaratione facta in cauſa ſupplicationis interpoſitæ â prouiſione facta ſuper intermedio,ſiue dicta declaratio ſit confirmatoria ſiue reuocatoria.*

4. *Intellectus ad conſtitutionem 79.curiæ anni.1585.*

5. *Supplicare tantum licet contrario imperio â prouiſione facta poſt proceſſus de-*

nuntiationem, & vide circa materiã multa alia in hoc num. vsque in finem.

1. SCias primo, quòd intra dies tres iuridicos post intimatam prouisionem super altercatis factam interponenda est supplicatio vel contrario imperio, vel in forma. vt in cõstitu. 25. Regis Ferdinan. 2. in secunda curia Barcinonæ. anni. 1493. sub titu. de supplications. & in constitutio. 2. eiusdem Regis in curia Montissoni. anni. 1510. sub eod. titu. de supplica. & est text. in constitutio. 12. in dicto titu. de supplications. in dicta noua compilatione.

Et quouis modo interposita, pſsequenda est intra decẽ dies, intra quos iudicis salariũ deponi debet: quibus elapsis notarius causæ infra dies tres tenetur iudici processum deferre, & ipse iudex elapsis dictis tribus diebus intra viginti quinque declarare facto verbo in sua aula: saluo tñ. iusto impedimẽto. ita probatur per tex. in constitu. 11. collocata sub tit. de supplitiõs. in noua cõpilatione. & in cõstitu. 6. curiæ anni 1553. quibus iuribus cõstat, candẽ formã, eosdẽq; terminos seruari in istis supplicationibus ab intermedijs in ꝓgresso causæ, quòd in illis supplicationibus ab intermedijs super exceptionibus litis ingressum impedientibus interpositis.

2. Itẽ scias, quòd si vis interponere supplicationẽ á prouisione super intermedio facta, debes animaduertere, an illa prouisio facta sit non facto verbo, vel facto verbo in illa aula regia. Si quidem si non facto verbo, poteris tunc supplicare in eadem tantũ aula. At vbi facto verbo esset facta liceret
3. tunc supplicare in alia aula. Et nõ licet à declaratione dictarum causarum siue confirmatoria, siue reuocatoria sit amplius supplicare. Excluso omnino beneficio restitutionis in integrum. ita in constitutio. 79. curiæ anni. 1585.
4. Debes tñ. scire, quòd dicta cõstitutio. 79. curiæ anni. 1585. secundũ quosdã intelligenda est, de altercatis suscitatis in discursu causæ principalis & ante diffinitiuã sententiã non autẽ in altercatis suscitatis post diffinitiuã, & in causa executionis. Et est ratio, nã hæc cõstitutio similẽ habet in curijs anni 1520. cap. 23. & cum illa loquatur tantũ de intermedijs & prouisionibus factis in progressu causæ, vt ibi in verbis. *En lo progres de la causa*: pariter quoque dicta constitutio. 79. intelligenda & interprætãda est. Verba enim *en lo progres dela causa*, intelligẽda sunt de sentẽtijs interlocutorijs quæ fiunt super altercatis ante sententiam diffinitiuam: quia per diffinitiuam extinguitur causa, & post diffinitiuã iam non dicitur causa: cum so-

lum tunc tractetur de executione sententiæ. Sunt & alij asserentes prædictam constitutionem non loqui de prouisionibus habentibus vim diffinitiuæ : quia cum dicta constitutio prohibeat supplicari á prouisionibus interlocutorijs nõ cõpræhendit interlocutorias habentes vim diffinitiuæ. ita Andr. Guil. in obseruatio. lib. 1. obseruatione. 130. incipiente multũ inter est ꝑ totũ. & obseruatio. 132. eod. lib. & Minsinger. in suis obseruationib. cẽtur. 3. obseruati. 88. Et ratio est, nã de interlocutorijs habẽtibus vim diffinitiuę idẽ iudicatur ac de ipsis diffinitiuis, & appellatione diffinitiuæ, venit interlocutoria habẽs vim diffinitiuæ. ita Andr. & Abb. in cap. peruenit el. 2. extr. de appellatio. Alex. in. l. 5. ff. de verb. obligatio. Ex quibus deducitur, quòd quemadmodũ à sententia diffinitiua, si ex ea prætendatur grauamẽ potest supplicari, poterit etiã ab interlocutoria vim diffinitiuæ habẽte. Tertia fuit opinio seu declaratio quã ipse existimo verioré, quód dicta cõstitutio vere intelligẽda est de meris interlocutorijs siue sintante sentẽtiã diffinitiuã siue post. Quãuis enim prouisiones & declarationes quæ fiũt post diffinitiuã interlocutorię dicanť, tñ. ex eis quædã sunt quæ merę interlocutoriæ appellãtur; vt sunt illæ quæ accessorié veniunt, vel inconsequentiam ; vt si petita sit executio sententiæ: quia tunc sentẽtia lata super dicta executione nõ dicitur diffinitiua sed potius mera interlocutoria. vt puta, quãdo pnuntiatur sentẽtiã esse exequendã, hæc dicitur interlocutoria : quia est accessoria & venit in consequentiã alterius sentẽtiæ; quæ postquam transiuit in iudicatũ exequi debet. Et ita adnotauit & declarat Francis. Aret. in .l. 4. de verb. obligatio. & Angel. in cõsil. 75. Feli. in rubri. de sentẽ. & re iudi. 1mo. in. l. ab executore. ff. de appellatio. Bal. in. l. actori. C. de reb. credi. Corne. in consil. 221. lib. 4. Et in hoc casu siue simus in meris interlocutorijs ante diffinitiuam, vel post diffinitiuam obtinet locum dicta constitutio. 79. Ex quibus infertur, ipsam eandem constitutionem non procedere in declarationibus & sententijs quæ in iudicio executiuo fiũt, quæ non sunt accessoriæ ad principale negocium in iudicio deductum ; sed principaliter est petitum : vel quando diffinitur aliquis articulus substantialis causæ principalis : quia illæ declarationes vel sententiæ quamuis dicantur interlocutoriæ, tamẽ sunt vim diffinitiuæ habentes. glo. 1. in fi. in clemen. fi. de appellatio. & in clemen. 1. de causa possessio. & proprieta. & Bald. in. l. 1. C. quando prouo. non est necesse. & Alex. in l. 5. col. 2. ff. de verb. obligatio. & in hoc

hoc casu non loquitur dicta constitutio. Nam de iure prohibita appellatione ab interlocutoria nõ compræhendit illas interlocutorias per quas diffinitur seu decidi tur articulus substãtialis, & maximé præiudicialis: immo non obstante dicta prohibitione, à dicta interlocutoria appellari seu supplicari poterit. text. est singularis vna cum glo. in. l. intra vtile. ff. de minorib. Bal in. l. 1 C. quando pro uo. nõ est necesse. glos. in clemen. fi. de appellatio. & in clemen. 1. de causa possessio. & propriè. Et po test esse ratio, nam cum dicta con stitutio sit exorbitans à iure communi iuxta quod ab omni sententia seu prouisione præiudiciali po test supplicari debet semper intelligi & interprætari, vt minus lædat ius commune, quam fieri possit. ita Gabriel consil. 56. num. 11. post Corneu. in consil. 14. vol. 4. Craue. consil. 18. Et hoc procedit etiam si verba dispositionis impropriarentur. vt ibidem Corne. & Caugnol. ad statuta Montis Ferrati decreto. 14. §. 1. quæst. 2.

5. Item etiam animaduertet prudens aduocatus, an prouisio à qua intendit supplicare facta sit post denuntiationem processus; quia in tali casu tantum potest contrario imperio supplicare per capit. 7. curiæ anni. 1547.

Præterea statutum est, quód in casibus in quibus licitum est partibus contrario imperio supplicare, vel in forma, si contingat, quòd vna pars supplicet contrario imperio tenetur adhærere supplicationi in forma per aliam partem interpositæ, relinquendo supplicationem contrario imperio. Quod adeò verum est, licet ex diuersis capitibus partes supplicassent. ita in constitutio. 85. curiæ anni. 1585.

Quod ius etiam stabilitum fuit in duobus vel pluribus litis consortibus quorum vnus vellet supplicare contrario imperio, & alter in forma. ita in constitutio. 85. curiæ anni. 1585.

Scias etiam, quòd in istis causis supplicationum in forma quibus supplicatio contrario imperio adhæret admittuntur nouæ probationes, dum tamen fiant intra decẽ dies, prout in causa supplicationis fieri poterat, & hoc iure vtimur.

Tãdem scire oportet, quòd cũ supplicatum erit ab aliqua prouisione, & Cancellario, seu Regenti Cancellariam videbitur decretare prouidẽda in Regia Audientia, parti tũc supplicãti incũbit instare intra tres dies vtiles à die decretationis cõputãdos, quód causa illa supplicationis cõmittatur, vel repellatur, sin minus, habenda est illa supplicatio, pro non interposita, & prouisio à qua suppli catum fuerat sit in rẽ iudicatam

transacta. ita in constitutio. 87. curiæ anni. 1585. Quod quidem nō procedit, quando supplicatio interponitur à sententia diffinitiua: quia si in eius decretatione dicatur prouidenda in Regia Audientia, pars quæ supplicauit tenetur intra dies decem suas facere & exhibere diligentias. Quæ quidē factæ censebuntur cū in supplicatione fuerit continuata oblata ab aliquo ex mandati regij scribis, tuncq; præsidens tenet infra dies. 3. postquam præsentata fuerit supplicatio Regiæ Audientiæ facere eidē supplicationi decretationem ita in cōstitut. 87. curiæ anni. 1585.

De instrumētorum productione. Rubrica. 17.

1. *INstrumentorum productiones non in genere, sed in specie, & indiuiduo fieri debent.*
2. *Producens processum debet designare partem illius processus quam producere intendit.*
3. *Aduocatus impertinēter processum producens, venit ille pœna decem ducatorum mulctandus.*
4. *Acta siue actoris siue rei qua forma ponenda sint in processu.*
5. *Acta & instrumenta vsque ad processus denuntiationem produci possunt: et minime processu denūtiato. Quod fallit duobus modis. vt ibi. Et in casu limitationis debet fieri in scriptis & specifice.*

SEQuitur in iudicijs alius actus scilicet, quòd in vim probationis solēt produci instrumēta & aliæ scripturæ publicæ vel priuatæ. nam appellatione instrumentorū venit omnis scriptura instruēs causam. l. 1. ff. de fide instrumen. & not. glo. & Doctor. in rubr. C. de eden. Propterea pro iuuenū instructione declarabo hic, qualiter in causis secundū ritum nostrę curiæ & generales constitutiones Cathaloniæ produci debeant instrumēta, & quę circa instrumēto rū productionem obseruāda sint.

1. Atque ita primo scias, instrumētorū productiones non generales, sed in specie atq; in indiuiduo fieri debere, & signādo partē, & locū, in quibus prætentio seu ius producēndis se fūdat, adeò, quòd nisi speciales sint productiones, eas nō esse admittēdas lex nostra iubet.

2. Quod etiam obtinere locū in processuū productionibus hic affirmamus. Nam producentes processum, designare partē illius processus, illā scilicet quā producere volunt, & intendunt, atque effectum quo mouentur ad illam exhibitionem seu productionem faciendam tenentur. Adeò, quòd si reperiatur aduocatus impertinēter dictos processus produxisse, ac contra cōstitutionis mentē venit ille pœna decem ducatorum mul-

mulctandus; alteri parti applicãdorum. text. est in constitu. 60. & in constitu. 75. curiæ anni. 1585.

4. Præterea acta & instrumenta quæ per partes producuntur ita in processu inserenda seu consuenda sunt, vt ea quæ sunt actoris ad partem & consecutiuè ponantur, & ea quæ sunt rei etiam ad partem in processu inserantur seu cõsuantur. ita in constitu. 80. curiæ anni. 1585.

5. Cautũ præterea est, quòd instrumẽta, & quicunq; contractus, successionesq; exhiberi & ꝓduci possint vsq; ad denũtiationẽ processus; & illa ꝓ cõstitutionũ obseruãtia, ac Regiæ Audientiæ stylo, vsq; ad dictã ꝓcessus denũtiationẽ admitti debẽt. ita in constitut. 75. curiæ anni. 1585. in fi.

Hinc quoque sancitũ est, quòd supplicationes, scedulæ, & aliæ ꝓductiones nõ admittantur denuntiato processu, etiã quòd via restitutionis in integrũ peteretur. tex. est in constitu. 81. curiæ. 1585. & in actis curiæ. cap. 12. earundẽ curiarũ. Quod adeò dicta iura procedere voluerũt, vt si forte aliqua dicto ꝓcessu denũtiato inaduertenter admittunt̃, de illis nulla est habẽda ratio, neq; interfolia ꝓcessus cõputari debẽt, ac tãdẽ pro illis notario nihil debebitur. vt in dicta constitutio. 81. dictæ curiæ anni. 1585. circa medium.

Patitur tñ. hæc res duas exceptiones quarũ vna est, vt nõ procedat in sola scedula qua petitur ad sententiã assignari. quæ cũ in scriptis iuxta nouã constitutionẽ offerẽda sit, etiã post ꝓcessus denũtiationẽ admittenda est. ita in cap. 12. in actis curiæ curiarum anni. 1585. Altera vero & secunda exceptio est, nisi semel instrumẽta de nouo reperta ex acto solito iuramento producantur: id enim semel denũtiato processu, & non bis, nec pluries permittitur. Quo fit, vt vltra vnã vicẽ dictæ productiones post processus denuntiationem non admittantur, etiam quòd via restitutionis in integrum pateretur. vt supra dictum est.

Et eo casu, quo denuntiato processu permittitur dicta instrumentorum productio, debet illa fieri in scriptis, ac specifice, & in indiuiduo, narrando acta & instrumenta quæ producuntur. vt hinc facilius possit iudex percipere an dicta acta ad causam faciant vel non.

At si cum dicta instrumenta inspiciuntur inueniatur, ea non continere quæ fuerunt in scriptura productionis narata, tunc pars illa producens incidit in pœnam viginti & quinque ducatorum pauperibus hospitalis applicandorum.

Et huius rei occasione statutũ est, quód si in scriptura productionis narrãtur acta quæ pro-

ducuntur esse in posse alterius, posse dilationem concedi ad illa habenda & extrahenda vsque ad duos menses tantum: qui ad hoc præcisi, & peremptorij erunt.

Hæc tamen omnia supra dicta intelligas procedere & obtinere locum inter partes, quibus licitum est supplicare á sententia definitiua quæ proferri speratur. & probantur in dicto capit. 12. in actis curiæ dictartm curiarum anni. 1585.

9. *Testes vltra decem super vno quoque articulo examinari non permittitur.*
10. *Testium numerus per iudicem temperari potest.*
11. *Testes qui esse possint, & qui non, vide ibi cum vna ampliatione, & quinque limitationibus.*
12. *Iudici arbitrio relinquitur quanta sit testibus fides habenda.*

De testibus, & illorum productione. Rubri. 18.

1. *TEstium vsus antiquissimus est.*
2. *Testimonium duorum vel trium approbatur, vnius vero improbatur.*
3. *Testes antequam examinentur debent citari.*
4. *Pars aduersa citari debet ad videndum iurare testes. Limita quinque modis vt hic.*
5. *Testis antequam examinetur iurare debet, quôd dicet veritatem, aliâs, eius depositio non valeret.*
6. *Testes extra terminum examinari possunt, si infra terminus citati & iurati fuerunt, & terminũ, datus fuerit simpliciter ad probandum.*
7. *Testes examinari possũt in die feriato, dummodo iurauerint in die feriato.*
8. *Testes examinari debent infra terminum, quando terminus datur ad probandum, & probatum habendum.*

DIximus de dilationibus & temporibus probatorijs, ac de articulis & positionibus quæ præsentari debent in iudicio ad probandum partis intentionem, nunc quia potissimus probandi modus est per testes, super est, vt hic de testibus verba faciamus.

1. Vsus testiũ antiquissimus quidem est. Nam Daniel. cap. 13. legitur, Susãnam fuisse ad mortem condemnatam per depositionem duorum testium contra eam de falso adulterio deponentium, sed quia examinatis per Danielem testibus semotim, fuit inuentum, eos in loco fuisse varios, & sic eorum falsitatem detectam, constat ideo, ipsos falsos testes interfectos fuisse; ipsamq; Susannam liberatam. Idem probatur Leuiti. capit. 19. vbi dicitur, non facies
2. iniquum aliquod in iudicio. Et etiam tempore legis veteris Moysi, ipse Moyses statuit legẽ, quòd in

in ore duorum vel trium stet omne verbũ. vt habet Deutero. cap. 19. cui legi nunc cõcordare videtur lex huius patriæ Cathaloniæ in vsatico. incipien. los testimonis in titu. de testib. vbi expresse cauetur, vnius dicto quãuis idoneæ & probatæ esset personæ minimè esse standũ. & etiam expresse probatur in vsatico. accusadors. eod. titu. vbi dicitur, duobus vel tribus testibus posse quodcunque negocium probari, & testimoniũ vnius legibus & canonibus improbari. facit tex. in. l. vbi numerus. ff. de testib. vbi disponit, quòd quãdo numerus testiũ nõ adijcitur duos sufficere testes: pluralis enim locutio duorũ numero contenta est. & idẽ probatur in. l. iuris iurandi religio. C. de testib.

Materiã hanc pleniſsimè scribẽtes varijs in locis tractarunt, & ideo superuacuũ mihi fuit eã hic plene acumulare: cũ adeó ampla sit, quòd de perse vnũ requireret volumen. Quare solũ hic attingã ea quæ ad nostrũ iudiciariũ ordinẽ potisimé causarũ ciuiliũ pertinebunt. Quæ quo facilius fieri poterit per sequentes regulas expedire curabo.

3. Regula. 1. sit, quód testes antequã examinẽtur debent citari: vt nõ appareat, quòd no spõte se ingerũt sed rogati: quia aliàs, si vltra se ingererẽt essent suspecti de falso secundũ Bart. in. l. post legatũ. §. his vero. ff. de his quib. vt indig. & Alex. in cõsi. 68. col. 2. &. 6. vol. 2. Ampliatur primo hęc regula, vt obtineat etiã locũ quoad partẽ aduersam: scilicet, vt quem admodũ citãdi sunt testes, citetur quoq; aduersarius ad videndũ iurare testes: quia tota substãtia de positionis testiũ consistit in iuramento. l. iuris iurandi. C. de testib. adeò, quód si pars nõ esset citata, nec aliter præsens iuramento nihil valet eorum depositio. cap. 2. & ibi Abb. de testib. &. l. si quando. & ibi Bald. C. de testib.

4. Limitatur tñ. hæc ampliatio primo, quando iudex vult examinare in testẽ aliquã honestã mulierẽ: quia potest mittere ad eius domum pro ea examinanda sine alia partis citatione. secundũ Bar. in. l. ad personas egregias. ff. de iure iuran. & Andr. de Yser. in constitutio. in pecuniarijs. col. 2. in fin. de quo vide etiam Abba. in cap. si qui testium. de testib.

Limitatur secundo dicta ampliatio, in casu quo aliquis testi- esset examinãdus cuius dicto esset necessario standum: quia non requirit partis citatio. secundũ Alexan. in consil. 130. vol. 1.

Limitat. 3. prędicta ampliatio, vt non procedat quando aliquis restis veniret examinãdus de cuius morte vel festinato recessu timet: quia ille potest parte non citata examinari. secundum Innocen. in

cap. Albericus. circa prin. de teſtib. & Iaſo. in repetitio. l. admonendi. col. 103. in prin. ff. de iure iuran.

Limitatur. 4. hæc noſtra ampliatio vt locũ non obtineat, quando teſtes examinantur vltima die termini: quia ad videnda iuramenta teſtium non requiritur partis citatio. ſecundum Bal. in dicta. l. ſi quando. col. 2. in fi. C. de teſtib. & eundem Bald. in. l. fi. C. qui admitti. & Bar. in. l. 2. C. de tempor. appel. & in. l. item illa. ff. de conſtitu. pecu.

Limi. 5. quando aliquis patere tur aliquod damnum in aliquo loco puta remoto: nam poteſt ibi teſtes examinare ſuper dãno quod paſſus eſt ſine aliqua partis vocatione, & talis examinatio faciet plenam fidem. ſecundum Lucam de Penna & Bar. in. l. 2. in fi. C. de naufragio. lib. 11. quod eſt notandum pro illis qui furta patiuntur in ſyluis vel alia ſimilia damna. vide ſuper his quoque Alexand. in. l. 4. §. prætor. colum. 5. ff. de dam. infecto.

5. Ampliatur. 2. hæc noſtra principalis regula. vt non ſolum teſtes antequam examinentur debeant citari, verum etiam iurare teneantur, quòd dicent veritatem ſuper his de quibus interrogati fuerint. vt expreſſe probatur in vſatico. incipien. los teſtimonis. in tit. de teſtib. Ad hoc enim vt teſtis probet requiritur, quòd deponat cũ iuramento: quia aliàs, eius depoſitio non valeret. l. iuris iurandi. C. de teſtib. &. l. ſi quando. eod. tit. Et debet iurare in iudicio non extra. l. 3. §. Sabino. cum glo. ff. de teſtib. Et intellige iuramentum referri ad vtramq; partem: quia teſtis iurare debet dicere veritatẽ pro vtraque parte. vt eſt gloſ. & Bar. in auth. ſed iudex. C. de epiſco. & cleri. & glo. & Bald. & communiter Moderni. in. l. 2. C. de eden. & glo. in cap. fraternitatis. de teſtib.

Et hæc ſecunda ampliatio approbatur, vt non ſolum iurare debeant dicere veritatem, verum etiam ipſos ad perhibendum teſtimonium non fuiſſe pecunia corruptos. vt in dicto. vſati. los teſtimonis. titu. de teſtib.

Declarantur tamen prędicta, vt ita intelligantur, quòd antequam deferatur illis iuramentum examinentur, & eorum dicta diſcutiãtur, & credo hæc vt vitetur timor periurij. vide tex. in vſati. incipiẽ. manam. in titu. de teſtibns.

6. Regula. 2. ſit, quòd quãdo terminus datur ſimpliciter ad probandum, teſtes poſſunt extra terminum examinari dummodo ſint citati & iurati infra terminum, & cenſentur eorum depoſitiones factæ infra terminum: quia depoſitio teſtis retrotrahitur ad tempus iuramenti. ſecundum Ludo. Roma. in

ma. in consil.443.col.2. & Abb. in cap.licet causam.col.6.de probationib.& ita quotidie videmus seruari in practi.

7. Amplia hãc regulam adeò veram esse, quòd etiam examinari possunt testes in die feriato ad honorem Dei,dummodo iurauerint in die non feriato.glo. est in clemen. 1. de officio delega. & tenet Specula.in titu.de ferijs §. sequitur.versi. Quid si tunc testis. quia vt supra dixi,eorum depositio refertur ad tempus iuramenti.

8. Limita tamẽ dictam regulam, quando terminus datur ad probandum &probatum habendum: quia tunc testes examinari debẽt infra terminum,aliás, postea non admittuntur.ita plene tenet Abb. in dicto cap licet causam.col.6.& 7.& Socin.in consil.47.col 3.vol. 4.& Bald.in consil.133.vol.5.

9. Regula.3.sit,de iure nostro Cathalomæ non esse in distinctẽ permissum tot testes examinari quot cunque quis producere vult:nam non potest quis examinare vltra decem testes super vno quoque articulo. Antiquitus partibus litigantibus permittebatur testes ad articulos seu causam probandum in numero excessiuo ministrare, sed nostris temporibus, ad resecandum ineffrenatum numerum testium statutũ est,ne de cetero liceat dictis partibus ad probandã causam seu vnum quemque articulum producere & administrare vltra decem testes.

Quod non modo præcipitur obseruari in articulis causæ principalis,verum etiam in alijs articulis obiectatorijs, & alijs quibuscunque qui in progressu producẽtur.probantur hæc omnia in constitutio. 91. curiæ anni. 1585.

10. Et vltra prædictam constitutionem de iure ciuili numerus testium per iudicem temperari potest:quia quãquam quibusdam legibus amplissimus numerus testium diffinitus sit,tamen ex constitutionibus Principum hæc licẽtia ad sufficientem numerum testiũ cohartatur, vt iudices moderentur, & eum solum numerum testium quem necessarium esse putauerint euocari patiantur, ne effranata potestate ad vexandos homines,superflua multitudo testiũ protrahatur.l. 1. §. quanquam. ff. de testib.

11. Regula.4.sit, quòd omnes qui in testes producuntur recipi & examinari debẽt.Et est ratio;quia multa sũt quæ nisi per testes probari non possunt.vt in auth.de testibus. circa principi. colla. 6. & est glo.in.l.1.in verbo necessarius. ff.de testib.Testimoniorũ enim vsus frequens ac necessarius est & ab ijs præcipuè exigendus quorũ fides non vacillat.Et adhiberi possunt nõ solum in criminalibus causis sed etiam in pecuniarijs liti-

bus ſicubi res poſtulat, & ij quib⁹ nõ interdicit teſtimoniũ, nec vlla lege à dicẽdo teſtimonio excuſãt.

Ampliatur dicta regula vt adeò vera ſit, quòd & teſtes qui ſe á ferẽdo teſtimonio excuſare & abſtinere volunt, poſſunt cogi, & cõpelli, quòd teſtificent. vt in cap.1.2.3.& toto.titu.ext.de teſtib.cogẽd.

Limitatur nunc hæc regula vt nõ procedat in minoribus.14. annis, qui ĩ iudicio teſtes eſſe nõ poſſunt.vt probatur in vſati. Negun hom. ſub tit. de teſtib.& in.l.3.§. lege Iulia.& in. l.inuiti.in fi. ff. de teſtib.& ibi glo.in verbo pupillis.

Limitatur.2.dicta regula in homicidis, maleficiatoribus, latronibus, veneficis, ſacrilegis, adulteris, inceſtuoſis, & alijs criminoſis, qui nullo modo inteſtes recipi debent.eſt text. in vſatico. homeyers. in titu.de teſtib.

Limitatur. 3. vt neque regula locũ obtineat in anathematizatis, excommunicatis, hæreticis, ſarracenis, & iudæis, qui à teſtimonio contra Chriſtianos ferendo repelluntur. pbatur in dicto vſati.homeyers.titu. de teſtib.

Limitatur. 4. in familiaribus, ſeruis, qui etiã in teſtes recipi nõ poſſunt. dicto vſatic. homeyers. in verſi. Familiars. Et ea eſt ratio, quia idonei nõ vidẽtur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt, vt teſtes fiãt.l.idonei.ff.de teſtib.& hoc ſiue liberi, ſiue ſerui ſint.vt tenet glo.ĩ dicta.l.idonei.in verbo.imperari. Intellige tñ. imperari à producẽte teſtes pro ſe: alioquin nullus teſtis idoneus reperiretur; cũ magiſtratus illis præcipere poſsit.vt in .l.ſi quando.C.de teſtib. Quare intellige imperari poſſe ratione patriæ poteſtatis, vel dominicæ, vel ratione obediẽtię, vel iuriſdictionis vt in cauſa propria imperantis: quia in his caſibus non videntur idonei teſtes. vide glo.in dicta .l.idonei.in verbo imperari.dicto titu.de teſtib.

Limitatur.5.eadẽ regula vt nõ admittatur in teſtẽ pater contra filiũ, & é contra filius cõtra patrẽ, etiã volentibus illis: nec pariter vnus pro alio.text. eſt in vſatico. pare contra fill. in titu. de teſtib. concordat tex.in.l. teſtis. ff. de teſtib.& tex.in.l. parẽtes.C.eod.tit. In re enim ſua nullus idoneus teſtis intelligitur. l. omnibus. C. de teſtib. Cõmemorantur plures alij caſus præſertim in. l. teſtiũ fides. §.lege Iulia.& in.l.lege Iulia.& in .l.inuiti.ff.de teſtib.in quib⁹ teſtes ad teſtimoniũ ferendũ nõ recipiũtur, & plures teſtimoniũ dicere nõ coguntur. Et reperiũt plures alij in multis iuris locis, quos quiſq; dũ ſibi expediet perquirere poteſt.

12. Tandẽ circa teſtes generaliter obſeruare dẽbes illud q̃ D. Adrianus Iunio varo legato prouinciæ Ciciliæ reſcripſit, ſcilicet, eũ qui iudicat magis poſſe ſcire quanta fides

fides hadibenda sit testibus, & cuius dignitatis, & cuius existimationis sint, & qui simpliciter visi sint dicere, vtrum vnum eundemq; & præmeditatum sermonem attulerint, an ad ea quæ interrogauerit, ex tempore verisimilia responderint. Idem Calistratus. lib. 4. de cognitionibus. inquit, testium fides diligenter examinanda est; ideoque in persona eorum exploranda erunt imprimis conditio cuiusq; vtrum quis decurio, an plebeius sit: & an honestæ & in culpatę vitę, an vero notat⁹ quis, & repræhensibilis. & an locuples vel egens sit, vel lucri causa quid facile admittat; vel an ei inimicus sit, aduersus quem testimonium fert: vel amicus ei sit pro quo testimonium dat. Nam si careat suspitione testimoniũ, vel propter personam aquo fertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quòd neq; lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa sit, admittendũ est. Et propterea supra commemoratus Adrianus ad Valeriũ varum summatim ita scripsisse constat, non vtique ad vnam probationis speciem, cognitionem statim alligari debere, sed ex sententia animi sui stimare oportere, quid aut crederet, aut parum probatum sibi opinaretur,

De testium publicatione. Rubrica. 19.

TEstium publicatio est de ordine iuicij, & per eam datur maius robur attestationibus.

1. *Testium publicatio in Cathalonia fit ipso iure eo ipso, quòd labitur termi nus probatorius.*
2. *Scriba causæ cui testium examinatio comittitur non potest testes publicare.*

3.

INTER alios actus qui successiuè emergunt in iudicio, est publicatio processus: quia elapso termino probatorio siue sint producte probationes, siue non, potest altera partium instare vt fiat publicatio in causa: & fit ad effectum vt partes possint recipere copiam examinis testium. Item fit, vt seruetur ordo iudicij: quia publicatio est
1. de ordine: iuxta Bar. in .l. prolatam C. de senten. & per eam datur maius robur attestationibus. vt habetur in .l. gesta & ibi per Bal. & Doctor. C. de re iudi. & per canonist. in cap. causamquę. de testib. & Bar. in .l. solam. C. de testib. Fiebat autem hęc publicatio ante curias anni. 1585. iudicis prouisione; parte petente & instante: quia postquam bis aut ter petitum fuisset lapsis iam temporibus probatorijs testes publicari, & petitione hac prius alteri parti intimata, solebant iudices manu propria

in

in calce scedulæ sibi oblatæ prouidere, quod testes haberentur pro publicatis, & quòd illorum copia partibus traderetur. iuxta. l. de vno quoque. ff. de re iudi. Et ex tunc, censebatur præcluſa via producendorum testium, nisi in casibus quos ponit Bart. in auth. atqui semel. C. de proba. & Abb. & Doctor. in cap. fraternitatis. de testib.

2. Hodie autem in hoc Cathaloniæ Principatu fit publicatio ipso iure, eo ipso, quód labitur terminus ꝓbatorius siue sint testes examinati, siue non. Vnde lapso termino, nõ oportet petere publicationem fieri: quia dictis temporibus probatorijs elapsis, ipso facto & ipsa constitutione & absque alia qua iudicis prouisione etiam parte non petente testes habentur ꝓ publicatis. ita in constitutio. 58. & in constitu. 81. curiæ anni. 1585. Et sic in Cathalonia inutilis est disputatio, an ista publicatio obmitti possit, & si ea non facta, procedatur ad vlteriora valeat processus. quam plene tractant Abb. & Felin. in cap. cum. i. &. a. de re iudi. & Bar. in. l. prolatam. C. de senten. & Petr. Philip. Corn. in consil. 102. col. fi. in littera. R. vol. 1. quia nunquam potest dici obmissa, ex quo tacite fit ipso iure per dictas constitutiones.

3. Posset tamen dubitari an scribæ quibus testium receptio & examinatio committitur possint testibus receptis illos publicare? Respondeo, quod non; sed debent examen clausum remittere ad iudicem & coram eo suo congruo tempore fit publicatio: secũdum Bart. in. l. cùm ab initio. circa fi. ff. quemadmod. testamẽ. aperien.

De articulis dandis ad obijciendum contra testes, vel eorũ dicta respectiuè corroborandum. Rubri. 20.

1. *TEstes infra vnum mensem obijci possunt. Idem ad eorum dicta corroborandum.*
2. *Dilatio vltra marina concedi debet ad obijciendum contra testes.*
3. *Articuli quibus testes repulsantur vel corroborantur debent in scriptis dari & offerri, & per iudicem in scriptis prouideri.*
4. *Testium repulsa fieri debet in genere non in specie.*
5. *Testes ab vna parte producti ab alia repulsari possunt.*
6. *Testis per partem productus ab eadem parte repulsari non potest.*
7. *Testes in causa appellationis repulsari non possunt, nisi ex sola causa falsitatis. Quod intellige verum, quando testes in causa primæ instantiæ fuissent examinati.*

QVando facta publicatione processus pars videt ab aduersario fuisse ꝓductos testes qui

qui maximé contra eam vrgent potest si vult aduersus illos testes tam contra personas, quàm contra eorum dicta obijcere. Et ideo legibus nostris statutus fuit terminus infra quem testes obijci vel corroborari respectiuè debeant. vt in constitutione Regis Ferdinãdi.2.in.2.curia Barcinonæ cap. 17. quæ constituta est sub titu. de dilationib. in qua legitur, publicato processu tam actori, quàm reo, dilationem vnius mensis competere ad obijciendum & probandũ contra testes vel eorum dicta respectiuè confirmandum. Et quòd dicto elapso mense, testes super repulsa, & seu corroboratione respectiuè ministrati, ipso facto habeantur pro publicatis: nisi iudici videatur ampliorem esse concedẽdam dilationem, cuius arbitrio in hoc casu relinquitur, posse dictũ tempus vnius mensis prorogare, dum tamen eius prorogatio terminum trium mensium non excedat,

1. Sed scias, quòd prædicta constitutio quoad dictum arbitrium, correcta nunc reperitur per aliã constitutionem editam per Regẽ Philippum in curijs.1585.cap.76. sub eod. titu. de dilationib. Qua quidem constitutione cauetur, de cetero ad obijciendum & probandum contra testes, vel respectiue eorum dicta confirmandum, solũ competere terminum vnius mensis: supra dicto arbitrio pro rogãdi tempus dicto iudici omnino su-
2. blato; hac tamen retenta limitatione nisi iudici videretur, quód alter ex litigantibus dilatione vltra marina indigeret: quæ in hoc casu concedenda est, sicut & in articulis causæ principalis concedi solet.

3. Aduerte tamen, quòd articuli quibus partes respectiuè repulsare vel corroborare testes putant debent in scriptis offerri, & in scriptis per iudicem prouideri. vt in eod.cap.76.curiæ anni.1585.

Et quamuis contra prædicta posset opponi, quód repulsa non conceditur petenti, nisi ante publicationem processus protestatus sit se velle reprobare testes. vt in cap. præsentium. de testib. Hoc tamen verùm esse existimo, quando testis haberet aliquem delectum, per quem reprobatur fauore ipsius reprobantis: quia tũc requiritur protestatio: alias videretur consentire, & testem approbare. Secus si defectus esset in odium ipsius testis, vt quia esset bãnitus vel excommunicatus, quia tunc etiam sine protestatione potest repulsari. ita declarat Bald. in .l.si quis testibus in fi. in versi. Dubitatur hic. C. de testib.

4. Præterea sciant cuncti aduoti, quòd quando volunt repulsare testes tam quoad personas, quàm quoad dicta eorum, non sufficit allega-

allegare testium crimina in genere exprimendo solum, quòd sunt homines malæ vitæ, fures, adulteri vel quid simile, sed necesse est, quòd de criminibus in specie opponatur: designando crimen & delictum quod illis opponitur. ita tenet Bar. in l. testium. §. lege Iulia. ff. de testib. & Bald. in auth. si dicatur. in fi. C. de testib. & Bar. in l. 1. in fi. C. de testamẽ. pro quo etiam est text. in cap. præsentium. §. testes. de testib. lib. 6. Similiter quãdo quis vult repulsare dicta testium, obijcere debet, quòd sunt falsarij: quia hac vel illa ratione falsum deposuerunt: & in tali loco examinis. etsic de alijs similibus.

Et quia tempus triginta dierũ supradictum, quod datur adobijciendum contra testes est commune alteri parti ad illos corroborãdum per supra dictam constitutionem. 76. curiæ anni. 1585. poterit quoque aduersa pars infra idẽ tempus facere articulos compro probatorios probando eorum bonam vitam, & famam, & tandem probare contrarium illius, quòd contra dictos testes oppositũ fuit. text. est, & ibi Angel. in fi. in auth. de monachis. § 1. faciunt notata per Alexan. & Doctor. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. peta. & Felin. in cap. in nostra. & ibi glo. de testib. & Bart. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liber. & posthu.

5. Ex prædictis igitur deducitur concluſio, testes in causa ab vna parte productos posse ab alia parte repulsari.

Limitatur primo hæc conclu-
6. sio, nisi pars illum testem quem impugnare prætendit prose produxisset: quia cum per productionem censeatur approbatus, non potest postea illum reprobare. Vnde volens ipsa pars illũ repulsare, non auditur tãquam sibi cõtraria tex. est, & ibi Bal. in l. siquis testibus. C. de testib. Ludou. Roman. in consil. 104. in fi. & Lansrã. in cap. quoniam contra. in versi. Testium. colum. 13. de probatio. & Bar. in consil. 92. col. pen. & Ias. in l. 1. §. editiones. col. 3. in fi. versi. Adde fortius. ff. de eden. Et adeo est vera hęc limitatio, quòd etiam obtinet locum, etiam si ille testis producatur postea contra eum in alia causa & per aliam personam. ita tenet Ioannes Andr. in additio. ad Specul. in tit. de teste. § sæpe. versi. Quid si produxit. Censetur enim testis approbatus per solam productionem, licet aliàs producens eo non vtatur. secundum Ioannem Andr. vbi supra. & Feli. in cap. præsentium. in versi. habet locum. col. 3 de testib. Quę tamen intelligas procedere quoad repulsam personarũ, secus vero quoad repulsam eorum quæ dicunt testes: quia potest producẽs reprobare testes quoad eorum dicta, pu

ta

ta probando, quòd falsum deposuerũt. vt tenet Abb. in dicto cap. præsentium. Et hoc credo verũ, nisi facta publicatione producẽs taceret, & dicta testium nõ reprobaret: quia censeretur approbasse. Ludo. Roma. in dicto cõsil. 104

7. Limitatur. 2. dicta conclusio iuxta Andr. de Yser. in constitutio. iuris peritorum. vt non procedat in causa appellationis, in qua nõ admittitur repulsa, nisi ex sola causa falsitatis. Sed credo hoc intelligendum esse in testibus iam examinatis in causa principali, & secus esse, quando testes de nouo producuntur in causa appellationis: quia potest aduersarius illos reprobare: ex quo in causa principali repulsari non potuerũt ideo, quòd non fuerant producti. tenet idem Maran. in suo specu. de ordi. iudicio. parte. 6. de testium repulsa. num. 13. in fi.

De Denuntiatione processus id est conclusione in causa. Rubr. 21.

1. *DEnuntiare processum quid sit.*
2. *Denuntiantur causæ vsque ad quadringẽtum libras inter minores. & vltra quadringẽtum libras inter maiores.*
3. *Causa vt sit maior vel minor quadringẽtarum librarum, attenditur solum petitio; quia reconuentio non auget nec mutat qualitatem petitionis.*
4. *Denuntiari debet processus eo publicato, & elapsis tẽporibus probatorijs.*
5. *Denuntiatio processus manu propria iudicis fieri debet.*
6. *Denuntiatio processus in Cathalonia est de substantia iudicij.*
7. *Denuntiari debẽt processus â iudicibus ordinarijs & quare.*
8. *Denuntiari non debent causæ, quæ sui natura summariæ sunt nisi ad effectũ, quòd denuntiatio sit terminus exclusiuus.*
9. *Processus causæ appellationis interpositæ â sententia interlocutoria nõ denuntiatur.*
10. *Processus causæ appellationis vel supplicationis interpositæ â sententia diffinitiua in causa minore viginti librarũ nõ denũtiatur. Fallit tamẽ vt ibi.*
11. *Denuntiato processu scedulæ supplicationes & instrumentorum productiones non admittuntur. Limita sex modis, vt ibi vsque ad num. 12.*
12. *Causæ plenariæ siue maiores quadringentarum librarum siue minores expediri debent secundum ordinem denuntiationum. vide ibi cum vna ampliatione, & quatuor limitationibus.*
13. *Opponens se liti causæ appellationis denuntiato processu, dicendo de nullitate sententiæ primitiui iudicis non est admittendus.*

EACTA processus publicatione, & lapsis omnibus terminis probatorijs deuenitur ad proces-

processus denuntiationem ideſt
1. concluſionem in cauſa. Denuntia re enim proceſſum nihil aliud eſt, quám cõcludere in cauſa. Et ita intelligas per dictã denuntiationem concludi in cauſa, quòd vlterius non admittũtur noui articuli, nec teſtes, nec acta. vide glo. in cap. cũ dilectus. in verbo concluſum de fide inſtru. gloſ. in auth. de teſtib. §. ſi vero quædã. in verbo. cõcluſerint. Bal. in. l. admonẽdi. col. 2. de iure iurã. & vide tex. in cap 12. Regis Philippi. in curijs. 1585. in actis curiæ. ſub titu. de productas de actes. Et hoc ſignificat iſte terminus denuntiationis proceſſus, ſeu cõcluſionis in cauſa, ideſt renuntiatio omnibus probationibus & defenſionibus producendis, vt eſt glo. in cap. cum dilectus. de fide inſtrumen.

Atque ita ſcias, quód antiquitus
2. denũtiationes proceſſuum varijs modis fieri ſolebãt, nunc vero habemus ius nouũ quo reuocatis antiquis cõſtitutionibus ſancitũ eſt, cauſas vſque ad quadringentas libras tanquã minores, & illas quæ ſunt vltra tanquã maiores denuntiandas eſſe ita in cõſtitutio. 62. dictæ curiæ. anni. 1585. collocata. in titu. de denuntia. de proceſſ. Et no
3. ta hic adhuc cauſas dici minores, quando cõuentio eſt minor, licet reconuentio ſit maior: quia in hoc caſu proceſſus denuntiari debet inter cauſas minores: ideo quòd reconuentio non mutat qualitatẽ petitionis. Vide Michael. Ferr. in obſeruationib. in tertia part. cap. 287. & in prima par. cap. 4. Cauſæ enim regulantur, & regulari ac metiri debent ſecundũ qualitatẽ & quantitatẽ petitionis, & non ſecundũ reconuentionem, & quantitatẽ in recõuentione petitã. Et ita hoc Regia Audientia intellexit.

Ex prædictis ergo formamus
4. Regulã, quòd publicato ꝓceſſu, tam cauſæ primæ inſtantię, quam cauſæ appellationis, & ſupplicationis, à ſententia diffinitiua inter poſitarum, & lapſis omnibus terminis probatorijs, proceſſus venit denuntiandus: vt ſic ſit cõcluſum in cauſa.

Ampliatur. 1. hæc regula vt non
5. ſolum ipſo iure & facto lapſis omnibus temporibus probatorijs videri debeat proceſſus denuntiatus, verũ etiam debet dictus proceſſus denuntiari cum iudicis prouiſione, ac illius manu propria, prout hucuſque fieri ſolitũ eſt, & ſine alicuius temporis conceſſione. vt eſt tex. in conſtitutio. 62. curiæ anni. 1585. collocata in titu. de denuntiatio. proceſſ. & in conſtitu. de dilationib.

Ampliatur. 2. adeó noſtram re
6. gulam eſſe verã, quòd quamuis de iure communi denũtiatio proceſſus non ſit de ſubſtãtia iudicij. vt tenent Abb. & Felin. in cap. cũ. I. & A. de re iudi. & Cardi. in clemẽ.

ſæpę.

sæpe. §. & quia. in. 19. quæstio. de verb. significatio. vbi dicunt, conclusionem non esse de substantia, sed potius ex quadam consuetudine. tamen de iure huius Principatus Cathaloniæ dicitur esse de substantia & necessitate iudicij per cap. 6. Regis Philippi. in curia anni. 1547. in titu. de denuntia. proces. & per capit. 9. eiusdem Regis, & in eisdem curijs. in tit. de relatio. proces. ibi. *Empero ques serue lo orde de les denuntiations.* & probatur in cap. 4. Regis Ferdinan. 2. in curia Montissoni, anni. 1510. in tit. de supplicatio. sententiarum. ibi. *Empero lo proces sia instruit ê denuntiat.* Facit ad id text. in cap. 62. curiæ anni. 1585. sub dicto titu. de denuntiatio de processos. & tex. in dicto cap. 81. eiusdem curiæ sub titu. de dilationib.

7. Ampliatur. 3. vt adeò vera sit regula, quòd non solum in causis Regiæ Audientiæ processus veniunt denuntiandi, verum etiam apud ordinarios facienda est processuum denuntiatio ad concludẽdum in illis in causis primæ instãtiæ. Et ea ratione hoc ita statutum est, ne denuntiato processu per ordinarium, causa in illo statu possit euocari ad Regiam Audientiam prætextu qualitatũ pupillaritatis, paupertatis, & viduitatis. ita in cap. 7. in actis curiæ Regis Philippi in curijs anni. 1585. qui text. est finalis. in titu. de euocationib. causarum.

Ampliatur. 4. adeò processum lapsis temporibus probatorijs esse denuntiãdum ad concludendũ in causa, quòd etiam lex iubet denuntiationes processuum causarũ de scribi & continuari debere in libris ad hunc effectum destinatis & in vtraque aula Regiæ Audientiæ custodiendis secundum ordinem antiquitatis illarum. vt in cap. 9. in actis curię Regis Philip. in curijs anni. 1585. in titu. de denuntiatio. proces.

8. Limitatur nũc primo dicta regula, vt nõ procedat in causis possessorijs, alimẽtorum, marcarum & repræsaliarum, & in alijs quæ sua natura summariæ sunt: quia hæc denuntiari non debẽt nisi ad effectum, quòd denuntiatio sit terminus excluiuus ad impediendũ ne processus amplius instruatur. probatur hæc limitatio in constitutio. 21. Caroli Imperatoris in curia Barcinonæ anni. 1520. sub titu. de causes summarias.

9. Limitatur. 2. dicta regula vt nõ obtineat locum in causis appellationum & supplicationum interpositarum à sententijs interlocutorijs: cuiuscunque quantitatis sint quarum causarum processus non denuntiantur, & ita in concussè seruari & practicari attestatur Michael Ferrer in obserua. de denuntiatio. proces. in versi. Adde pro intelligẽtia. Vnde

infert, quòd si appellat à sentẽtia lata super desertione sententiæ in 11.
terlocutoriæ, talis causa seu processus illius non debet denuntiari: quia sententia lata super desertione sententiæ interlocutoriæ cẽsetur interlocutoria. per tradita per Guido. Pap. quæst. 11. & quomodo & qualiter hæc sint intelligenda. videte per eundem Ferrer in loco citato vbi late hoc examinat & vnica distinctione resoluit.

10. Limitatur. 3. prædicta regula in causis appellationum & supplicationũ interpositarum à sentẽtijs diffinitiuis latis in causis minoribus viginti librarum; quarũ processus denuntiari non debent. per tex. in constitutio. 7. Regis Ferdi. 2. in curia Montissoni, anni. 1510. in titu. de appellatio. Sublimitat tamen hæc limitatio, vt non procedat nec vera sit in processibus causarum supplicationum viginti librarum interpositarum à sententijs latis per locumtenentem generalem Domini Regis, vel per Cancellarium, vel Regentem cancellariam, & ita fuisse decisum in Regia Audientia die. 20. Februarij. 1585. facto verbo in vtraque aula per Petrum Balle Doctorẽ Regij concilij, testatur idem Ferrer in obserua. in tertia parte. cap. 286. vbi rationem diuersitatis assignat; quia sententiæ prædictorum sunt maioris authoritatis, quàm sententiæ latæ per alios inriores iudices.

Regula 2. sit, quòd denuntiato processu, non admittuntur supplicationes scedulæ & instrumentorum productiones. probatur expresse per tex. in cap. 12. in actis curiæ. Regis Philip. in curia Montissoni, anni 1585. in titu. de productas de actes. & facit text. in constitutio. 75. eiusdem Regis & earũdem curiarum. collocata sub titu. de dilationib. & est melior & expressus tex. in constitu. 81. eiusdẽ Philip. Regis. in eisdem curijs in eod. titu. de dilationib.

Ampliatur hęc regula, vt adeo vera sit, quòd si forte denuntiato processu aliquæ in aduertẽter admittantur scripturæ, nulla de illis est habenda ratio, neque computari debent inter folia processus, neque notario pro eis aliquid debetur. vt probatur in supra proxima commemorata constitutio. 81. circa med. Et est ratio, quia ꝑ denuntiationem processus concluditur in causa taliter, quòd vlterius non admittuntur noui articuli, nec testes, nec acta. vide glo. in capit. cum dilectus. in verbo concluſum. de fide instrumen. glos. in authen. de testib. §. si vero quædam. in verb. concluserint. Bal. in .l. admonendi. col. 2. ff. de iure iuran.

Limitatur hæc regula. 1. in scedula qua in scriptis petitur ad sententiam assignari. ita in dicto cap.

12.

12. vbi constat denuntiato processu dictam scedulam admitti debere.

Limitatur.2. vt non procedat, neque habeat locum in instrumẽtis quæ producuntur post denuntiationẽ processus tãquam instrumẽta de nouo reperta: quæ semel denuntiato processu,ex acto iuramento,quòd de nouo ad notitiam peruenerunt admitti debent. vt probatur in eod. capit.12.in actis curiæ, dicti Regis Philipp. in curia anni. 1585. Quod semel tãtum permitti intelligas,& non bis,nec pluries,& adeò semel, quód vltra vnam vicem dictæ productiones post processus denũtiationem nõ admittuntur:etiam quòd via restitutionis in integrum peteretur. probat hoc text. in dicto supra commemorato. cap. 12. dicti Regis Philippi.

Limitatur. 3. supradicta regula qua dicimus non licere partibus denuntiato processu instrumenta & alias scripturas producere, vt intelligatur,quoad effectum illas inserendi seu consuendi in processu, non autem quoad effectũ illas ponendi in posse scribæ causæ; maxime si attenta iustitia naturali ad causam faciãt:quia solent iudices quando denuntiato processu tales scripturæ producũtur prouidere, quód dictæ scripturæ acta seu instrumenta ponãtur in posse scribæ causæ. Et quando causa deciditur, si constat in illis scripturis cõsistere iustitiam naturalem illius causæ, habetur de illis ratio, & illis actis attentis, pronuntiatur sententia inqua simul dicitur,quód dicta acta inserantur seu consuantur in processu. Et ita vidi semper obseruari in Regia Audientia.

Limitatur.4.dicta regula, vt nõ procedat, quando de iure alicui competeret in integrum restitutio,& ipsa imploraretur; nam eo casu,concesso dictæ restitutionis in integrũ beneficio,etiam denũtiato processu,dantur duo menses tantũ ad probandũ:sublato arbitrio iudicibus per alias cõstitutiones concesso dandi maiorẽ dilationẽ.vide expressum. text. in dicto cap.81.curiæ anni. 1585. in titu. de dilationib. Et de iure potest esse ratio, quia eo ipso, quód est concluſum in causa inducitur læsio contra personas quibus de iure beneficium restitutionis in integrum competit: vnde restitui debent. vt tenet Andr. de Ysern. in constitutio. obscuritatem,& habetur per Doctor.in cap. auditis. de in integrum restitutio.

Limitatur. 5. regula vt locum non obtineat quoad partis confessionem, cum post concluſum in causa admittatur probatio per confessionem, vt tenet Bald. in rubri. C. de probationib. colum. 3. versic. Ego aliter. & ibi etiam

Paul. de Caſt. Atque ita ſi denuntiato proceſſu pars petat ab aduerſario ſuo exigi reſpõſiones perſonales per verbum credit, vel nõ credit, & ſine inſtructore, vt ex illius reſponſionibus in duci poſſet partis confeſsio, quæ cauſam decideret, admitti quidẽ debet: & ita obſeruat Regia Audientia.

Limitatur. 6. noſtra regula, vt nõ habeat locum reſpectu probationis quæ fit per rei euidentiam & aſpectũ loci; quod nos viſuram appellamus: quia iſta probatio ſuperat omne genus probationis. Secundũ Bal. in. l. contra negantẽ. in fi. C. ad leg. Aquil. & eundem Bal. in. l. ſiquis teſtibus. in fi. C. de teſtib. Et ita obſeruat Regia Audiẽtia, quòd denuntiato proceſſu, ſi petitur ad viſuram aſsignari, aſsignatur ad illam: & omnia quæ in viſura deducuntur, & quoad effectum viſuræ ꝓducuntur, & inſeruntur in proceſſu & habetur illorum ratio indefinitiua.

12. Regula tandem. 3. ſit, quòd ſiue ſimus in cauſis plenarijs maioribus quadringẽtarum librarum, ſiue minoribus, dictæ cauſæ depoſito prius per partem ſalario expediri debent ſecundum ordinẽ denuntiationum. text. eſt in conſtitutio. 19. Regis Ferdinan. 2. in. 2. curia Barcinonæ. in titu. de denuntiatio. proceſſ. & in capit. 8. in actis curiæ Regis Philippi. in curia Montiſſoni anni. 1585. in titu. de denuntiatio. proceſſ.

Amplia adeò dictam regulam procedere, quòd relatoribus ſeu iudicibus cauſarum non licet dictum interrumpere ordinem ſub pœnis in capit. dicto de la obſeruança, & in alijs conſtitutionibus contentis, ac contra conſtitutionum violatores cõditis. probatur expreſſe in dicto cap. 8. in actis curiæ iam ſupra proxime citato.

Limitatur. 1. dicta regula vt nõ procedat in cauſis ſummarijs ſiue maioribus, ſiue minsribus: quę iudicis arbitrio ſine ſtrepitu ac figura iudicij, & non ſeruato dictarum denuntiationum ordine expediri poſſunt. Et idem de cauſis appellationum & ſupplicationum, cuiuſcunque qualitatis & quantitatis ſint; quia per antiquas conſtitutiones quibus in hoc non fuit derogatum iam erant excluſæ. ita probatur in. 5. concluſione. ex illis vndecim concluſionibus factis à tribus aulis Regiæ Audiẽtiæ paulo poſt curias anni. 1585.

Limitatur. 2. eadem regula, vt non obtineat locum, quando Dominus Rex in propria perſona mãdat in alicuius fauorem ordinem interrumpi: quia in illa cauſa nõ tenebitur iudex dictum denuntiationum ordinem ſeruare. vt probatur in dicto cap. 8. in actis curię iam dicto. in finalib. verbis.

Limitatur. 3. vt non habeat locum dicta regula, quando inter eaſ-

casdem partes essent diuersi processus in eadem aula habentes in meritis talem cõnexitatem, quód declaratio vnius esset etiam declaratio alterius: quia in hoc casu nõ seruato dicto denuntiationũ ordine, possũt dicti processus arbitrio Regiæ Audientiæ in vno eodéq; tẽpore expediri. ita in constitutio. 38. in curijs anni. 1547. sub titu. de denuntia. proces.

Limitatur. 4. vt nec etiam vera sit in causis mercãtilibus tam primæ instantiæ, quám secundæ, in quibus dictus denuntiationum ordo minime seruandus est. ita in cõstitutio. 13. Reginæ Germanæ. in curijs Montissoni, anni. 1512. sub titu. de causes mercantiuols.

13. Tandem pro complemento scire oportet, opponentem se liti causæ appellationis denuntiato processu dicendo de nullitate sententiæ primitiui iudicis non esse admittẽdum. ita obseruat Regia Audientia. Et ipse declaraui die. 10. Octobris. 1587. in causa appellationis in Regia Audientia introductæ inter coniuges fons ex vna, & Gasparé Montaner ex altera. Notarius causæ erat Granell.

De communicatione processus. Rubrica. 22.

1. *COmmunicatio processus dari debet semel ante illius denuntiationem per spacium. xx. dierum.*

2. *Cõmunicari potest processus semel post illius denuntiationem per spacium á fortiori vnius mensis. Fallit vt ibi.*

3. *Salarium quód exigi potest pro processus communicatione.*

4. *Notarij processus antequam illum communicent debent cõputare folia processus, & scribere acta in illo inserta & consuta.*

5. *Aduocati quibus processus communicãtur debent se subscribere in quodam chirographo in quo confiteantur processum recepisse.*

1. COmmunicátio processus ante eius denuntiationem partibus seu eorũ aduocatis iuxta constitutionem in curijs anni. 1599. editam. cap. 23. permittitur dari & cõcedi per spacium viginti dierum. Et post processus denuntiationem, semel tantum concedi debet. vt in dicto cap.

2. Et in casu, quo post denũtiatiõnẽ processus semel tantũ, & verbaliter dicta processus communicatio petatur, ipsa à iudice concedẽda est à fortiori per tẽpus vnius mensis, & nõ vltra, etiã quòd plures essent aduocati partis dictam cõmunicationẽ petẽtis. Quod quidẽ fallit nisi pars haberet tantum vnum aduocatum, & ipse aduocatus vitã cũ morte cõmutaret, vel se ad lõgum tempus absentaret: quia in his casib⁹ nouo aduocato

alia permittitur communicatio, probantur hæc omnia ex text. in constitutio. 83. Regis Philip. in curia Montissoni, anni. 1585. sub titu. de communicatio de processos.

3. Sed sciant notarij & scribę causarum eis nõ licere pro dicta communicatione & suo pedagio exigere à parte, dictam communicationem petẽte, (quamuis dives sit) vltra duo regalia, & à pauperibus vltra vnum regalium sub pœna amissionis non solum salarij processus, verum etiam & ipsiusmet processus. vt probatur in constitutio. 4. Caroli Imperatoris. in. 4. curia Montissoni anni. 1542. collocata in titu. de communica. proces.

4. Et ad tollẽdas fraudes quæ per processuum communicationes fieri possent iniungitur notarijs & scribis causarum, quód antequã processus communicent habeant computata folia illorum; describantq; in quodam memoriali apud eos retento omnia acta, tam inserta, quàm consuta in eisdem processibus: & etiam quód continuent diem mensem & annum in quibus processus aduocato partis communicationis causa traditur; designãdo ibidẽ partes inter quas causa ventilatur, nec nõ illius cause relatorem.

5. Insuper dicti notarij & scribæ curare debent, quòd aduocati quibus processuum communicatio concedi solet, se subscribant inquodam chirographo, quo confiteantur à dictis notarijs seu scribis processum communicationis causa recepisse.

Tandem eisdem notarijs præcipitur, quòd tempore recuperationis processus communicati deleant chirographa, quibus de dictis communicationibus fides fit, & quòd in scriptis collocent diẽ, mensem, & annum dictæ recuperationis. Quod quidem ab omnibus notarijs & scribis tam Regiæ Audientiæ & vicegerentium generalis gubernatoris Cathaloniæ & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ, quàm aliarum quarumcunque curiarum iudicum ordinariorum obseruari iubetur. De quibus omnibus extat expressus text. in dicta constitutio. 4. Caroli Imperatoris. in. 4. curia Montissoni, anni. 1542. est sub titu. de cõmunicatio. proces.

De dubijs ex processu resultantibus petendis, & quòd aduocati in Regia Audientia audiantur. Rubrica. 23.

1. *DVbia ex processu resultantia præsentatis memorialibus peti possunt.*

2. *Dubia qua forma in processu inseri debeant.*

Du-

DVbia ex processu resultantia præsentatis iudici memorialibus in iure possunt cũ supplicatione seu scedula per partes peti; & tenẽtur iudices illa (inspectis prius in aula regia) partibus petentibus dare: quæ etiam perscribam causæ in processu inserenda sunt. probatur. per text. in constitutio. 84. Regis Philippi in curia Montissoni, anni. 1585. in titu. de/s dubtes y punts. cui additur tex. in constitu. 2. Caroli Impe ratoris. in. 4. curia Montissoni. anni. 1542. in cod. titu. & text. in cap. 10. Regis Philip. in curia Montissoni, anni. 1547. in eod. titu.

1.

Forma autẽ insertionis in processu hæc est, quod scriba mãdati, sic dicat & continuet in processu.

2. *Die. 13. Maij. 1603. in Regia Audientia in aula Regentis Regiã Cãcellariam præsidẽte dicto Regente Cãcellariam ac interuenientibus cum eo magnificis. N. & N. & N. dictæ Regiæ Audientiæ Doctoribus fuerũt tradita dubia ĩ hoc foleo papirij descripta mihi N. Regij mandati scribæ. Et deinde dicta dubia continuantur in processu â quo partes possunt copiam extrahere: vt sic illis satisfacere & respondere possint.*

Petere quoq; possunt partes, quòd illis præsentibus eorũ aduocati audiãtur in Regia Audientia. Et id á iudicibus concedendum est, assignãdo dictis aduocatis diẽ in qua ipsis partibus præsentibus audiri possint. vt in dicta constitutio. 84. supra proxime citata.

De sententijs.

Rubrica. 24.

1. *CAusæ tam plenariæ, quãm summariæ post per actũ illius disputationẽ infra quod tẽpus expediri debẽt. Et an si post tẽpus præfinitũ feratur sententia, illa sit nulla. Vide ibi late quæstionem hanc disputatam.*
2. *Sententiæ assignatio semel petenda est, & in scriptis, & prouideri debet cũ dierum continuatione.*
3. *Dispositiuæ sententiarum manu propria iudicum Regiæ Audientiæ, & assessorum gubernationum scribi debent.*
4. *Sententiæ in causis maioribus quadringentarum librarum expediri debent cum conclusione. Quod secus est in causis minoribus quæ expediri possunt per solos relatores.*
5. *Motiua quibus iudices mouentur ad ferendam sententiam debent in eadem sententia exprimi.*
6. *Sententiæ diffinitiuæ in scriptis ferri debent & quare.*
7. *Consilium alicuius datum iudici ad ferẽdum sententiam, si solum consilium pro sententia feratur, non dicitur sententia: sed votum vnius priuati hominis. Quomodo igitur iudex se habere debeat vide hic.*
8. *Sentẽtia ferri debet primo secũdũ iura patriæ, secũdo secundũ ius canonicũ, et eo deficiente secũdũ iura ciuilia.*

9. *Interesse quando in sententia condẽnatur debet specificari, an sit mercantile, vel simplex & tempus a quo incipitur deberi.*
10. *Deliberatio maior in sententia reserua ta debet explicari cum conclusione in Regia Audientia.*
11. *Sententia lata contra principalem, an exequi possit contra fideiussores de iudicio sisti sine nouo processu.*
12. *Sententia lata contra spoliatorem, quôd rem restituat, si in ea omittitur fructuum condemnatio, an fructus veniãt in consequentiam.*

PEracta in Regia Audientia causarum disputatione pro causis sui natura plenarijs statutum est, quòd ipsæ infra dies
1. centum à die finitæ disputationis computandos decidi & diffinitiuę terminari habeant. In vero summarijs, ac in omnibus appellationum causis breuius tẽpus scilicet quinquaginta dierũ præfinitur. Et prædicti termini cẽtum pro plenarijs, & quinquaginta pro summarijs, & appellationum causis sunt præcisi & peremptorij ipsis relatoribus, adeò, quòd si à parte sententia instatur, & salarium depositum sit, aliqua de causa neque prorogari, neque prolongari possunt. text. est expressus in constitutio. 12. Regis Philippi. in prima curia Montisloni. anni. 1547. collocata sub titu. de senten.

Ex prædicta decisione videtur posse inferri, quòd si pars deponat salarium, & petat sententiam ferri, iudex necessitatur infra dictum tẽpus centum dierum in causis plenarijs, & quinquaginta in summarijs suam proferre sententiã: quod quidem deducitur exprohibitione iudici facta, ne ei liceat vlterius tẽpus prorogare vel prolongare. Vnde si postea dicta sentẽtia feratur, illa debet censeri nulla. Nam in dicta constitutione datur forma proferendi sententias infra dictum tẽpus centum, & quinquaginta dierum respectiuè. Ex quibus sumitur argumentum, quòd qui non seruat tempus legis seu statuti, non dicitur seruare formam legis seu statuti. ita Bal. in auth. quæ supplicatio. num. 6. C. de præcib. Impera. offerend. & Paul. de Cast. in. l. qui Romæ. §. Callimachus. num. 5. ff. de verb. obligatio. At quando in aliquo actu requiritur certa forma, ea obmissa, actus reddi tur nullus. l. diligenter. ff. manda. cap. cum dilecta. ext. de rescrip. in fi. cap. venerabili. de officio delega. cap. per venerabilem. §. 1. qui filij sint legi. l. non dubium. C. de legib. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. & Specul. in titu. de instrumen. editio. §. 4. Ergo sententia lata post dictum tempus centum dierum in causis plenarijs, & quinquaginta in summarijs, & appellationum debet cẽseri

seri nulla. Sed prædictis non obstā tibus in nostro casu in contrarium est rei veritas, in quo licet post dictum tempus sententia feratur, nō ideo debet illa dici nulla: sed valet & tenet. Nam rationem inqua supra propositum argumentū se fundat veram esse existimamus, quando statutum quòd dat formam est prohibitiuum vel continet clausulam decreti annullatiui, si contra factum sit: quia tunc non seruata forma, vitiatur actus. & ita loquuntur. l. non dubium. ff. de legib. & alię. ll. supra. allegatę, tenet Alexan. in. l. 1. num. 6. ff. de liber. posthu. Secus vero est, quando statutum vel lex mandat fieri sub certa forma & vltra non procedit annullando actum si forma seruata non fuerit, quia in tali casu actus sine forma valet. ita tenet Alex. in consil. 24. num. 2. vbi videtur nostrum casum decidere. Nam dicit, quòd si in statuto detur forma faciendi aliquid infra quatuor dies, & illud fiat infra. 6. vel. 7. cum debuisset fieri infra quatuor, quòd nō ideo factum annullatur. Et vlterius dicimus, supradictum argumentum non procedere, quando illūd quod pro forma requiritur impeditur necessitate præcise obseruari: quia tunc sufficit, quòd per æquipollens impleatur. ita tenet Alex. in. l. 1. num. 8. & 9. ff. de liber. & posthu. & colligitur ex notatis per Bal. in. l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. argu. l. 1. cum ibi nota. C. qui & aduersus quos. vide Ludoui. Roma. in consil. 434.

Iuuantur prædicta, nam licet formæ solemnitas debeat præcise obseruari ad vnguem, istud tamen nō procedit, quando talis forma seruari non potest: quia valet actus forma illa non seruata. refert & sequitur Abb. in consil. 25. lib. 2. Alexan. consil. 106. vol. 6. & Craue. in consil. 12. num. 2. Actus enim qui non potest impleri & explicari intra terminum constitutū sufficit. quòd impleatur & explicetur post terminum. Abb. in consil. 64. lib. 2. per text. in. l. fin. C. de adulter. & cap. ex ratione. de appellatio. tunc enim trahitur retro ad tempus habile.

Quanto magis, quòd tempus cē tum & quinquaginta dierū quod ponitur respectiue in dicta constitutione. 12. non ponitur ibi pro forma, sed solum pro demōstratione; ad demonstrandum tempus infra quod debeat proferri sententia. In dubio enim id quod requiritur, cē setur positum pro demonstratione; & non pro forma. ita Alex. in. l. 1. ff. deliber. & posthu. Sed quando quid ponitur pro demonstratione, omissa forma nō annullatur actus; sufficit enim, quòd per equipollēs illud impleatur. l. hac consultissima. de testamē. facit. l. nominatim. ff. de conditionib. & demonstratio. & vide Alex. in dicta. l. 1. ff. delib. & posthu.

Quæ adhuc iuuantur hac ratione, quód iſte terminus cẽtum dierum pro plenarijs cauſis, & quinquaginta pro ſummarijs legalis eſt; quia á lege imponitur, & tamẽ iudex dilationem legalem poteſt ex cauſa abreuiare vel ꝓrogare. vt not. Alexand. & Doctor. in. l. 2. ff. de re iudi. & Abb. in capit. cum ſit. de appella.

Quare concludo, quòd licet in ſtantia dictorum centum & quinquaginta dierum reſpectiué perimatur facto aduerſarij, vel iudicis ob multitudinem cauſarum vel aliàs iuſte impediti, poterit adhuc iudex poſt lapſum temporis ſuam proferre ſententiam. vide quæ in huius rationis confirmationem latè dixi ſupra in Rubri. 10. Regu. 1. Ampliatio. 1. Et hoc idem approbant text. in conſtitu. 2. Regis Ferdinan. in curia Montiſſoni, anni. 1510. collocata ſub titu. de ſupplications de ſenten. in finalibus verbis. & text. in conſtitutio. 4. Regis Philippi. in curia. 1. Mõtiſſoni. in titu. de exceptions per impedir lo ingres de la lite. ibi in verſi. Saluant impediment. & tex. in conſtitutio. 14. in eadem curia Mõtiſſoni eiuſdem Regis Philip. ſub titu. de liquidations. ibi in verſi. Saluat juſt impediment de juſta abſentia, &c. Et ita intellexit atque obſeruat Regia Audientia.

2. Scire etiam debent aduocati, quód quando petitur ad ſententiam aſsignari, debent illud ſemel tantum, & in ſcriptis petere, & per iudicem aſsignatio ad certam diẽ cum dierum continuatione in originali proceſſu prouideri. ita eſt tex. in conſtitu. 63. Regis Philippi in curia Montiſſoni, anni. 1585. in titu. de ſenten.

3. Inſuper pro iudicibus Regiæ Audientiæ & aſſeſſoribus vicegerentium generalis gubernatoris ſtatutum eſt, quòd eorum manu propria diſpoſitiuas ſaltem ſentẽtiarum ſcribãt: niſi eis iuſtum obſtaret impedimentum. text. eſt. in conſtitutio. 1. Regis Ferdi. 2. in. 3. curia Barcinonæ. ſub tit. de ſentẽ.

4. Et quoque ſciendum eſt, quód cum ſententia quæ ferri debet eſt in cauſa maiore quadringentarũ, librarum, debet illa ferri cum cõcluſione Regiæ Audiẽtiæ. Et ideo Doctores eiuſdem Regiæ Audiẽtiæ ſolent in ſententijs harum cauſarum maiorum apponere hanc clauſulam. *Inſequendo cõcluſionem in Regia Audientia factam.* Quod non procedit in cauſis quadringentarum librarum vel minoribus: nã hæ ſiue ſimus in prima inſtantia, ſiue in ſecunda per ſolos relatores & abſque Regiæ Audientiæ concluſione decidi & terminari poſſunt. vt probatur in cap. 13. in actis curiæ. Regis Philip. in curijs. 1585. in titu. de commiſsions de cauſes.

5. Præterea cum motiua de iure

Ca-

Cathaloniæ de illarum substantia sint, ideo iudicum tam Regiæ Audientiæ quàm vicegerentium generalis gubernatoris Principatus Cathaloniæ & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ, & aliarũ quarumcunque curiarum officio incũbit, motiua quibus ad sententiã hoc vel tali modo ferendam mouentur in dictis sententijs exprimere. vt est tex. in constitutio. 55. Regis Ferdinan. 2. in curia Montissoni, anni 1510. in titu. de senten.

6. Ex quibus aperte deducitur, sentẽtiam diffinitiuam esse in scriptis proferendam: & hoc iuris est. Nã diffinitiua sententia non valet nisi inscriptis feratur, & de scripti recitatione. l. 2. & fi. C. de senten. ex pericu. reci. & ibi Bar. & Doctor. & Specul. in titu. de senten. §. iuxta. in. 4. col. versicu. Non valet etiã. Et facit expressus text. in clemen. sæpe. §. sententiam. de verb. signifi. vbi mandat sententiam ferri inscriptis, non obstante, quòd procedatur summariè & sine figura iudicij. Quòd sane inductum fuit, ne veritas occultetur: quia posset postea alio modo scribi, quàm fuit voce dictum: vt dicit glos. in dicta clemen. sæpe. §. sentẽtiam. in versi. Inscriptis.

7. Et iuxta hoc, volo hic animaduertere vnum, quod proderit multum iudicibus idiotis. Ecce, quòd in multis locis huius Principatus, tam baiuliarum regiarum, quàm baronum sunt multi iudices idiotæ qui quando volunt diffinire aliquẽ processum mittunt ad iurisperitũ pro consilio; & secundum illud cõsilium proferunt sententiam, legendo solum illud cõsilium, dubitatur ex his an talis sententia valeat, & an censeatur lata de scripti recitatione. Vidi hanc quæstionem motam à Rober. Marani. in suo Specu. parte. 6. de decisor. iudi. numer. 13. cui respondet, constanter affirmãs, dictam sententiam non valere, immo eam censeri nullam ac nulliter latam: quia legendo cõsilium, illud non est sententia; cum sit votum vnius priuati Doctoris iurisdictione carentis: sed esse necesse, quòd antè quam legatur cõsilium, iudex scribat in calce ipsius, Nos talis iudex pronuntiamus, prout in tali supra scripto consilio cõtinetur: quia ista pauca verba relata ad consiliũ faciunt sententiã. ita notabiliter tenet Angel. in consil. 249. incipien. Domina &c. & debet tunc consilium apparere scriptum in actis; aliàs sententia relata ad consilium, quòd non apparet scriptum nõ valet. Secundum Abb. in cap. illa. in fi. de accusationib. Intellecto tñ. quòd iudex vltra verba quibus dicit pronuntiamus prout in tali supra scripto consilio, debet vlterius in sententia dicere condemnamus, vel absoluimus. Et est ratio, quia consilium non condemnat, neq; absoluit, sed solum consulit talem litiga-

tigatorem esse absoluendum, vel condemnandum per iudicem, & sic verba consilij habent tractũ in futurum, vnde apparet, iudicem debere in sua sententia in calce consilij ponere verbum cõdemnamus, vel absoluimus: aliàs, si simpliciter diceret pronuntiamus prout in tali consilio continetur, videtur declarare illum litigatorem esse absoluendum, vel condemnandum, prout in consilio dicitur, & sic fieret, quòd non esset condẽnatus nec absolutus: immo ista sententia expectaret post se aliam sententiam per ea quæ tenet Alex. in l. 1. §. si quis ita. colũ. 4. ff. de verb. obliga. vbi dicit, quòd iudex pronuntians Titium esse condemnandum vel absoluendum non censetur condẽnare nec absoluere. Quod etiam tenet Bar. in l. 1. C. si aduersus libe. quæ perpetuo sunt notanda ideo, quòd multoties possunt in facto contingere.

8. Scire quoque opportet, in hac materia sententiæ, quòd sententia proferri debet primo secundũ iura patriæ Cathaloniæ; & ijs deficiẽtibus secundum ius canonicum, & eo deficiente, secundum iura ciuilia & Doctorum opiniones. ita in constit. curiar. anni. 1599. cap. 40.

9. Et aliud quoque scias, quòd quãdo in sententia fit condemnatio, interesse, debet in illa sententia specificari an sit interesse mercantile, vel simplex, & tempus à quo dictũ interesse incipitur deberi. vt in cõstitutio. 41. curiæ anni. 1599.

10. Et quia indefinitiua sententia aliquando solet reseruari maior deliberatio, ideo in curijs anni. 1599. in cap. 67. in actis curię statutum est, ipsam maiorem deliberationem explicari debere cum conclusione; & quòd in ea declaratione explicẽtur omnia capita liquida absoluendo vel condemnando.

11. Nunc quæro de quæstione quæ in facto & in praxi passim contingere potest. Ecce, quòd lata fuit sententia contra principalem qui fideiussores de iudicio sisti & iudicatum solui dederat, quæritur, an illa sententia exequi contra dictos fideiussores possit sine nouo processu. Cui dubitationi sic me posse respõdere & satisfacere existimo, quòd quãuis fideiussor habere posset aliquas exceptiones, quas non habet principalis. vt in l. idemque. §. generaliter. ff. manda. & not. in l. fideiussor. §. quædam. eod. titu. & ex persona posset illas opponere cõtra sentẽtiæ executionẽ. vt tenet Bal. post Iacob. Butr. in l. fin. §. fi. in. 2. col. versi. Quæro nunquid in ista. C. de vsur. rei iud. maxime cũ sit res inter alios acta, tamen veritas est, quòd hoc non obtinet locũ in fideiussore iudicatum solui contra quem sententia lata cõtra principalem sine nouo processu exequi potest. & hoc tenet glo. in dicta. l. fin. C. de vsur. rei iudi. & probat text.

tex.in.l.1.ff.iudicat.ſol.vbi Bar.nu. 2. hanc eandem propoſuit concluſionem & rationem aſsignat:quam vide ibi per eum.Et hoc eſſe verũ ipſe alia ratione probo, nam nõ eſt dubium,quòd confeſsio facta corã iudice meretur executionem abſque noua ſententia.l. 1. C. de confeſ.ibi.Nam & ſoluere cogitur.Et tenet Bar.in.l.1.in fi. ff. de confeſſ. probat etiam tex.in.l.ſi debitori.ff. de iudi.Sed iſte qui in iudicio promiſsit iudicatum iam eſt confeſſus debere illud quod iudicabitur, ergo ſententia lata contra principalẽ exequi poteſt contra fideiuſſorem iudicatum ſolui:maximè quia debitum eſt liquidum iudici vt iudici: ergo nimirum ſi id fieri poſsit,ſine nouo proceſſu.l.2. C. de executio. rei iudi. Et ita fuit obſeruatum in Regia Audientia in vtraque aula prout declaratum fuit per Hieronimum Aſtor Doctorẽ Regiæ Audientiæ die.15. Septembris. 1594. in cauſa quæ ibi vertebatur inter Margarettam Mas principalem, & alios ex vna,& Gabriellem Rui ex altera,A cuius declaratione fuit ſupplicatum in forma in alia aula, & in dicta cauſa ſupplicationis referente Ioanne Caſtello eiuſdẽ Regiæ Audientiæ Doctore fuit dicta declaratio confirmata die.20. Decembris. 1594.

12, Præterea circa ſententiam quæ fuit contra ſpoliatorẽ lata,quòd rẽ reſtituat, ſi in ea omittitur fructuũ cõdemnatio,poteſt dubitari an fructus veniant inconſequẽtiam.Huic dubitationi reſpondeo,diſtinguendo, quòd aut fructus à parte ante ſententiam ſimul cum re ſeu ſorte principali petiti fuerunt, aut non fuerunt petiti.In primo caſu,quando fuerunt petiti, & ſunt fructus qui acceſſoriè venirẽt ſi in ſentẽtia de illis non fit mentio,amplius peti non poſſunt. Et ita exiſtimo eſſe intelligendam. l. terminato.C. de fructib.& liti.expenſ. exqua deſumitur regula,quòd ſi in iudicis ſententia non fiat mẽtio fructuum, vel ſumptuũ, dicti fructus & ſumptus venire non poſſunt.In eundẽ quoq; cenſum recipiendus eſt tex.in.l. 4. C.de poſiti.Nam ibi depoſiti actione propoſita,ſi tantummodo ſortis condemnatio facta eſt, quid vltra non poteſt propter vſuras experiri.Non enim duæ ſunt actiones alia ſortis alia vſurarũ ſed vna; ex qua, condemnatione facta,itterata actio rei iudicatæ,exceptione repellitur. Et ita intellexit prædictos text. Innocen.in cap. grauis. de reſtitutio. ſpoliator. Vbi expreſſe tenet, quòd quando fructus petuntur,& fertur ſententia non habita mentione acceſſoriorum, de eis amplius agi nõ poteſt. Quam ſentẽtiam approbat expreſſe Boer.in deciſio.18.num.1. Eodem etiam modo intelligenda & interprætanda eſt glo.in.l.videamus. §. in Fauiana.in verbo reſtituat. ff. de vſur. ſequitur hanc declara-

claratione m Antoni. de Butr. in dicto cap. grauis. de restitutio. spolia. & expresse Guido Papæ in decisio. 405. num. 2. Et de prædictis optimá potest esse ratio, nam si de fructibus petitis in sententia nulla fit mentio, ea lata, iudicis officium expirat. Vnde absolutum dimissumq, iudicium, nephas est litem alteram consurgere ex litis prima materia, vt in dicta. l. termi nato. cui concordat text. in. l. iudex. ff. de re iudicata. vbi iudex postquam semel sententiam dixit postea desinit esse iudex. Semel enim, siue male siue bene, functus est officio. Quod approbat Alphe nus. in. l. cum quærebatur. eod. titu. de re iudi.

In secundo casu, idest quando fructus non fuerunt petiti. Si sumus in actione quòd metus causa idest in vi compulsiua, & in vi expulsiua, vt est in interdicto vnde vi, vel in constitutione. Siquis in tantam. C. vnde vi. veniunt in his interdictis fructus etiam non petiti ex natura illarum actionum. Quare si in sententia iudex condemnat spoliatorem, quòd rem restituat, & spoliatum in possessione inqua ante spolium erat reintegret, ex ea quidem sententia, & ex vi illorum verborum restituere, & reintegrare, veniunt in consequentiam fructus per spoliatorem percepti: quamuis petiti non fuissent, nec de illis in sententia fieret aliqua mentio. Nam spoliatus qui in possessione restitueudus est venit etiam necessario ad omnes fructus restituendus. vt probant text. in. l. videamus. §. in Fauiana. & in. §. item si vi. ff. de vsur. vbi verbum restituere á prætore prolatum plenam habet significationem: vt ad fructus extendatur. Quod & Cayo placuit in. l. plus est. ff. de verb. signifi. Faciunt quoque tex. in. l. restituere. & in. l. fin. eodem. titul. & in. l. in condemnatione. §. cum verbum. ff. de regul. iur. vbi cum verbũ restituas. in. l. inuenitur, & si specialiter de fructibus additũ nõ est, tamen fructus sunt restituendi. Non enim quis reintegratus & restitutus diceretur, nisi omnia quæ perdiderat ratione possessionis amissæ recuperaret. l. quòd si minor. §. restitutio vbi. Bart. ff. de minorib. & in his terminis arguit Couarru. lib. 1. variar. resolutio. capi. 3. in prin. & etiam Anthon. Thezaur. in decision. 29. num. 9. vbi post multa concludit, restitutionis verbum ad fructus extendi, quando qui rem restituere condemnatur male fidei possessor est. Nam equum non videtur malefidei possessorem cum iactura alie na locupletari debete. Et dicitur malefidei possessor is, qui alterius possessionem propria authoritate & sine iuris cognitione spoliando

do & læſa conſcientia occupat. Et in hoc caſu, & iuxta hanc ſententiam fuit in Regia Audientia concluſum die. 17. Iunij. 1592. in cauſa quæ ibi vertebatur inter nobilem Annam de ſancto Minato ex vna, & nobilem Berengarium de Hulmis ex altera, referente Franciſco Deſcamps dictæ Regiæ Audientiæ Doctore.

De liquidationibus ſententiarum. Rubrica. 25.

1 *LIquidationis cauſa in ſententia reſeruatæ infra quod tempus inſtrui habeat relinquitur iudicis arbitrio, dum tamen arbitrium terminum octo menſium non excedat. Et aquo tempore dicti menſes currant. vide ibi.*

2. *Liquidationis cauſa infra quot tempus expediri debeat.*

3. *Liquidatio fieri debet in ſententia eorũ quæ ante ſentẽtiam liquidata fuerũt.*

SOlẽt iudices multoties in ſentẽtijs rerum adiudicatarum liquidationẽ reſeruare: quæ niſi facta ſit, dictæ ſententiæ ſuum debitum finem minime conſequũ
1. tur. Vt igitur earum executioni debite prouideretur, fuit ſancitũ, cauſas liquidationum breuibus dilationibus arbitrio relatoris vel iudicis fore & eſſe expediendas: dum tamen quãtum ad eorum inſtructionem, dictum arbitriũ terminum octo menſium non excedat. Et computabuntur dicti menſes à die quo licebit parti quacũque cauſa ſeu ratione executionẽ ſententiæ petere. Eritque dictus terminus pro omni genere probationũ præciſus, & peremptorius: adeó, quòd nulla de cauſa poſsit prorogari, nec prolongari. Et ſi forſan ob aliquã cauſam incidunt altercata id eſt per productionẽ teſtium, inſtrumẽtorum, aut aliás, illa quidem ſeu illarum declaratio arbitrio dicti relatoris ſeu iudicis reſeruari debent ad ſententias ſeu declarationes ſuper dictis liquidationibus proferendas. ita in conſtitutio. 14. Regis Philippi. in curia Montiſſoni anni. 1547. in titu. de liquidatio. ſenten.

Eodem quoque text. notarijs & ſcribis cauſarum iniungitur ſub pœnis in cap. de la obſeruança cõtentis, quòd dictorum octo menſium termino elapſo, intra quindecim dies deferant relatori cauſæ proceſſum abſque illius prouiſione.

2. Item eidem relatori ſub eiſdem pœnis præcipitur, quòd recepto proceſſu, intra ſex menſes computandos à die quo cõſtiterit ipſum proceſſum ad eum peruenisſe declaret & pronuntiet in liquidationis reſeruatæ cauſa: omni maioris dilationis prorogatione ceſſante. Exceptis tamen tribus caſibus,

vi-

videliſcet, infirmitatis iudicis ſeu relatoris, iuſtæ abſentiæ, & niſi cauſa eſſet ſtatus vel baroniarum, aut ſimilium: in quibus licitum eſt prorogare terminum tam probatorium, quàm inſtructoriũ per ſpacium ſex menſiũ arbitrio eiuſdem relatoris ſeu iudicis. patent hæc omnia in eadem conſtitutio. 14. dicti Regis Philippi. curiæ. 1547. in titu. de liquida. ſententia.

3. Præterea ſcias, per nouiſsimã conſtitutionem. 42. curiæ anni. 1599. ſtatutum eſſe, liquidationes faciendas eſſe vna cum ſententia de omnibus illis quæ per partes ante ſentẽtiam liquidata fuerint. Adeò quòd iudici contrafacienti ſententiæ ſalarium ſolui non debet. At hoc obtinere verum intelligas, in cauſis à tempore dictarũ curiarum poſtea mouendis, & nõ in antea motis. vt in dicta conſtitutio.

De ſupplicationibus à ſententijs diffinitiuis interponendis. Rubri. 26.

1. *SVpplicare â ſententia quid ſit.*
2. *Differentia inter ſupplicationem & appellationem. & num. 4.*
3. *Supplicatio & appellatio in quibus conueniant.*
5. *Supplicationum cauſæ in quibus abſente Rege vel eius locũtenente â Principatu Cathaloniæ ſupercedebatur, nunc proſſequuntur in Regia Audientia gubernatore procedente vice regia.*
6. *Supplicare â ſententia nõ licet fiſco regio neque in ciuilibus neque in criminalibus. Fallit vt ibi.*

IN hac Rubrica ꝓponitur remediũ pro condemnatis Principis ſententia, quod eſt quædam precum porrectio (quam ſupplicationem appellamus) facta Principi per quam ex quadã benignitate ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, contra quam non competit remedium ordinarium ſcilicet appellationis. Et ideo iſta ſupplicatio dicitur propriè, quando aliquis à Principis ſententia reclamat, vel à ſentẽtia præfecti prætorio: quia ab huiuſmodi ſententijs propter iudicum excellentiam non poteſt de iure appellari, ſed ſolum is qui ſentit ſe grauatum poteſt ſupplicare apud eundem Principem vel præfectum: vt ipſe idem cauſam reuideat, & ſuo grauamini prouideat. vt habetur in. l. 1. C. de ſentẽ. præfec. prætor. & in. l. ſiquis. & in auth. quæ ſupplicatio. C. de præcib. Impera. offeren. & not. Specul. in titu. de ſupplicatio. §. 1. & per totum. & eſt tex. in. l. 1. in prin. ff. quibus appella. non li. & in. l. præfecti. ff. de minorib. & habetur in cap. ex litteris. & ibi per Abb. de

2. de in integr.restitu. Ex quibus nota vnã differentiam inter supplicationem, & appellationẽ. Nam supplicatio vt prædixi fit ad eundem iudicem, appellatio vero ad aliũ iudicem superiorẽ, non autem ad eundem qui pronuntiauit. l. eos. C. de appellat. Et ita seruatur & practicatur in Regia Audientia, in qua ab eius sententia supplicat ex quo censetur sentẽtia Regis: nã fertur sub nomine Regiæ Magestatis seu eius locũtenentis generalis: quia à sententia sacri concilij non appellatur sed tantum supplicatur eidẽ, seu suæ Regiæ Audientiæ, scilicet, de vna aula ad aliam. vt in cap. 21. Regis Ferdi. 2. in. 2. curia Barcinonæ anni. 1493. in titu. de supplicationib. senten. & in cap. 4. eiusdẽ Regis in curia Mõtissoni anni. 1510. eodem titu. & denique probatur per totũ illũ titu.

3. Et scire oportet, quòd quãuis de iure ciuili plures sint differẽtię inter supplicationem & appellationẽ, quas notauit Marant. in suo Specul. de appellationib. &c. in par. 6. à num. 15. vsque ad nu. 23. tamẽ de iure nostro Cathaloniæ in multis ista duo remedia contra sententiã latam inuenta cõuenire reperio. Primo namq; conueniũt; quòd quemadmodũ appellatio interponi debet intra dies decẽ connumerandos á die latæ sententiæ, vt in auth. hodie. C. de appellationib. & in constitutio. 13. Regis Iacobi. 2. in curia Illerdæ anni. 1301. in titu. de appella. Supplicatio quoque intra decem dies à die latæ regiæ sententiæ interponenda est. tex. est in constitutio. 21. dicti Regis Ferdi. 2. in. 2. curia Barcinonæ anni. 1493. in titu. de supplica. Conueniunt etiã circa prosecutiones causarũ: quia eisdem terminis quibus ꝓceditur in causis appellationũ interpositarũ à sententijs diffinitiuis, procedendũ est in causis supplicationũ etiam à sentẽtijs diffinitiuis interpositarum. vt est tex. in cõstitu. 66 Regis Philippi. in curia Mõtissoni. anni. 1585. in titu. de supplicatio. senten. Præterea in hoc quoque conuenire dicuntur, quòd quando á sententijs latis in causis appellationum viginti librarũ, vel minoribus supplicatur, non est maior dilatio ad causam supplicationis diffiniendã concedenda, quám illa quæ in causa appellationis concessa fuerat. vt in constitutio. 24. Caroli Imperatoris in curia Barcinonæ anni. 1520. in tit. de suppli. senten. Tandẽ reperio ista duo conuenire in hoc, quòd quemadmodũ, eadẽ die qua fertẽ sentẽtia licet viua voce appellare, licet etiã & viua voce supplicare: quãuis postea illa appellatio & supplicatio debeant in scriptis redigi: quia aliàs, nisi in scriptis fieret non valeret. ita declarat Iaſ. in authẽ. quæ supplicatio. C. de præcib. Impera. offeren.

4. Velim tñ. inter iſta notes hanc differentiã expeditioni cauſarũ vtilẽ, hoc eſt, quòd licet circa expeditionẽ cauſarum appellationum ſeruandus ſit ordo denuntiationũ. vt in conſtitu. 19. Regis Ferdi 2. in 2. curia Barcinonæ, anni. 1493. in titu. de denuntia. proceſſ. & in cõſtitu. 8. eiuſdẽ Regis. in curia Mõtiſſoni, anni. 1510 in eod. titu. & in cap. 8. in actis curiæ Regis Philip. in curia Mõtiſſoni, anni. 1585. in eod. tit. Fallit hoc in cauſis ſuppli cationũ, quæ nõ ſeruato dicto ordine, ꝓceſſu tñ. inſtructo, & denũtiato per relatores expediri poſſũt. vt in cõſtitu. 4 prædicti Regis Ferdi. 2 in curia Mõtiſſoni, anni. 1510. in tit. de ſupplicatio. ſenten.

Præterea in hac materia animad uerto, quòd ſi ſupplicatio à ſentẽtia diffinitiua interponitur, & in decretatione ſupplicationis dicatur. *ꝓuidẽda in Regia Audiẽtia*, pars quæ ſupplicauit tenẽ intra dies decẽ ſuas facere & exhibere diligẽtias: & cẽſebũtur factæ, quãdo oblata ab aliquo ex mandati regij ſcribis eſt in ſupplicatione continuata. Et tũc præſidẽs poſt præfẽtatã Regiæ Audiẽtiæ ſupplicationẽ tenẽ infra dies tres facere eidẽ ſupplicationi decretationẽ. vt in cõſtitu. 87. Regis Philippi in curia Montiſſoni, anni. 1585. in titu. de ſupplica. ſenten.

5. Item ſcire debemus, quòd ante curias anni. 1599. abſente Rege vel eius locũtenẽte generali à præſẽte Principatu Cathaloniæ, ſupercedebaẽ tã in ꝓſſecutione, quàm expeditione harũ cauſarum ſupplicationũ, & remanebant omnia in ſuſpẽſo, donec & quouſq; adueniſſet locũtenẽs generalis ſuæ Regiæ Mageſtatis cui per neceſsitatẽ omnes regaliæ cõmunicantur, & repræſentat perſonam Domini Regis, quod in damnũ litigãtium maximopere vergebat, ſed vt huic dãno prouideretur, fuit in nouiſsimis curijs anni. 1599. per cap. 56. ĩ actis curię ſtabilitũ, huiuſmodi ſupplicationũ cauſas in Regia Audientia vertẽtes poſſe in eadẽ Regia Audientia continuari, vice gerente generalis gubernatoris vice regia procedente. Et quãuis 6. quibuſuis prætendentibus ex ſententia diffinitiua grauamẽ liceat ſupplicare, vt patet ex ſupra dictis; fallit tñ. hoc in fiſci procuratore Domini Regis vel eius primogeniti ſeu ſuorum officialiũ, cui tã in ciuilibus, quàm in criminalib⁹ ſupplicare non licet; niſi forte in cauſis ciuilibus aliqua documenta non producta ad eum peruenirent: quia eo caſu, præſtito per eũ prius in animã ſuã iuramento ſupplicare poterit. Et ſi & vbi cõuinceretur ſe in cauſa ſupplicationis malicioſe cõtendiſſe, debet de ſuo ꝑ Cãcellariũ, Vicecãcellariũ, ſeu Regẽtẽ cancellariã in expenſis cõdẽnari. tex. eſt expreſſus. in cap. 8.

in

in actis curiæ Regis Martini ĩ cu ria Barcinonæ anni.1409. in titu. de appellatio. vbi assignatur ratio ibi com lo aduocat fiscal sempre sie en lo concell hon la sententia se acorda, ê hi dona son vot.

De appellationibus.

Rubrica. 27.

1. APpellatio est de minori ad maiorem iudicem prouocatio.
2. Appellatio generalis dicitur vaga, & ideo non valet.
3. Appellare licet â sententia infra dies decem â die latæ sententiæ.
4. Appellare licet â prouisionibus vim diffinitiuæ habentibus, quarum grauamẽ reparari non posset per appellationẽ forte interponẽdam â sententia diffinitiua ad huc in dicta causa pferẽda.
5. Appellari potest a sentẽtijs & prouisionibus capitanei generalis ad eũdẽ; dum tamen eligat in assessorem vnum & si opus fuerit duos ex Doctoribus Regiæ Audientiæ.
6. Appellari potest ad Regiã Audientiã â prouisionibus extra iudicialibus.
7. Appellare nõ licet â sentẽtia lata p inferiorẽ super possessorio de iure ciuili, secus vero de iure canonico.
8. Appellare licet â sententia lata per iudicem appellationum logiæ maris super desertione sententiæ latæ per cõsules eiusdem logiæ.
9. Appellari potest â sententia lata per consiliarios Barcinonæ in causa appellationis interpositæ â sententia lata per administratores del pallol.
10. Appellari potest â prouisione executionis pænarum pecuniarium conuentionaliũ ratione treugarum fractarũ.
11. Appellari potest ad Regiam Audiẽtiam â sententijs latis per iudices assignatos per dominos directos in causis secundarum appellationum.
12. Dies decẽ ad appellãdum currunt â die scientiæ.idest quando pars sciuit contra se latam fuisse sententiam.
13. Appellare licet post dies decem datos ad appellandum, quando grauamen habet tractum successiuum.
14. Appellare nõ licet â sententijs latis in causis minoribus quinquaginta solidorũ.
15. Appellare non licet fisco regio, & ratio quare. Limita vt ibi.
16. Appellare non licet â sententia lata in causa primæ appellationis interpositê coram ordinario, quando confirmatoria est primittiuæ sententiæ.
17. Appellare nõ licet â prouisionibus assignationis ad sententiam, ad audiendũ aduocatos, deportetur processus & de respondendum ad tertiam.
18. Appellationum causæ minores decem librarum non euocantur ad Regiam Audientiam.
19. Appellationũ causæ â sentẽtijs ordinariorũ committuntur tertiæ aulæ, & â sẽtẽtia ibi lata licitũ est postea supplicare ad aliâs aulas Regiæ Audiẽtiæ.
20. Dilatio qualis & quanta esse debet tam ex parte rei quâm actoris in causis appellationum.
21. Altercata quomodo in causis appellationum declarantur.

22. *Appellationum causæ minores quadrin gẽtarum librarum decidi possunt per solum relatorem & absque conclusio ne Regiæ Audientiæ. secus in maio ribus.*

23. *Causæ secundarum appellationum ex eisdẽ actis expediri & decidi debẽt.*

24 *Appellatio si interponitur ab intermedio seu interlocutoria in causis quæ coram ordinarijs ducuntur, debet interponi coram eodem ordinario mutato assessore: qui si confirmat, ab illius declaratione nõ licet amplius appellare, si vero reuocat sic, mutato alio assessore.*

25. *Supplicare & appellare an liceat à sententia criminali diffinitiua & à prouisione tormẽtorum. vide materiã hic cum duabus regulis & decem limitationibus vsque ad num. 36.*

36. *Iudex ad quem, an in causa appellationis interpositæ à sentẽtia criminali possit pœnam augere. vide hic plene tractatũ. vsque ad num. 55. inclusiue.*

56. *Inhibitio facta iudici à quo in casu in appellabili, an impediat, ne iudex aquo possit ad vlteriora procedere donec ius dicatur super validitate vel inualiditate inhibitionis.*

IN proxima præcedẽti rubrica ostensum fuit, hãc esse præcipuã differẽtiam inter appellationem, & supplicationem, quód supplicatio sit quædam præcum porrectio facta Principi per quam ex quadam benignitate superior restituit supplicantẽ aduersus sententiam: et ideo fit ad eundem iudicem. Appellatio vero est de minori ad maiorem iudicẽ prouocatio ratione grauaminis illati vel inferendi, propter quod pars quæ sentit se grauatam potest infra decem dies ad superiorem appellare. vt in auth. hodie. C. de appellatio. De natura enim appellationis est, vt fiat de minori iudice ad maiorem: quia non est equum vt minor corrigat errorem maioris iudicis, sed potius é contra. vt not. Philip. Fran. & Doctor. in rubri. de appellationib. Et dico appellationem fieri ratione grauaminis illati vel inferendi: quia nõ solum ab illato, verum etiam à futuro grauamine appellari potest. vt habetur per Doctor. in cap. vt debitus. de appellationib. Et non hoc quod dicimus ratione grauaminis inferẽdi posse appellari ita intelligas, vt existimes quem posse generaliter ab omni grauamine quod posset ei irrogari in aliqua causa, vel in alijs causis, quæ poterũt cõtra eum intentari: nã ista dicitur appellatio generalis, & vaga quæ nihil valet, nec admitti debet. vt est text. in cap. 2. & cap. cõsuluit. 2. de appellationib. Licet enim de iure antiquo appellatio generalis facta respectu vni⁹ causæ valuisset, vt dicitur in tex. dicti cap. cõsuluit. tñ. hodie est correctũ per clemen. appellanti. de appella-

pella-

pellationib.qua cauetur, quòd in appellatione à grauamine debet inferi causa, & illã solam causam expressam potest appellans prosequi. Vnde si appellatur generaliter, ista appellatio non prodest, nisi quoad causas grauaminis expressas. ita Philip. in dicto cap. cõ suluit. Quod maximopere notandum est pro illis qui istas generales appellationes ab omni grauamine faciunt; nulla expressa causa: quas de iure non possunt postea prosequi: quia à grauamine non illato, nec communicato, appellari non potest. secundum Angel. in cõsil. 188. Supra dictis præmissis, quãuis de hac materia scribentes longam instituerint disputationẽ, ipse pro iunioribus practicantibus solũ atingam ea quæ per nostras Cathaloniæ leges in dicta hac materia obseruari iubentur. Et curabo quo fieri poterit, prædicta per regulas explicare cum declarationibus, extentionibus, & limitationibus, ne dũ eiusdem nostri iuris Cathaloniæ, sed etiam iuris canonici, & ciuilis.

3. Regula igitur. 1. sit, quòd à sententia diffinitiua qua per partem prætẽditur sibi inferri grauamẽ, licitum est infra dies decem à die latæ sententiæ appellare. probat primo hæc regula per varias cõstitutiones collocatas sub tit. ꝺ appelatio. ꝑ multos canones. in eod. tit. ac etiã in quã plurimis legibus .ff. &. C. eiusdẽ tit. & præsertim ꝑ bat ꝑ tex. iã supra allegatũ in auth. hodie. C. de appellat. & in cap. cũ dilecti in fi. de electio. & in cap. significauerũt. de testib. & in cap. quoad consultationẽ. de re iudi. & ꝑbatur ꝑ text. in cõstitu. 7. Regis Petri. 3. in curia Montissoni anni. 1363. in tit. de appellatio. quo text. cauet, quòd post interpositã appellationẽ à sentẽtia diffinitiua infra dies decẽ immediate sequẽtes apostoli parti appellanti á iudice primittiuo dari debẽt. Et vlterius disponit ille tex. quòd siue dẽtur siue nõ dẽtur possint nihilominus partes dictã ꝑsequi appellationẽ

Ampliatur nũc. 1. dicta regula
4. vt locũ etiã habeat in ꝓuisionibus vim sentẽtię diffinitiuę habẽtib⁹, quarũ grauamen reparari nõ posset ꝑ appellationẽ forsan interponendã à sentẽtia diffinitiua adhuc in dicta causa ꝓferenda. probatur in cõstitutio. 85. Regis Philippi. in curia Mõtissoni, anni. 1585. in eodẽ titu. de appellationib. & est bonus tex. & expressus in. l. 2. ff. de appellatio. recipiẽ. vel nõ. Et propterea statutũ est, ꝓuisiones interlocutorias à quibus appellat in appellationũ instrumẽtis inserendas esse, vt facilius cognoscat cuius qualitatis illa ꝓuisio sit, vel quòd appellãs illius prouisionis per publicũ instrumentũ fidẽ faciat. vt in cadẽ constitutio. 86. dicti Regis Philip.

5. Ampliatur. 2. vt nõ solum lici-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

tum sit á sentẽtijs diffinitiuis, vel prouisionibus vim diffinitiuæ habentibus quorũcunq, iudicũ ordinariorũ appellare, verũ etiam à sententijs diffinitiuis vel prouisionibus vim diffinitiuæ habentibus Capitanei generalis à quibus ad ipsummet Capitaneum generalẽ appellari potest & debet. Hoc tamen intellecto, quòd ipse Capitaneus generalis pro causa appellationis decidenda eligat in assessorẽ vnũ ex Doctoribus Regiæ Audientiæ, vel duos si opus fuerit. ꝓbatur per text. nouissimé editum in cap. 44. in actis curiæ Domini Regis Philippi. 2. in curia Barcinonæ anni. 1599.

6. Ampliatur. 3. regula, vt locũ habeat in prouisionibus extra iudicialibus, vt puta in præceptis per præconiũ iussu iudicũ ordinariorũ absque clausula iustificatiua. *Aut iustas ponat rationes*: quia á dictis præceptis appellari ad Regiã Audientiam potest; & ibi talis appellatio admittitur. prout obseruari vidi in aliquibus præceptis per præconiũ iussu baiuli generalis, & viccarij Barcinonæ factis: fuisseq; iam antiquitus obseruatum refert Michael Ferrer in obserua. cap. 27. in. 3. part. Quod fundat̃ per tex. in cap. cõcertationi. & ibi Docto. de appellatio. in. 6 Ias. & Rip. in. l. quod iussit. ff. de re iudi. Alex. in. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de operis noui nũtiato.

7. Ampliatur. 4. quòd quamuis de iure ciuili cautũ sit, à sententia super possessorio per inferiorẽ lata nõ licere appellare. vt in. l. vnica. C. si de momen. possessio. & & ibi Bal. vbi in distinctẽ tenet, quód à sententia super possessorio appellari non potest. Et ponit de iure ciuili regulã Lãfrã. de Oria. in cap. quoniã contra falsam. sub nu. 102. de probatio. cũ multis fallẽtijs, tñ secus est de iure canonico quo iure secũdum cõmunẽ canonistarũ opinionẽ à sentẽtia super possessorio licitũ est appellare. vt refert Math. de Afflic. in decisio. 269. ꝓ clemã. 1. de sequestri possessio. & per glo. in cap. cũ ad sedem. in verbo interdictũ. de restitutio. spolia. Idẽ in decisio. Tholo. 500. quæ finalis est, qua cõstat, cõclusum fuisse, quòd sentẽtia lata ĩ possessorio siue sit recuperãdæ, siue retinẽdę, aut adipiscendæ de iure ciuili regulariter nõ potest appellari, sed sic de iure canonico siue sit diffinitiua, siue interlocutoria. Et hanc canonistarum opinionem amplexa fuit Regia Audiẽtia; ideo, quód in Cathalonia statutũ est, deficientibus legibus proprijs & peculiaribus regni, stari debere iuri canonico, & vltimo iure ciuili. Et ita fuisse obseruatũ refert Mich. Fer. in obserua. cap. 29. in. 3. p. Et àdeo ꝓcedit hęc ampliatio, quòd nedũ à dicta sententia lata super possessorio interponi potest appellatio, ve-

verum etiã ea interpoſita impedit dictæ ſententiæ executionẽ nõ obſtantibus dicta.l.vni. C. ſi de momẽ.poſſeſsio.& traditis ibi per Docto. Et ita obſeruari in Regia Autia teſtatur idem Ferr. in eodem cap. 29.

8. Ampliatur. 5. vt etiam regula locum obtineat in ſententia lata per iudicem appellationum logię maris ſuper deſertione ſententiæ latæ per conſules eiuſdẽ logiæ vt conſules, aut vt arbitros ꝑ partes electos,& nõ ſuper meritis ſentẽtiæ primæ cõfirmãdo vel infirmãdo: quia non obſtãte cap. conſulatus maris. 15. in tit. del modo com ſe dona la ſentẽtia. & nõ obſtante priuilegio Regis Martini. 15. Ianuarij. 1401. cõſiliarijs Ciuitatis Barcinonæ,& conſulibus mercatorũ eiuſdẽ cõceſſo, cõſueuit Regia Audientia appellationẽ interpoſitã à dicta ſentẽtia ſuper deſertione lata per iudicẽ appellationũ dictæ logiæ Maris admittere: hoc iacto fundamẽto, quòd quando prohibetur ſecũdo vel tertio appellare, intelligitur quãdo vterq; iudex declarauit ſuper eodẽ articulo ſeu capite: ſecus ſi iudex appellationis declarat ſuper eo, de quo ꝑ iudicẽ primittiuũ declaratũ nõ fuit. ſecundũ Angel. in.l. vni. verſi. Et hã legẽ. C. ne liceat tertio prouo: & ibi additio ad glo. fi. glo. & Philip. Frã. in cap. directe. verſi. Tertia cõcluſio. de appellatio. extr. Et prædicta confirmant extraditis ꝑ Michaellẽ Ferr. in obſerua. cap. 25. vbi dicit, in concuſſe in Regia Audiẽtia obſeruari, quòd licet á ſentẽtia vel prouiſione regia non liceat ſecundo ſupplicare, tñ. ſi in cauſa primę ſupplicationis fuerit declaratũ ſuper deſertione cauſę, & non ſuper meritis, poterit à dicta ſentẽtia ſupplicari per candẽ partẽ quæ à prima ſentẽtia ſeu ꝑuiſione ſuper meritis lata ſupplicauerat. Approbatur etiã hæc ampliatio in ſententijs latis in cauſis reclamationũ per iudices reclamationũ, quãdo ſentẽtia nõ eſt lata ſuper meritis cauſæ ꝑuiſionis à qua fuit reclamatũ; ſed ſolum ſuper deſertione. Et hoc fateor eſſe verũ, per rationes ſupra adductas: atq; ita Regiã Audientiã intelexiſſe priuilegiũ reclamationis poſitũ in volumine conſtitutionũ generaliũ Cathaloniæ ſub titu. de litibus abreuiã. teſtatur dictus Ferr. in dictis obſeruatio. cap. 18. in. 3. p.

9. Ampliatur. 6. in ſentẽtia lata ꝑ cõſiliarios Barcino. in cauſa appellationis interpoſitæ à ſentẽtia lata per adminiſtratores del pallol ſiue platearum: quia ſi ab ea appellatur ad Regiam Audientiam, admitti ſolet in ea dicta appellatio. Regulariter enim quilibet poteſt bis appellare, niſi aliter eſſet expreſſe prohibitũ. vt in.l. vnica. C. ne liceat in vna eadẽq; cau. ter. ꝑuo. cap. ſua nos. de appellationib.

Et ita fuisse obseruatum in Regia Audientia testatur Ferr. in obserua. cap. 3. in. 3. par.

10. Ampliatur. 7. vt locum etiam habeat in appellatione interposita à prouisione executionis penarũ pecuniarium conuentionalium ratione fractionis treugarum: quia ex quo dicta pœna est conuentionalis & debetur exconuentione facta in instrumento treugarum, ac proinde ciuilis sit, admittenda est dicta appellatio, et ita fuisse determinatum in Regia Audientia per vtrãque aulam fatetur idẽ Ferr. in cap. 34. obser. in. 3. par. vbi asserit, quòd cum baiulus villæ Tarregæ procederet ad executionem quarundam treugarum, fuit ab illa executione appellatum ad Regiam Audientiam ciuilem, & ibi determinatum per vtramque aulam, quòd dicta appellatio erat admittẽda, non obstante quòd opponebatur causam esse criminalem vt descendentem ex delicto, & quòd propterea non poterat euocari: fuit enim dicta causa pœnarum reputata ciuilis ex eo, quòd erat conuentionalis, & debebatur ex conuentione facta.

11. Ampliatur. 8. vt locũ quoque obtineat in causis secundarum appellationum interpositarum à iudice assignato per Dominum directum suis terratenentibus: & in causis secundarum appellationum feudalibus: quia consueuit Regia Audientia dictas appellationes sine qualitate admittere; quamuis cõtrarium sit in causis primæ appellationis. ita Ferr. in obseruationib. cap. 32. & 33 & 38. in. 3. part.

12. Limitatur nunc. 1. dicta regula, vt intelligatur, quòd dies decẽ currant à die latæ sententiæ, quando appellans sciuit latam esse sententiam contra se, secus si ignorauit: quia si stetisset per annum & vltra semper potest appellare. cap. concertationi. de appellationib. lib. 6. glo. & Bar. in auth. hodie. C. de appellationib. & glo. in cap. ab eo. de appellatio. in. 6. & tex. in. l. 1. §. fi. ff. quando appell. sit. Ex quo ergo sequitur, quòd istud tempus est vtile in prin. quia nunquam incipit currere impedito, sed postea efficitur continuum. vt est tex. & ibi Bar. in. l. 1. §. dies. ff. quan. appel. sit. Quibus adde Specul. in tit. de appellat. in. §. restat. in versi. Sed nunquid.

13. Limitatur. 2. prædicta regula, nisi grauamẽ illatum haberet tractũ successiuum: quia tunc semper potest appellari quandiu durat grauamen: etiam post decem dies. ita tenet Ioan. Andræas in capit. dilectus. el. 2. de rescrip. & Bald. in. l. 2. in fin. in versi. Secundo quæro. C. de episco. audien. Idem tenet Angel. in dicta. auth. hodie. C. de appell. & Paris. in tracta. syndica. in versi. Appellatio. in. 2. colum.

14. Limitatur. 3. vt non habeat regula locum in causis minoribus quin-

qua-

quaginta ſolidorum, aquarum ſententijs appellationes non admittuntur.tex.eſt in conſtitutio.13. Regis Petri. 3. in curia Montiſſoni, anni. 1363.in titu.de iudicijs & firmis iuris.in cap. 9. in actis curiæ Caroli Imperatoris in.2.curia Montiſſoni anni. 1534. in titu. de appellatio. Quod non ſolum obtinet locum in appellatione emiſſa poſt ſententiã, ſed etiam in appellatione ante ſententiam:quia vtroque caſu, in cauſis minoribus quinquaginta ſolidorum admittenda non eſt.per tradita per Mier.in volu.2.fol. 33. num. 14.collatio. 6. & refert Michael Ferr.in ſuis obſeruatio.part.1. cap. 20.ſe pluries vidiſſe ita obſeruari.

15. Limitatur.4.vt locum non obtineat in appellatione interpoſita p. fiſci procuratorem Domini Regis, primogeniti,atque ſuorum officialium:quæ quamuis intra dies decẽ à die latæ ſententiæ interponatur admitti non debet. Fiſcus enim in Cathalonia neque in ciuilibus, neque in criminalibus à ſententijs cõtra ſe latis non appellat:cum ſemper aſsiſtat in cõcilio vbi cauſa vouetur,& in ea quoque ſuum præſtet votum.ita in cap.8.in actis curiæ.Regis Martini.in curia Barcinonæ anni.1409. in titu.de appellationib.Sed hæc limitatio ſublimitatur,quando in cauſis ciuilibus aliqua documenta non producta ad eum perueniſſent:quia eo caſu præſtito prius per eum in animam ſuã iuramento appellare poterit.vt ibidem in eadẽ cõſtitutione habetur. Sublimitatur.2. quoad allegationẽ nullitatis ſentẽtiæ:quia licet fiſcus non poſsit appellare vel ſupplicare à ſententia contra ſe lata, poteſt tamen illius ſententiæ nullitatem allegare. Et depræhenditur nullitas, quando procurator fiſcalis non interfuit,licet fiſci aduocatus interueniſſet: quia talis ſententia nulla cenſenda eſt.Secundum glo. in. l. non intelligitur.§.multa principalia. verſi. diuus Adrianus.in verbo reſtituuntur.ff.de iure fiſci. Et ita fuiſſe declaratum refert Michael Ferr.in.3.par.obſer.cap.21.in verſi. In ſuper conſueuit.Item etiam poteſt allegare nullitatẽ ex eo, quòd fiſci aduocatus nõ interfuit in cauſa,nec votum ſuum præbuit: tunc etiam ſententia dicitur nulla ipſo iure:ita vt non eſt opus appellatione,nec ſupplicatione,cap.1.&cap. cum inter vos.extra.de reiudi.l.ad ad fiſcum.C.vbi fiſcales cauſæ.l.fi. C.ꝺ aduoca.fiſci.& ibi Doctor.Et infra quòd tempus debeat opponi iſta nullitas dicã infra.in ſua rubri.

16. Limitatur. 5. prædicta noſtra regula in cauſis ſecundæ appellationis minoribus decem librarũ,quando ſententia iudicis primæ appellationis coram ordinario interpoſitæ eſt confirmatoriæ primæ: quia eo caſu non licet ſecundo appellare: & proinde talis appellatio ſi interponitur,admitti non debet. At quã-

do dicta sententia esset in totum vel in parte reuocatoria primæ, tũc iudex ordinarius poterit nominare vnum iudicem, qui vnam aut alteram ex dictis sententijs confirmet & approbet. text. est. in cõstitutio. 14. Regis Philippi. in curia Montissoni. anni. 1585. in titu. de euocatio. causar.

17. Limitatur. 6. vt non procedat regula in prouisionibus assignationis ad audiendum aduocatos, assignationis ad sententiã, de portetur processus, & de respondendum ad tertiam, à quibus nec appellare, nec supplicare, nec etiam reclamare licet: etiam quòd beneficium restitutionis in integrum imploretur. ita in constitutio. 22. Caroli Imperatoris in curia Barcinonæ anni. 1520. in titu. In quibus casib. non est licitum appellare.

18. Regula. 2. sit, quòd causæ appellationum interpositarum à sententijs ordinariorum minores decem librarum non euocantur ad Regiã Audientiam, neque ad audientiam alicuius gubernationis: sed dictæ causæ introducendæ sunt coram iudicibus appellationum, si tales extiterint, sin minus coram eisdem ordinarijs, mutato assessore. ita probatur in dicta constitutio. 14. Regis Philippi. in curia Montissoni, anni. 1585. in titu. de euocatio. causar.

Et adeo regulam hanc debere procedere voluit dicta constitutio, quòd prohibuit Cancellario, vicecancellario, seu in eius locum Regenti cancellariam ne de cetero admittant euocationes causarum appellationum, quin prius eis constet per publicum instrumentum de appellationis interpositione: & quòd sententia à qua appellatum fuit est super re maioris æstimationis decem librarum. Obidq; eisdẽ iniũgitur, quòd in decretationibus dicant, constito de appellatione & sententia lata in causa maiore decem librarum &c. probantur hæc omnia in eadem constitutio. 14.

19. Et istæ causæ appellationum interpositarum à sententijs diffinitiuis iudicum ordinariorum, vel baronum, & quæ ad Regiam euocantur Audientiam hodie per nouam constitutionem editam in curijs anni. 1599. cap. 2. in actis curiæ cõmittũtur & committi debent Doctoribus tertiæ aulæ Regiæ Audiẽtiæ: à quorum postea sententijs & declarationibus licitum est partibus supplicare ad vnam aulam ex alijs duabus aulis Regiæ Audientiæ ciuilis.

20 Atque ità nos scire oportet, quòd quãdo causa per appellationẽ à diffinitiua ingreditur Regiam Audiẽtiam, in ipsa causa primæ appellationis vsque ad tercentum libras incumbit appellãti tam per testes, quàm per instrumenta, & acta, & aliud quodcunque genus probationis dictam suam appellationem intra

tra tres menſes iuſtificare, & intra coſdem acta primittiua reportare, computandos à die interpoſitæ appellationis. Et vbi cauſa eſſet maior tercẽtarum librarum intra ſex menſes à dicta die interpoſitæ appellationis connumerãdos. Qui tres & ſex menſes reſpectiuè ſunt vtrique parti communes: quibus elapſis, dicto appellanti interdicitur, ne quicquam producere & probare poſsit. text. eſt in conſtitutio. 64. Regis Philippi in curia Montiſſoni, anni. 1564. in titu. de appellatio.

Verum ſi poſtea pars appellata contra deducta & probata in dictis cauſis vſque ad ſummã tercentarum librarum aliquid probare intenderit, ipſa ad probandum duos habeat mẽſes, & in maioribus tercentarum librarũ quatuor. Et ſi infra dictum tẽpus per partem appellatam fuerit aliquid deductum vel probatum, dictum tempus duorum & quatuor menſium reſpectiuè conceſſum ſit cõmune & præciſum parti appellanti, vt in eodem cap. 64. dicti Regis Philippi.

Et dictis temporibus reſpectiuè elapſis, dicta pars appellans in dictis cauſis vſque ad tercentum libras intra vnum menſem, & in maioribus intra duos ſuas facere & exhibere debet diligentias, ſcilicet, vt proceſſus denuntietur, & quòd cauſa committatur ſi forte erit eius conditionis & qualitatis, quòd debeat committi; ſin minus appellatio efficitur deſerta. Et tẽpora prædicta ſunt continua, præciſa, & peremptoria, reuocatis fatalibus per alias conſtitutiones conceſsis. vt in eadem cõſtitutio. proxime citata.

21. Regula. 3. erit, quòd in cauſis appellationum altercata verbo decidantur, & quòd ſupplicationes & ſcedulæ non admittantur, niſi eiſdem modo & forma quibus in cauſis primæ inſtantiæ dictum eſt. ita in conſtitutio. 65. Regis Philippi. in curia Montiſſoni anni. 1585. in titu. de alterca.

22. Regula. 4. eſt, quòd cauſæ appellationum interpoſitarum à ſentẽtijs ordinariorum minores quadringentarum librarum decidi poſſunt per ſolum relatorem, & abſque concluſione Regiæ Audiẽtiæ. Et ideo cautum fuit, Cancellarium & Regentem cancellariam debere in ſupplicationibus introductorijs harum cauſarum decretare & committere hoc modo, Magnificus. N. audiat, colligat, & ſuper intermedijs debite prouideat, & ſi non eſt maior quadringentarum librarũ decidat. ita in cap. 13. in actis curiæ Regis Philippi. in curia Montiſſoni ánni. 1585. in tit. de cõmiſsionib. cauſar.

Hinc ſequitur, immo expreſſe ſtatutum eſt, omnes alias appellationum cauſas maiores quadrin-

genta-

gentarum librarum decidendas esse cum conclusione in Regia Audientia ad solam relatoris relationem, & absque conrelatoris assignatione: reuocatis constitutionibus quibus cauebat, causas quingentarum librarum seu maiores esse alteri conrelatori committendas.

Et prædicta procedunt, ne dū in causis appellationum vt dictum est, sed etiam in causis primæ instantiæ. probantur hæc omnia in dicto cap. 13. supra proxime allegato.

23. Regula. 5. pro iudicibus sit, quòd causas secundarū appellationum sibi commissas, cum actis tanum primitiuis, & absque nouo libello expediant confirmādo vel infirmando sententias præcedentes. ita in constitutio. 28. Regis Alfonsi. 3. in curia Montissoni anni. 1323. in titu. de appellationib.

24. Regula. 6. sit, quòd quando in causis quæ coram ordinarijs Cathaloniæ, & Comitatuum Ruscilionis & Ceritaniæ ducuntur appellatur ab intermedio, seu interlocutōria ante sententiam diffinitiuā, dicta appellatio interponi debet corā eodemmet ordinario, mutato assessore partibus non suspecto assignando: qui articulum dicti intermedij decidat. text. est in constitutio. 6. Regis Philippi curiæ anni. 1585. in titu. de appellationib.

Et scias, quòd si dictus assessor dictā interlocutoriā cōfirmat, nō licet amplius appellare: sed si reuocat, ab eodem ordinario alius debet assignari assessor; qui infra viginti dies vnam aut alteram ex dictis sententijs approbet, a cuius declaratione non licet partibus amplius appellare: & iudex primitiuus poterit ad vlteriora causæ principalis procedere. vt expresse habetur in dicta constitutio. 6. supra proxime allegata.

Et quamuis supra in cap. 12. de processu via ordinaria. in. §. 10. num. 2. &. 3. pauca tetigerim de appellatione & supplicatione interponenda à criminalibus sententijs diffinitiuis, & ꝓuisionibus tormentorum, nōabs re erit, hic eandem repetere materiam, eamque plenius adducere, vt sic melius sciatur, quid circa criminales causas in materia appellationis obseruandum sit.

25. Atque ita nos scire oportet, multo ante curias anni. 1599. vsu fuisse receptum, quod in Cathalonia in criminalibus non appellabatur, sed aduenientibus dictis curijs anni. 1599. in eisdem per cap. 15. ex actis curiæ sancitū fuit, licere quibuscunque condemnatis à sententijs diffinitiuis criminalibus & prouisionibus tormentum in Regio concilio latis supplicare: & quòd causa supplicationis interpositæ, per Regentē: can-

cancellariã cõmittatur alicui Doctori aliarũ aularũ Regiæ Audiẽtiæ, scilicet illius aulæ sibi magis bene visæ: qui cum illa aula, & cũ conclusione, & cum eisdem actis decidat, an bene vel male pronuntiatum fuerit, à cuius sententia postea siue confirmatoria, siue reuocatoria, non licet amplius supplicare. Item etiam alio cap. videlicet. 16. ex eisdẽ actis curiæ, quoad iudices ordinarios statutum est, quòd reis condemnatis liceat ab eorum sententijs appellare, ad eũdem tamen ordinarium mutato assessore: exceptis quibusdam casibus ĩ dicto cap. 16. expressis. Sed oportet, quòd siue supplicetur siue appelletur à prædictorum sententijs, & prouisionibus tormentorum, supplicatio & appellatio respectiuè interponi debent intra dies tres connumerandos à puncto publicationis sentẽtiæ, & illius intimæ reo factæ & præsentatæ. vt ibidem in eodem cap. 16. Sed vt plenius & speciatim hæc omnia intelligantur, materiã hãc per duas regulas & fallentias explicare curabo, quarum prima est quæ sequitur: & erit. 7. iuxta huius rubricæ ordinem.

Regula igitur. 7. exprædictis deducitur, quód á sententijs criminalibus diffinitiuis & prouisionibus tormẽtorum latis in Regio concilio licitum est reis condemnatis supplicare. probatur hæc regula per dictum cap. 15. supra allegatum.

Secunda vero iuxta eundem rubricæ ordinem erit. 8. & est quę sequitur.

Regula. 8. est, quòd appellationes quæ á sententijs diffinitiuis criminalibus & prouisionibus tormentorum iudicum ordinariorũ interponuntur, ab eisdem iudicibus ordinarijs recipiẽdæ sunt: mutato tamẽ assessore. probatur hęc regula ex eodem text. in dicto cap. 16.

Istæ duæ regulæ scilicet. 7. &. 8. quasdam habent communes limitationes, quæ cum in praxi val de vtiles & scitu dignæ sint, eas hic inserere decreui.

16. Prima igitur sit limitatio, quòd prædictæ duæ regulæ non procedunt in latronibus publicis vel viarũ publicarum grassatoribus: quorum appellationes non recipiuntur: cum eos statim puniri publicæ interfit. probatẽ hæc limitatio expresse ex eodẽ cap. 15. supra commemorato. cui cõcordat tex. in. l. constitutiones. ff. de appellationib. & relationib. & tex. in. l. siquis filio exhæredato. §. hi autem. ff. de iniusto rup. testamen.

Limitantur. 2. dictæ duæ regulæ, vt non obtineant locum in homicida insidioso, & proditorio. vt in eod. cap. 16. cui concordat tex. in. l. 2. C. quorum appellationes non recipiun. Hi enim homicidæ

pro-

propter criminis immanitatem non appellant: quibus nec ecclesia iuuat quamuis in ea capiantur. vt in cap. 1. extra. de homicid.

28. Limitantur. 3. dictæ regulæ in crimine læsæ Magestatis tam in primo, quàm in secundo capite: quia huius criminis rei impetiti & condemnati appellando non audiuntur. probatur ex eodē cap. 16. & facit tex. in allegata. l. constitutiones. ff. de appellationib. & relatio. secundum intellectum Bar. ibi dum loquitur intelligendo illā. l. de proditore qui dicitur dux factionum per. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Magesta. Et istam limitationē tenet in specie Felin. in cap. sicut el. 1. de simon. & vide Andræam de Yser. in cap. 1. versi. Et bona. colū. 9. quæ sint regaliæ. in vsib. feud.

29. Limitantur. 4. in fabricatoribus falsæ monetæ, qui à sententia contra se lata appellare non possunt. vt in eodem cap. 16. immo vltimo damnātur supplicio sine appellandi remedio. text. est in. l. 1. C. de falsa mone.

30. Limitantur. 5. prædictæ duæ regulæ, vt non procedant in crimine nefando ratione cuius propter illius immanitatem condemnatis appellare non licet. probatur in eod. cap. 15.

31. Limitantur. 6. nō procedere in in eo qui condemnatus est de raptu virginis, quē dicunt non posse appellare ex tex. in. l. 1. in. §. sin autem. C. de raptu virgi. vbi habetur, tales criminosos post legitimas & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione durissimis pœnis affici debere, & mortis condemnari supplicio. & hoc approbat glos. in. l. 2. in verbo propria. C. quorum appella. non recipiun. & sequitur Yser. in titu. quę sint regaliæ. in versi. Et bona. col. 19. in fin.

32. Limitantur. 7. in crimine simoniæ in quo condemnati etiam non appellant: ex quo dictum crimen æquiparatur crimini læsæ Magestatis & hæresis. vt not. glo. fin. in cap. 1. de testib. in. 6. & tenet Felin. in cap. sicut. el. 1. de simo. per illū tex. qui dicit, quòd mox debet sententia executioni mandari in crimine simoniæ.

33. Limitantur. 8. prædictę regulæ vt non procedant in crimine hæresis. Condemnatus enim in tali crimine non appellat. cap. vt inquisitionis. de hæreti. lib. 6. & vide Felin. in dicto cap. sicut. el. 1. de testib. in. 6.

Et antequā ad alia progrediar hic animaduertere volo, quòd omnes casus in supradictis limitationibus contenti intelliguntur etiā si fuit quis conuictus tantum; vel confessus tantum, adeò, quòd non vtrumque concurrit copulatiuè. secundum Bart. in dicta. l. constitutiones. ff. de appellationib. & relatio-

lationib.& vide etiam glo.in. *l.*2. in verbo.propria.ff. quor. appellatio.non recipian.

34. Limitantur.9.vt non obtineant verum in causa inqua aliquis est confessus & conuictus:quia is appellare non potest. dicta. l. 2. ff. quor. appel. non reci. & habetur plene per Philip.in cap. cum speciali.§.porro.col.2.de appellationib. Ista enim duo copulatiué requiruntur,adhoc vt nō possit appellari exceptis casibus supra dictis.vt not.glo.& Ioan.de Imo. in. l. fin. §. iussus. ff.de appellatio.& Bal.in.l.2.col.2.eod.titu.licet cōtra hoc videatur facere tex. & ibi nota. in cap. romana. §. si autem. de appel.lib.6.vbi innuitur,quòd confessus non auditur appellans, licet non sit etiam conuictus. Et ratio est,quia confessio in iudicio inducit notorium, & in notorijs non appellatur.vt in cap.cum sit. in fi.& cap.peruenit.& cap. consuluit el.1.de appellationib. & est tex.cum glo.in dicto capit. romana. §. si autem. de appellatio. lib. 6.Huic contrario posset responderi,quód aliqui faciunt differentiam inter ius canonicum,& ciuile,scilicet vt de iure ciuili requirantur illa duo copulatiué,sed de iure canonico sufficiat, quòd sit solum confessus per dictum cap. romana.§.sin autem. Tamen veritas hæc est,quòd quoad hoc,nulla est differentia inter ius ciuile & canonicum.immo de vtroque iure requiritur, quòd sit confessus & conuictus,ad hoc vt non possit appellare; ad hūc scilicet effectū, vt eius appellatio non admittatur nec per iudicem aquo,nec per iudicem ad quē: sed indistinctè fiat executio. Et hoc iure vtimur atq; ita obseruatur in Regio cōcilio.

35. Limit.10.non procedere in officiali alicuius iudicis; qui si progestis in officio fuit cōdemnatus à suo iudice, non appellat:præsumitur enim ex quo suus erat iudex,quòd eum iustè condemnauerit.l.nulli.& ibi Bar. C. quor. appella.non recipiun.& in.c. ei qui. §.nulli.2.q 6.& Specula.in titu.de appellationib.§.in quibus.versi.3.

Et antequam hæc quæ ad criminalia negocia pertinent omittamus valde vtile esse credidi in medium proponere quæstionem egregiam quæ circa appellationes in causis criminalibus passim contingere potest:

36. Quæstio autem hæc est. Pone, quód Titius in causa criminali quam fisci procurator Regiæ curiæ contra illum ducebat fuit cōdemnatus ad seruitium regiarum triremium ad quinquennium,qui ideo à dicta sententia appellauit seu supplicauit stantibus supra dictis constitutionibus, quód à sententijs criminalibus possit supplicari,& appellari,fiscus autem nec supplicauit nec appellauit: cum

per

per aliam constitutionem nec appellare, nec supplicare à sentẽtijs contra se latis possit, fuit ideo per iudicem ad quem dubitatum, an ipse ex eisdem actis, ac iuxta merita processus possit pœnã augere.

Hæc quæstio parum difficultatis adferret in casibus in quibus per vtramque partem à tota sentẽtia esset appellatum: quia in his omnes communiter concordant, iudicem appellationis posse supplere, addere, & substrahere primæ sententiæ. idq; probant per iura canonica in cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. extr. de testamẽ. in quibus ideo iudex causæ appellationis suppleuit, addidit, & substraxit primæ sententiæ, quia vt dictum est, per vtramque partem fuit appellatum: ita in decisio. Rotæ. in nouis. decisio. 23. titu. de re iudica. At quando à sententia ab vna tantum parte appellatur, tunc quæstio hæc circa hanc facti speciem propositam me in maximam duxit dubitationem. Quæ dubitatio adhuc aucta fuit, quando fertur sententia inter partem priuatam, & fiscum, à qua dicta pars priuata appellare potest, fiscus autem non. Et vt rem hãc difficilem, & sanè intricatam facilẽ reddamus, eius tractationem, & explicationem à parte negatiua agredior.

37. Pro qua primo videtur facere, quòd pars appellata no appellando à sententia videtur illi acquieuisse, & ex toto illam tacite approbasse: quo fit, vt appellatus nihil aliud de nouo possit petere, sed solum simpliciter sententiæ confirmationem. cap. quoad consultationem. de reiudica. cap. significauerunt de testib. & cap. consertationi. de appellatio. in. 6. Ergo si appellatus non appellãdo acquiescit sententiæ, & nihil ideo de nouo potest dicere, infertur, ex parte illius, seu super eius aliqua petitione litem in causa appellationis non contestari, & vbi lis ex parte appellati non contestatur, iudex in eius fauorem non potest sententiam reformare: quia esset supplere de facto, quod facere nõ potest, sed de iure tantum. vt. C. titu. vt quæ des. aduocat. per totũ. & facit. l. eos. C. de appella. & tex. in cap. cum contingat. de officio delega. & not. in capit. vt debitus. de appellatio. quia iudex appellationis dum taxat potest & debet pronuntiare sententiam iustam, vel iniustam, & nihil aliud.

38. Et si hæc vera sunt inquacũq; parte appellata, quę cum appellare potuisset non appellauit, multo maiori ratione obtinebunt locum in fisco regio huius Principatus Cathaloniæ. qui per capit. curiæ Regis Martini. in curijs Barcinonæ cap. 7. incipien. per tolrre vexations. non potest appellare nec supplicare à sententijs contra eũ latis.

latis. Neque propterea poterit
39. adhærere appellationi aduersarij, ideo, quòd adhæsio est tacita appellatio, & debet fieri infra decem dies sicut appellatio. Vide decis. Rot. antiquam. 225. quæ incipit adhærentes. & per cõsequẽs non potest petere sententiam qua tenus opus sit in eius fauorem reformari.

40 Adeò, quod quamuis appellatus ex dispositione. l. ampliorem. C. de appellationib. possit se iuuare appellatione aduersarij, non tamẽ procedit in fisco, qui per dictũ cap. curiæ Regis Martini non est capax appellationis: cum ille tex. in dicta. l. ampliorẽ. intelligat̃ data capacitate ad appellandum.

Præterea ratio quare fiscus nõ appellat neque supplicat quæ est expressa in eodem cap. Regis Martini. scilicet, quòd ideo fiscus non appellat, quia eius aduocatus est præsens, & habet votum in decisionibus causarum fiscaliũ. Iuuat eandem opinionem, quia dicta ratio locum habet tam adhærendo, & iuuando se appellatione, vel supplicatione alterius, quàm expresse appellando, vel supplicando: quia vtroque casu si peteret, quòd sententia reformetur, peteret contra votum suum. Et sic ne fiscus agat contra suam conscientiam, videtur, quòd non possit aliud petere præter sententiæ cõfirmationem.

Denique remediũ cap. 15. curiæ Barcinone. anni. 1599. in actis curiæ concessum reis condemnatis, quòd possint appellare seu supplicare à sententijs criminalibus cõtra se latis (quod antea nõ licebat) fuit in beneficiũ reorũ condẽnato
41 rũ introductũ. Vnde si contra eos iudex in causa appellationis vel supplicationis posset pœnam augere, dictum beneficium retorqueretur in eorũ odium cõtra iuris regulã, quod fauore introductũ est nõ debet in odiũ rẽtorqueri. Ergo iudex appellationis seu supplicationis nõ potest in fauorẽ partis appellatæ, (& cõsequenter fisci procuratoris qui vt dictũ est nec appellare nec supplicare potest) sentẽtiæ primitiuæ supplere, & addere. Et prædictis motiuis attentis, hanc partem negatiuam scilicet, quòd nõ liceat iudicibus causæ appellationis seu supplicationis supplere & addere sentẽtiæ primæ, & cõsequenter nec pœnã augere, neque fisco illud petere, sequuti fuerunt vouendo nõ nulli Regij conciliarij, huius Regij cõcilij Cathaloniæ.

Sed prędictis nõ obstãtibus, ipse & alij plures Regij consiliarij fuimus cõtrariæ opinionis existimantes, quòd ex quo per vnã partem fuit appellatum à tota sententia quæ appellatio ipsius effectũ suspendit. l. 1. ff. ad Turpili. cap. venic̃tes. de iure iuran. & sicut petitur

per appellantem totaliter infirmari, ita pars aduersa potest eam petere reformari, & suppleri ea quæ forte in prima instantia omissa fuerunt: & fuimus moti exequẽtibus.

42 Primo, quia iure cautum est, quòd quando ab vna parte fuit à tota sententia appellatum, & sic causa fuit in totum ad iudicem appellationis deuoluta, potest ipse iudex appellationis ad petitionem partis appellatæ super omissis in prima instantia per iudicem primittiuum declarare. vt in cap. cum Ioannes. de fide instrumen. & in. l. per hanc. C. de tempor. appellatio. Bar. in. l. fin. C. quando prouoca. non est necess. Et est ratio, quia iudex appellationis succedit iudici primittiuo, ita vt omnia quæ primus iudex facere potuit, & debuit, & ipse potest, & debet, arg. tex. in cap. Raynutius. & in capit. Raynaldus. de testamen. Sed primus iudex potuit pronuntiare super pœna condigna, qui si non fecit, immo omisit, poterit appellationis id facere. Quod est verum in his, vel super his, quę coram primo iudicè sunt deducta, & ex eadem causa. vt tenet Pute. in decisio. 184. num. 5. parte. 2. & vide Specul. in titu. de appellationib. §. 1. num. 13. vbi dicit, quòd si petij centum, & conuentus sit condemnatus in quinquaginta, & absolutus in alijs quinquaginta, & appellet, potero ego illa centum coram iudice appellationis petere; quamuis non appellauerim, si tamen centum petam ex eadem causa, secus si ex diuersa.

43 Quæ maximè procedunt, quando in causa verteretur quæstio iuris: quia licet iudex non possit supplere de facto, nisi sibi vt iudici, factum esset notorium, iuxta Innocen. in cap. 1. de postula. prælator. super verbo. requisitus. & allegat cap. 1. de corpor. vitiat. &. l. fin. ff. de appel. &. §. si minus. institu. de actionib. &. l. boues. §. aliquando. ff. de edili. edic. prout infra num. 18. &. 19. latius explicatur. potest tamen supplere de iure. vt. C. vt quæ desunt aduocat. per totum.

44 Secundo corroboratur eadem sententia & opinio, quòd appellatio ab altera ex partibus interposita debet esse vtrique parti cõmunis, potest enim appellatus vti appellatione, non minus quàm appellãs. vt probat̃ per tex. in. l. ampliorẽ. C. de appellationib. qua cauetur, quòd appellatio statim, quòd interposita vel introducta fuit per appellantem efficitur cõmunis appellato; taliter, quòd potest quoad capitulũ aquo fuit appellatum, vel alia connexa petere, quôd reformetur sententia. ita Iacob. Butr. in dicta. l. ampliorem. vbi appellat vnus, & suppletur sententia pro omnibus in appella-

appellatione. Idem tenet ibi Alberi. Et Bart. dicit, appellationem posse exercere appellantem, & appellatum, & sequuntur ibidem Salycet. & Paul. de Cast. & nouissimè Vincen. de Franch. in deci-
45 sio. 467. Et in tantum procedit, quòd appellans non potest inuito appellato renuntiare appellatio ni expresse vel tacite. Bar. in. l. siquis libellos. C. de appellationib. siue sit appellatum á diffinitiua, siue ab interlocutoria Bart. in. l. ei⁹ qui. in fi. ff. de appellationib. recipien. Alex. consil. 36. vol. 4. Deci. in cap. accepta de appellationib. Et quòd altera parte contradicẽte, non liceat appellationi renuntiare ponunt Doctores in cap. interppsita. §. illa denique vbi Deci. de appellationib. Abb. in cap. ex
47 parte. lo. 2. & ibi Felin. & Deci. & vide late Petr. Surd. in decisio. 163.

46 Tertio diximus prædicta adeo vera esse, quód ne dum obtinent locum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus, in quibus fisci procurator non est solitus contra reum quid certum petere, sed generatim illum pœnis legalibus puniri, & iustitiam fieri & administrari, quod negari non potest. Quare ibi militat maior ratio: quia fiscus agit ad vindictã publicam, & sic tractat de interesse publico, & Reipublicæ cuius interest, ne crimina remaneant impunita ideſt sufficienter punita. iuxta. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Atque ita, si iudex appellationis videt primittiuum iudicem condemnasse reum arbitrarié, omittẽdo pœnam à iure statutam, ac nulla arbitrandi existente causa contra. l. 1. ff. de effractorib. & expilatorib. cum similib. poterit quidem ipse appellationis iudex illam pœnam certam à iure statutam & á primittiuo iudice omissam quamuis acriorem dicti iudicis primittiui negligentiam supplendo reo appellanti infligere. Quæ nisi fierent, & quòd iudex appellationis astringeretur ad solam primæ sententiæ confirmationẽ, passim eueniret, quòd ipse iudex ad quem iniustam primi iudicis sententiam confirmaret.

Quarto confirmauimus eandẽ sententiam respondendo fundamentis contrarié opinionis, & sic partis negatiuæ, & primo fundamento satisfecimus, quòd quãuis pars appellata non appellando videatur sententiæ acquiescere, & quòd ideo non possit petere aliud nisi simpliciter sententiæ confirmationem, illud tamen verum est, si pars aduersa acquieuisset, & eius effectum non suspendisset; sed quia appellauit, efficitur, quód ex eius appellatione pars appellata consequatur facultatem petendi sententiam reformari. ita in decisio. Rot. 23. in titu. de re iudi. in nouis.

48 Quinto licet per dictã constitutionem Regis Martini editam in curijs Barcinonæ, anni. 1409. capit. 8. constet, fisci aduocatum ideo quòd in consilio regio quando causæ fiscales deciduntur suum præbet votum non posse appellare neque supplicare á sententijs contra se latis, non ideo inferendum est, eum aduersario suo appellante, seu supplicante, non posse petere in sui fauorem quatenus opus sit sententiam reformari, & meliorari nec posse priuilegio dictæ.l.ampliorem. C. de appellationib. gaudere: attenta illius in capacitate ad appellandum. Et quòd non sit facienda dicta illatio probatur ex sequentibus.

Primo, quia licet fiscus per dictam constitutionem prohibitus sit appellare, non tamen est prohibitus petere iustitiam fieri, aduersario suo appellante, nec tale reperitur cautum per aliquam Cathaloniæ constitutionem.

49 Secundo, quia dicta constitutio Regis Martini in quantum fisco regio prohibet appellationem est iustitiæ odiosa, cum ipse agat ad vindictam publicam, & tractet de interesse Reipublicæ cuius interest, ne crimina remaneãt impunita. Et ideo interpretanda, intelligenda, atque restringenda est, in casu tantum inquo loquitur, scilicet, vt fiscus principaliter & ex professo appellare vel supplicare non posit, & non extendenda ad casum, quòd fiscus suo aduersario appellãte, vel supplicante, & in eius fauorem sentẽtiam infirmari petente non posit petere iustitiam fieri & administrari; ac quatenus opus sit in eius fauorem eandem sententiam reformari. Et quòd ideo, quòd dicta constitutio prohibet appellationem sit odiosa, & sic strictè interpretanda, tenent Deci. in cap. directe extra. de appellationib. Idem Deci. in consil. 49. num. 1. Bart. in.l.2.C.quor.appellatio.nõ recipiun. & in consil. 165. in quæstio. Taliter quòd prohibita appellatione, nõ est prohibita reclamatio, quærela, supplicatio, vel officiũ iudicis. Rippa. in.l. nemo potest. numer. 90. ff. delegat. 1. Et sic patet, dictam constitutionem stricte debere intelligi, videlicet, quòd fiscus non posit appellare à sententijs contra eum latis, non autem vt extendatur, quòd si pars aduersa appellauerit, vel supplicauerit, non posit fiscus iuuare se appellatione sui aduersarij, sufficit enim, quòd dicta constitutio Regis Martini operetur suũ effectum; taliter, quòd si reus taceat, etiam si non sit sufficiẽter punitus cogatur fiscus ac quiescere dictæ sentẽtiæ. Et propterea remanet casus indispositione iuris cõmunis quo cauetur par

tem

tem appellatam posse sui aduersarij appellatione vti per dictam. l. ampliorem. C. de appellationib. & habetur idem in decisio. Rot. 23. in nouis titu. de re iudi. Pute. in decis. 184. Math. de Afflict. in decis. 53. Petrus Surd. in decisio. 163. & Vincen. de Franch. in decisio. 467. quibus constat, appellatum posse vti alterius appellatione in capite à quo fuit appellatum vel connexis.

50. Sexto, neque obstabit huic nostræ sententiæ, quòd quidam existimauerunt dictam. l. ampliorem intelligendam esse de parte appellata quæ capax est ad appellandum, & non appellauit quia noluit appellare scilicet, quòd illa sit cui liceat vti appellatione aduersarij, & nõ de parte appellata quæ nõ appellauit, ideo quod non potuit ratione suæ incapacitatis, vt est fiscus qui per dictum capit. Regis Martini in capax est omnino ad appellandũ & supplicandũ. 51. Nã cũ casus nolentiæ & impotentiæ ad producẽdũ vnum, & eundẽ effectũ in iure parifficẽtur, arg. eorum quæ tradunt Doctor: in. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. substi. vbi probant pariter substitutionem vulgarem effectum sortiri si hæres adire noluerit, ac si non potuerit, sic ostendentes casum nolentiæ & impotentiæ ad producendum eundem effectum parifficari, ideo idem ius in vno, 52. quod in alio statuendum est. Maximè, quia sæpe consequitur quis ex persona alterius, quòd ex persona sua consequi non post. vt in. l. petendæ. C. de temporibus. restitutio. in integr. petend. vbi beneficium restitutionis in integrũ minori concessum ad probãdum efficitur cõmune aduersario maiori, cui ex propria eius persona non competebat, & erat in capax dicti beneficij. & facit text. in capit. authoritate. Martini Papæ. de concess. præben. lib. 6. Vnde licet fiscus non appellet, quia non potest ratione suæ incapacitatis per dictam constitutionem Regis Martini, tamen consequitur priuilegium, quòd possit petere sententiam reformari ex appellatione aduersarij.

Septimo, neque visum fuit obstare etiam illud quod supra pro contraria oppinione adduximus scilicet, quod fiscus si non potest appellare per dictum cap. Regis Martini: neque poterit appellationi aduersarij adherere: quia si non est capax appellationis, neq; erit capax adhesionis: cum vt diximꝰ, adhesio sit tacita appellatio, & etiam fieri debeat infra eosdem decem dies qui ad appellandum dãtur: & per consequens dictus fiscus non poterit gaudere beneficio dictæ. l. ampliorem. hoc est, quòd per viam adhesionis possit se iuuare appellatione sui aduersarij.

53. Nam reſpondetur, quòd beneficium ipſius. l. ampliorem. ſtatim interpoſita appellatione & introducta coram iudice appellationis efficitur commune appellato, nó per viam adheſionis, ſed ipſo iure quoad caput à quo fuit appellatũ, vel alia connexa: quia in tota. l. nihil loquitur de adheſione. Et ſi per viã adheſionis intelligeretur, nullum cõcederetur beneficium: quia vt diximus adheſio eſt tacita appellatio, & debet fieri infra decem dies ſicut appellatio. Quod ſane ante dictã. l. ampliorem. erat partibus permiſſum. Et ſic dicta. l: ampliorẽ. intelligenda eſt, quòd appellatus poſsit vti appellatione alterius in capite à quo fuit appellatũ, vel connexis, etiam ſi infra decẽ dies nõ appellauerit, neq; appellationi adheſerit; quod colligitur ex verbis eiuſdẽ. l. ibi ſancimus. itaque ſi appellator ſemel in iudicium venerit, & cauſas appellationnis ſuæ propoſuerit habere licentiã, & aduerſarium eius ſiquid iudicatis opponere maluerit, ſi præſto fuerit hoc facere, & iudiciale mereri præſidium. Ex quibus clare patet, quòd appellatus opponere poſsit iudicatis, poſtquam appellans in iudicio comparuit, & cauſas ſuæ appellationis propoſuit, & ſic elapſo iam tempore ad appellandum & ad adhærendum.

54 Et per prædicta adhuc quibuſdam ex dominis meis viſum fuit, quòd licet fiſcus non peteret ſententiam meliorari, poſſe iudices cauſæ appellationis ſententiam in fiſci fauorem meliorare ex ſuo mero officio augendo pœnam: Primo, quia licet iudex non tenea tur impartiri officium ſuum niſi petenti, tamen, quando ex actis proceſſus conſtat, de iuſtitia partis, poteſt iudex ex ſuo officio ſupplere pro parte etiam non petente.

55. Et ratio aſsignatur, quia in notorijs ſupplet iudex pro parte. Et dicuntur notoria iudici vt iudici ea quæ conſtant ex actis, ita, quòd huiuſmodi notorium non eſt opus quòd allegetur. ita Deci. in capit. ex inſinuatione. num. 8. extra. de appellationib. Cachara. de ciſio. pedemon. 1. num. 42. qui plures alios allegat. Atque ita exiſtimarunt, quòd ſi ex actis proceſſus conſtat, reum non fuiſſe ſufficienter punitum, poterũt iudices ex officio eum debita pœna punire. Secundo ratione publicæ vtilitatis, quę verſatur, ne delicta remaneant impunita, id eſt ſufficien ter punita. iuxta. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. poteſt iudex pro parte non petente ex ſuo officio ſupplere. ita Bart. Paul. Alexan. & Rip. in. l. 4. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. infec. Vnde Salycet. in. l. abolitio. C. de abolitionib. infert, quòd ſi accuſator deſiſtat, ab accu-

accusatione; quia cõponat cũ parte, vel aliás, quòd poterit iudex ne delictum remaneat impunitũ contra reum procedere, & cum pœna condigna punire. Tertio, quia fauorem fisci potest iudex ex officio supplere Bar. in. l. si vaccantia. C. de bon. vaccantib. lib. 10. Marsil. in singula. 570. Sed quidquid sit, maior pars regiorum consiliariorum per supra dicta inclinauit, iudicem causæ appellationis seu supplicationis posse supplere, & addere primæ sententiæ & pœnam in ea impositam iuxta merita processus augere parte tamen appellata petente. iuxta Bald. doctrinam in dicta. l. ampliorem. per quam dicit, quòd quando pars appellata est præsens debet petere sententiam reformari ad hoc vt iudex suppleat. Atque ita, cum fiscus semper sit præsens, fuit visum hoc onus semper ei incumbere, & ex debito sui officij teneri petere, seruata tamen hac forma scilicet, quòd petat ad sententiam assignari, ius & iustitiam fieri, & administrari, ac quatenus opus sit in eius fauorem sententiam reformari. Et hoc modo fuit in Regio concilio pro maiori parte votantium negocium hoc concluſum & diffinitum. die. xxiiij. Februarij. 1600. tribus aulis congregatis.

Tandem pro praxi circa hanc appellationis materiam proponenda venit alia vtilissima quæstio, quæ cum quotidie contingere possit, omnibus valde scitu
56 digna est. Pone, quód quis appellauit ad Regiam Audientiam in casu non appellabili, & obtinuit à Regia Audientia litteras citatorias & inhibitorias, quæ postea præsentatæ fuerunt iudici aquo; qui non obstante dicta inhibitione processit ad vlteriora, dubitatur nunc, an procedimenta per iudicem inhibitum sint prius vt attẽtata reuocãda, quàm de validitate vel inualiditate inhibitionis ius dicatur. Et quidem me in dubitationem duxit, quód præsuppositio casu in appellabili, appellatio interposita dicitur friuola & frustratoria, quæ propterea non suspendit iurisdictionem. ita Paris. consil. 49. numer. 21. libr. 4. Vnde non considerata suspensione, nec etiam subintrat cõsideratio attentatorum. videtur idem sentire Guido Papę in decisio. 213. numer. 6. ibi affirmans, quòd si cõstet appellationẽ euidenter esse iniustam attentata non debent reuocari. secundum Innocen. & Bal. in cap. pastoralis. de officio delega. Facit, quòd inhibitio vigore frustratoriæ appellationis nõ potest operari effectum ex quo non dicitur canonica. ita in decision. Rotæ. 58. aliás. 412.

de appellatio. in nouis. & concordat alia Rotæ decisio. 75. aliàs. 357 in antiquis. de appellatio. vbi habetur, quòd attentata post inhibitionem vbi constat de nullitate appellationis non sunt reuocanda propter verbum canonicè positũ in cap. non solũ de appellationib. lib. 6. Plerique etiam Doctores sequuti fuerunt has decisiones vt sunt Ægid. de Bellame. in decisio. 239. Felin. in cap. super quæstionũ. § fi. de officio delega. Paris. cònsil. 108. num. 6. libr. 1. Dida. pract. quæstio. cap. 24. num. 3. versi. Tertio præceteris. tenentes, quòd inhibitio tunc operatur effectũ attẽtatorũ, quando est canonicé facta.

Sunt tamen plures alij contrariam affirmantes sententiam asserentes, superiora locum obtinere in his quæ post interpositam appellationem gesta fuerunt, ante tamen inhibitionem, nam in his gesta reuocari non debent, si cõstet appellationem esse euidẽter iniustam, vel nullam. ita Guido Papæ in consil. 69. num. 10. versi. Secundo quia. vbi expresse tenet, quòd quando constat appellationẽ etiã à diffinitiua esse iniustam, vel nullam, attentata ante inhibitionem non reuocari. Secus vero quando inhibitio facta fuisset & præcessisset, quoniam eo casu post inhibitionem gesta, tãquam attẽtata reuocantur. probat text. in cap. non solum. in versi. Nisi iudex. de appellatio. in. 6. Philip. Fran. in cap vt debitus. num. 47. versic. Quid autem. Et refert Lancelot. in. 2. parte. cap 12. de attenta. appellatio. penden. limitatio. 6. nume. 18. Rotam romanam modernam eandem sequi, opinionem etiam considerata dicta decisione. 58. aliàs. 412. ne iudices sub isto clypeo inhibitionis iniustè eas cõtemnant, & diu litigetur an inhibitio sit iusta vel iniusta, & pars grauata fatigetur interim laboribus & expensis, concludens ideo, prius attentata esse reuocanda, & postea de validitate inhibitionis disputari debere. Quod patet in recollectis Acoramb. decisio. 53. incipiẽ. Rota. vbi omnia supradicta formaliter inserit. Et iuxta hanc opinionem fuit iudicatum in Regia Audiẽtia me ipso referẽte die. 14 Nouẽbr. 1592. in causa quæ ibi ducebatur inter syndicum Ciuitatis Barcinonæ ex vna, & syndicũ cõfratriæ scutellariorum ex altera.

De exceptione nullitatis contra diffinitiuam sententiam proponenda. Rubrica. 28.

1. *NVllitas quid sit.*
2. *Nullitas & appellatio in quo differant.*
3. *Nullitas quare appelletur auxilium cõmune.*
4. *Nullitas nulla iniustitia maior.*

Nulli-

5. *Nullitatis exceptio contra diffinitiuã ſententiam infra decem dies proponi debet. vide hic regulam cum quatuor ampliationibus & vnica limitatione.*
6. *Iudex cauſæ appellationis debet eſſe iudex nullitatis in ipſa appellatione allegata.*
7. *Nullitas & merita cauſæ vna & eadẽ ſententia declarari poſſunt.*

 Vamuis in hac rubrica iuxta noſtras conſtitutiones Cathaloniæ pauca de nullitatibus contra diffinitiuã ſentẽtiam veniant dicenda, cum ſolum diſponant tempus infra quod propo ni debeant, & formam & modum declarandi illas: nihilominus tamen, cenſui nullitatis deſcriptionem, atque non nulla alia quæ ad hunc terminum pertinent ante occulos proponi debere.

1. Scire igitur oportet, quòd ſi conſideramus nullitatem quatenus ſit remedium & auxilium con tra ſententiam de qua nos in præ ſenti rubrica loqui intendimus, eã ſic poſſe deſcribi videtur, ſcilicet, quód ſit ius & commune auxiliũ competens ad irritandum ſeu irri tum nuntiandum actum de quo quæritur. propoſuit hanc deſcriptionem Sebaſ. Vanti. in tracta. de nullita. ſenten. in titu. quid ſit nullitas. num. 1. vbi, & in multis ſequẽtibus dictam deſcriptionem declarat. videte ibi per eum.

Et hoc habet commune nullitas cum appellatione: quia quemadmodum appellatio dicitur auxilium commune. vt eſt tex. in. l. 3. §. falſus. ff. rem ratam habe. & l. 1. & 2. C. quan. prouo. non eſt neceſſe. ita & ipſa nullitas dicitur auxilium commune per ſupra dicta.

2. Differunt tamen in hoc, quòd nullitatis qualitas effectus eſt ad irritandum, ſeu irritum nuntiandum actum de quo quæritur: appellatio vero non principaliter deſeruit ad irritandum, ſed ad iniquitatem & iudicis imperitiam corrigendam ac pronuntiatum ſuſpendendum, ſeu attento præſenti ſtatu extinguẽdum. vt in. l. 1. in prin. ff. de appellationib. iuncta. l. 1. §. fi. ff. ad Turpili. l. cum apud. ff. iudi. ſol. l. furti. in prin. ff. d̃ his qui not. infa. Alex. in conſil. 188. col. 4. in fi. lib. 2. Felin. in rubri. de appellationib. aſſerentes ita communiter diffiniri.

3. Merito quidem lex vocat hoc remedium auxilium commune: quia per illud non vocati vocantur, non auditi audiuntur, non defenſati defenſantur, veritas patefiet, ac leges & iura publica tenebuntur, omniſque dolus, fraus, & machinatio excludet̃. Nam aliàs lex fruſtra fuiſſet poſita, ſi contra illius tranſgreſſores ac in fauorẽ publici iuris, & oppreſſorum aliquod ſalubre remedium non ad inueniſſet. Per iudicẽ enim quiſq;

in auditus, rebus ac proprio patrimonio nulla præcedente cognitione & absque causa priuari & spoliari potuisset. Et ideo lex introduxit remedium & ius istud, per quod petitur ex integro cano nicè & legitimé procedi, & perperā factū in irritum reuocari ac de facto factum, de facto tolli, & in pristinū statū restitui debere. iuxta tex. in clemen. pastoralis. in fi. de re iudi. c. primates. 2. q. 1. c. frater noster. 16. q. 1. c. 1. & per totum. 2. q. 2. Nulla etenim maior est iniustitia quam nullitas, inquit Ægi. in conclusio. 343. post Inno. in cap. dilecto. d' appella. Et ideo Bal. in. l. 1. col. 3. versi. Caueāt tñ. iudices. C. si à nō cōpetē. iudi. admonet iudices, ne per malitiā fingant sententiā esse validam; cum nulla esset: quia vltra damna, & interesse partis tanquam falsi iudices similitudine iudicij punirentur. facit tex. in. c. siquis dixerit iustum iniustum abominabilis est apud Deum. &. c. væh. qui dicitis bonū malum. 11. q. 3.

4.

Atque ita bonus iudex omnibus matur'e consideratis & circūspectis, quid agere expediat secū deliberabit: & si ex actis & ex processu illi constiterit de nullitate allegata, debet ipse iudex illam reuocare. vt docent Bart. & Doctores in. l. 3. §. condemnatum. ff. de re iudi. & canonistæ in clemen. vt calumnijs. eod. titu.

Et quia institutum nostrum solum est iunioribus practicantibus proponere ordinem iudiciarium, reliqua quæ ad theoricam materiæ nullitatum pertinent omittā; circa quam quisque poterit ad lō-gum Sebastiani Vantij tractatum recurrere.

5.

Habeas igitur pro regula, quòd quotiescunque quis exceptionem nullitatis contra diffinitiuam sententiam proponere intendit illud quidem infra dies decem intra quos licitum est appellare facere debet, & admittēdum est. probat hæc regula p̄ tex. in cōstitu. 13. Regis Iacobi. 2. in curia Illerdæ, anni 1301. & in cōstitu. 12. Regis Petri. 3. in curia Montissoni anni. 1363. in titu. de appellationib.

Extēde primo dictam regulā, quòd superdicta exceptione ante sententiam causæ appellationis, vel saltem in eadem sententia in qua de iustitia, vel iniustitia, ipsi⁹ causæ appellationis tractatur ius dicendum est. ita in dicta constitutio. 13. dicti Regis Iacobi.

Secundo extende prædictam regulam, in omnibus nullitatum exceptionibus quocunq; modo p̄ ponēdis. probatur ex eadē constitutio. 12. Regis Petri. 3. in curia Montissoni. in titu. de appella.

Tertio extēditur etiā eadē regula vt p̄cedat in nullitatibus cōtra sentētias primarū appellationum proponendis, de quibus iudices secun-

secundarum appellationum pariter, ac simpliciter & de plano, & & sine figura iudicij cognoscere debent. vt in dicta constitutio. 12. dicti Regis Petri. Quarto denique locum obtinet in nullitatibus contra sententias secundarum appellationum opponendis: quia medio calumniæ vel malitiæ iuramento ab eo qui illam proponit præstando admitti debet, & de ea postea infra dies decem immediate sequentes cognosci.

Limitatur nunc dicta regula, vt non procedat, quando post latam sententiam in causa primę appellationis allegaretur contra iudicis primittiui sententiam nullitas: quia tunc dicta nullitatis allegatio admittenda non est. vt ibi in dicta constitutio. 13. dicti Regis Iacobi.

Præterea scire debemus, quòd hęc nullitas de qua nos loquimur, & quæ contra diffinitiuam sententiam proponenda venit, communiter proponi solet in actis appellationum á dictis sentẽtijs diffinitiuis interpositarum. Nam appellantes dum in actis appellationũ grauamen prætensum allegant, sic loquuntur, quód sententia est nulla in iusta, læsiua, & grauatoria, ac præiudicialis, & propterea ab ea prouocant, recurrũt, & appellant, ac de nullitate dicunt petentes. &c.

6. Ex quibus apparet iudicẽ appellationis debere esse iudicem competentem nullitatis prædicto modo allegatæ: ideo quòd ipsa deducitur in iudicio tanquam grauamen pro iustificatione appellationis interpositæ, & est annexa, & inseparabilis ab ipsa appellatione. prout notari solet in cap. 1. & in cap. accedens. el. 2: vt lite non contesta. Quinimo appellatio hoc casu fundata est super ipsamet nullitate tanquam iniusti tia & grauamine: quia omne nullum iniquum est. l. scire oportet: § fi. & l. qui testamento. vbi Bald. ff. de excusa. tutor. & idem Bald. in. l. 1. in versi. 4. oppono. C. de fructib. & liti. expen. Quod enim nul liter fit male fit, & ꝓpterea pars grauatur. ita Bal. post glo. in. l. si vt proponis. in fin. C. quomo. & quan. iudex. Atque ita graue profecto esset, quòd taliter grauatus & appellans, & ad superiorem recurrens remiteretur ad iudicem grauantem: quia hoc fieri non debet. l. eos. C. de appellationi. cap. per tuas. de sentent. excommuni. & cap. accepta. de appellationib. Quod adeo verum esse existimo, quamuis in instrumento appellationis nihil de nullitate fuisset dictũ, sed solum fundaretur grauamen super iniusta læsiua & grauatoria sententia: quia eo casu, cognitio nullitatis inqua iniustitia & grauamen prætensum se fundant tacite deuoluitur ad dictum iudicem

cem appellationis, & ſuper vtroque idem iudex cognoſcere poteſt. iuxta tex. in. l. quædam mulier. ff. famil. hercis. & l. Carmelia pia. ff. de iure pa. & ita tenet Inno. in cap. dilecto. & ibi Bal. col. 2. in fin. & Franc. q. 19. qui hoc declarat. extra. de appellationib.

Sed ponamus, quòd ſententia aqua extitit appellatum, ex vna parte nulliter pro lata fuit, & ex alia parte conſtat in ea iuſtè, & prout iuſtitia poſtulat in fauorem illius qui eam obtinuit fuiſſe pronuntiatũ, & quód propterea vna pars petit primo ius dici ſuper nullitate, altera vero pars quæ obtinuit deducit, quòd licet ſententia eſſet nulla, attamen quia diſpoſitum in ea conſtat eſſe iuſtum & iuri conforme, ideo petit idem de nouo declarari, & per primittiuum iudicem declaratum confirmari, quæro igitur quid in hac facti cõtingentia obſeruandum ſit?

7. Reſpondeo, vtrumque Regiam Audientiam in eadem ſententia conſueuiſſe facere ſcilicet, quòd primo declarat ſuper nullitate. Et incontinenti deueniẽdo ad merita cauſæ, ac reperiendo illa ſentẽtia primittiua fuiſſe ius & prout iuſtitia poſtulat pronuntiatum, declarat & confirmat illud idem condemnando eum qui appellauit & dixit de nullitate. Et hæc obſeruatio fundatur ex doctrina Iacobi Butr. in. l. fi. C. de edicto diui Adria. tollen. quam declarant ibi dem Salycet. num. 20. Philip. Deci. num. 35. 49. & 50. & latius Alexan. in. l. ſi finita. à num. 5. vſque ad finem. ff. de damno infec. Vide late de his Michael. Fer. in cap. 431. ſuarum obſeruatio. vbi ſingulare exemplum à ſupra citatis Doctoribus relatum, quo huius articuli veritas melius eluſceſsit nobis proponit; vbi etiam tenet rationem fundamentalem eſſe, quòd non intereſt opponentis nullitatem, quòd ſententia declaretur nulla, ſi conſtat aliàs ipſum iuſtitia carere, & declarata nullitate nihilominus vera iuſtitia eſſet declaranda, & ei tribuenda cui primitus nulliter data fuerat. Dolo enim facit qui petit id quod reſtituturus eſt. l. dolo. ff. de doli exceptio. & ad propoſitum declarat Alex. in dicta. l. ſi finita. num. 5. in prin. ff. de dam. infec.

De executione ſententiæ & cautione pro illa exequenda præſtanda. Rubri. 29.

1. *SEntentia omnis quæ in iudicatum trã ſuit executionem meretur, prouidendam ab eodem iudicẽ qui eam tullit.*
2. *Sententia nulla exequutionem non meretur.*
3. *Sententia delegati non poteſt mandari executioni per ipſum delegatum, ſed per delegantem.*

Sententia

4. Sententia arbitri non potest per ipsum arbitrum exequi: sed per ordinarium.
5. Sententiæ quæ in Regia Audiẽtia proferuntur licet ab eis supplicetur promptam habent executionem, præstita tamen prius cautione. Et idem ius hodie statutum est in audientia gubernatoris procedentis vice regia.
6. Sententiæ iudicum ordinariorum non transactæ in rem iudicatam, quia ab eis est appellatum; pendente appellatione non exequuntur. Procedit tamẽ hoc in causis maioribus centum librarum: quia minores executionem merentur præstita cautione in casu retractationis.
7. Sententiæ iudicum ordinariorum vt executioni demandentur opus est, quód proferantur de voto & consilio alicuius Doctoris graduati, siue in iure canonico, siue in iure ciuili.
8. Sententiæ baronum quamuis ab eis appelletur vsque ad centum libras exequuntur præstita cautione. Ampliatur si sententia fertur super impositionibus, quia exequi potest vsque ad ducentum libras.
9. Sententia regia exequi non potest per algutzirios nisi quantitas condemnata ascendat ad summam ducentarum librarum.
10. Executoriales littere non extrahuntur si pars condemnata offert obedire sententiæ, & nominat certam diem ad parẽdum rebus iudicatis.
11. Prouisiones quæ super altercatis ante diffinitiuam fiunt executionem nõ habent, nisi quoad effectum procedendi ad vlteriora.
12. Prouisio quôd lite pendente dentur alimenta, licet ab ea supplicetur, exequitur causa supplicationis pendẽte, præstita cautione.
13. Sententia in qua fit condemnatio deductis de iure deducendis liquidatione reseruata, an antefactam liquidationem possit executioni demandari.
14. Sententia qua plures in solidum obligati condemnantur simpliciter absque eo, quôd in sententia dicatur, quôd condemnat eos insolidum, an possit contra condemnatos pro virili tantum, vel cõtra eosdem in solidum exequi.
15. Iudex alterius territorij cui remittitur sententiæ executio an possit cognoscere super obiectis contra executionem.
16. Executio sententiæ contra omnes & in omnibus rebus fieri potest.
17. Executio sententiæ fieri non potest in bobus aratorijs, & instrumentis rusticalibus.
18. Executio sententiæ non fit in vestibus, lecto, & alijs similibus, nisi in subsidiũ. Et sublimitatur in vestibus quibus debitor cooperatur.
19. Executio sententiæ contra tertium in iudicio nõ nominatum fieri non potest.
20. Executio sententiæ fieri potest cõtra fideiussorẽ iudicatũ solui non nominatũ in iudicio sine nouo processu.
21. Citatio partis an requiratur in executione sententiæ.
22. In Executionibus sententiarũ seruandus est ordo traditus per l. â diuo Pio. in. §. in venditione. ff. de re iudi. adeò, quod si dictus ordo peruertitur executio

tio efficitur nulla.

23. *Executio sententiæ fieri debet cum minori damno debitoris.*

24. *Ciuis Barcinonæ cum sententia condẽnatus, antequam contra eum cartellũ executiuum extrahatur debet requiri per partem, quòd soluat.*

25. *Ordo seruandus in faciendis executionibus sententiarum vsque ad vltimum actum.*

SVMMA huius tractationis diuisio est, quòd sentẽtiæ de quarum executione agendum est, aut sunt transactæ in rem iudicatam, vel non. In primo casu, con-
1. stituamus hanc conclusionem. Et dicamus, quod omnis sententia quæ in iudicatum transiuit siue à maiori vel minori iudice lata sit executionem meretur, prouidendam ab eodem iudice qui eam tulit. Et est ratio, quia aliàs, frustra ferrentur sententię nisi debite mãdarentur executioni. capi. quoad consultationem. de re iudi. &. l. cũ quædam puella. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & not. glo. in rubri. C. de executio. rei iudi. & Anton. de Ysern. in constitu. dilationes col. 2. circa fin. Sententia enim habet executionem paratam. l. minor. 25 annis cui fideicommissum. ff. de minorib.

Hæc conclusio declaratur primo vt vera sit, quando sententia
2. valida est: & est ratio, quia sententia nulla executionem non meretur. l. 4. §. condemnatũ, & ibi Bar. Alex. & Doctor. ff. de re iudi. &. l. si cum nulla. eod. titu. Bart. in. l. 1. C. de executio. rei iudi. Bal. in authen. quæ supplicatio. C. de præcib. Imperato. offeren. Angel. in. l. 1. ff. nil nouari appella. pen. & est glo. in. l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. & habetur plene per moder. in dicto. §. condemnatum.

3. Secundo declaratur dicta conclusio, vt procedat in iudice ordinario, secus in sententia delegati, quæ per ipsum non potest executioni mandari, immo fieri & decerni debet per delegantem. l. à diuo Pio. in prin. & ibi Bart. & Doctor. ff. de re iudi. &. l. properãdum. §. sin autem reus. C. de iudi. & not. Abb. in cap. siquis contra clericum. de foro competen. Et
4. pariter dicendum est, de sententia arbitri, quæ per ipsum arbitrũ non potest executioni mãdari; sed per iudicem ordinarium vt iudicem conuenti. tex. est in. l. cum antea. & ibi Bald. in col. fi. versi. Vltetius. C. de arbitr. & not. Bar. in. l. non ex omnibus. ff. de recep. arbi. & glo. & Doctor. in dicta. l. à diuo Pio. in prin. Et hoc etiam procedere & obtinere locum in sententia arbitorum iuris. testatur. Bal. in. l. fi. in. 6. nota. C. de iudi.

Aut sententiæ non sunt transactæ in rem iudicatam, vt quia ab eis

cis appellatur vel ſupplicatur. Et in hoc caſu eſt ſub diſtinguẽdum, quòd aut proferũtur in Regia Audientia, & apud iudices ſuperiorem non recognoſcentes, aut in curijs iudicum ordinariorum ſuperiorem recognoſcentium. 5. In primo caſu dicamus, ſententias quæ in Regia proferuntur audiẽtia, tanquam regias cuiuſcunque quantitatis vel qualitatis ſint prõptam habere executionem, præſtita tamẽ prius idonea cautione. Nam iſtæ ſententiæ ſacri Regij cõcilij, cenſentur ſemper ſententiæ Regis: quia Regiæ Mageſtatis nomine proferuntur & propterea habent vim legis in Regno. vt traditur per Bald. in. l. fi. C. de legib. & Hoſtien. & Antoni. de Butr. in in cap. cum Bartoldus. de re iudi. Et ideo fit, quòd non retardatur executio, præſtita tamen vt dixi ſatiſdatione in caſu retractationis. vt expreſſe habetur in authẽ. 7. quæ ſupplicatio. C. de præcib. impera. offeren. Et probatur de iure noſtro. in cap. 16. Regis Philip. in actis curiæ, curiarum anni. 1564. ſub titu. de executio de ſenten. in quo etiam text. habetur, qualiter ſuper dicta cautione prouidendũ ſit, quando dicta cautio per partẽ impugnatur. Quod nunc extendẽdum eſt, vt locum etiam obtineat in ſententijs quæ in audientia vicegerentis generalis gubernatoris procedentis vice regia proferuntur. vt in cap. 19. in actis curię Regis Philip. in curia Barcinonæ 6. anni. 1564. In ſecundo vero caſu ſcilicet, quando ab ordinarijs ſeu iudicibus inferioribus ſententiæ proferuntur, & non tranſeunt in rem iudicatã, vt puta, quia ab illis appellatur. Et tunc etiam iterum eſt ſub diſtinguendum, quòd aut ſententia ordinarij fuit lata ſuper quantitate centum librarum vel minoris ſummæ, & tunc licet ab ea appelletur, poterit exequi præſtita prius cautione eiſdem modo & forma quibus in Regia Audientia præſtari ſolet. Aut fuit lata ſuper quantitate maiore centum librarum, & tunc dicta ſententia appellatione pendente non exequitur. ita in conſtitu. 13. & conſtitu. 53. Regis Philip. in curia Montiſſoni anni. 1585. ſub titu. de executio de ſententias. 7. Et hæc vera ita eſſe intelligo, ſi dictæ iudicum ordinariorum ſententiæ proferantur de voto & conſilio in ſcriptis alicuius Doctoris graduati ſiue in iure canonico ſiue in iure ciuili, vt in eadem conſtitu. 13. Item intelligo prędicta procedere in cauſis primæ inſtantiæ vt in dicta cõſtitutione. 53.

8. Ampliantur prædicta, vt locũ etiam obtineant in curijs baronũ in quibus vſque ad centum libras ſententiæ exequi poſſunt. ita in cõſtitutio. 22. curiæ anni. 1599. In ſententijs vero latis ſuper impoſitionibus

nibus dicti iudices ordinarij & barones ampliorem habent iurisdictionem: quia earũ executio vsq; ad ducentum libras fieri potest. vt in dicta cõstitutio.22. dictæ curiæ anni.1599.

Et ne partes condemnatæ in executionibus regiarum sentẽtiarum pluribus expensis grauarentur, fuerat iam in curijs annni. 1503. statutum, quód executiones super quantitatibus minoribus centum librarum fieri non possent per algutzirios regiæ curiæ, sed quód ad illas implendas aut remitterentur ordinarijs locorũ, aut mitterentur portarij vel virgarij Regiæ Audientiæ. Nunc vero dicta constitutio in curijs anni.1585. fuit vsque ad ducentum libras ampliata, videlisçet, ne sentẽtia per algutzirios exequi valeat, nisi quantitas condemnata & exequenda assendat ad summam seu valorem ducentarum librarum. ita in cap.14. in actis curiæ Regis Philippi. in curia Montissoni, anni 1585.

Fieri etiam potest in vtilitatem partis condemnatæ, vt expensę faciendæ in extractione litterarum executorialium excusẽtur. Quod fit, quando pars condemnata offert obedire sententiæ cõtra se latæ, & nominat certã diem ad parẽdũ rebus iudicatis cum effectu. Vnde not. quód ad excusandum dictas expensas duo requiruntur. Primo, quòd condemnatus se offerat obedire, & quód simul nominet certam diem ad parendum cum effectu. Et cum his iudex nõ permittit, quòd dictæ litteræ executoriales extrahantur. & ita vidi pluries obseruari in Regia Audientia.

Et quia circa hanc materiam executionis sentẽtiarum possunt multa offerri dubia, quorum decisio valde vtilis erit in praxi ideo existimaui, hic de aliquibus quæ passim contingere possunt fore & esse dicendum.

Scias igitur primo, & habeas pro regula, prouisiones quę super altercatis ante diffinitiuam fiunt executionem non habere, nisi ad effectum procedendi ad vlteriora in causa. & ita obseruat Regia Audientia.

Ab hac tamẽ regula excipitur quidem pulcher casus, quando fit prouisio lite pendente qua alicui alimenta taxantur: quia licet ab illa prouisione interponatur causa supplicationis, & cõstitutiones disponant, quòd durante causa supplicationis ab interlocutoria ante sententiam interpositæ executionem fieri non posse, tamen hoc locum non obtinet in prouisione super alimentis facta: quia ea in vim dictæ prouisionis non obstante dicta supplicationis causa exequi possunt. Et est ratio, quia dicta prouisio quę super alimen-

alimentis fit habet vim diffinitinæ quoad effectum executionis. ita tenet Hieronim. Dalm. in suis annotationibus siue exemplis in verbo alimenta dicens, ita fuisse seruatum in causa quæ ad sui relationem in Regia Audientia vertebatur inter Guillermum Cirerols villæ Tarregæ & Petrũ Cirerols eius patrem. Quẽ etiã refert Michael Ferrer collega meus in suis obseruationib. cap 341. & pro his vide tex. in capit. si quando. & ibi Doctor. de ordi. cognitio. & facit decisio Rot. in tit. de accusatio. de cisio. 1. in antiquis. Et ratio huius æquitatis est, ne expectata declaratione in causa supplicationis faciendalle qui venit alendus fame periret. Et ita obseruat Regia Audientia præstita tamen cautione prout sunt multa exemplaria, & documenta quorum aliqua refert dictus Michael Ferrer in dicto capit. 341. parte 3. obseruan.

13. Præterea circa executionem sententiarum offert se alia dubitatio. Pone, quòd in sententia fit cõdemnatio, quód quis restituat. &c. deductis tamen creditis, & de iure deducendis liquidatione reseruata, nunc quæstionis est, an dicta sententia possit ante factam liquidationem creditorum & de iure deducendorum executioni mandari? Cui quidem quæstioni & dubitationi breuibus respondeti potest, fatendum esse, dictam sententiam executioni cõ esse demandandam, sed rei retentionem condemnato liquidadatione pendente competere; vt dicta liquidatione facta iuxta dictam regiam sententiam deducãtur. Quod confirmatur põderatis illis verbis deductis de iure deducendis quæ cũ per ablatiuum absolutũ proferantur, virtualiter, & effectualiter important retentionem, & conditionalem ipsam sententiam reddunt. probat tex. in. l. fideicommissa. §. cum esset quis rogatus. ff. delegat. 3. l. á testatore ff. de conditio. & demõs. Bar. ibi & communiter Doctor. Et hæc opinio in Regia Audientia recepta fuit atque obseruata in causa quæ ibi ducebatur inter nobilem Franciscum de Ardena & de Darnicibus ex vna, & Don Aluarum de Robles ex altera, referente Ioanne Sabbater Regio consiliario & nunc Regente Regiam Cancellariam in suppremo Regio Concilio Aragoniæ die decimo octauo Ianuarij. 1592. Sed hæc omnino procedere existimamus, quando exceptio retentionis & compensationis potest incontinẽti probari, aut quia iam in processu est probata & altiorem non requirit indaginem: quia tũc in executione sententiæ supercedi debet. Verũ, quando prædicta incõtinenti probari nequeunt, nec in

processu adhuc probata existunt, sed maiorẽ requirunt indaginem, solet tunc Regia Audientia præ- 14
stita prius idonea cautione per partem quæ in sui fauorem senten tiam obtinuit decernere executio nem dictæ regiæ sententiæ in aliqua parte rei condemnatæ, sine tamen præiudicio causæ liquidationis in eadem regia sententia reseruatæ. Et vidi pluries ita fuisse practicatum, præcipue, in causa nobilis Federici Vilana contra nobilem Eleonoram de Rupebertino quæ in dicta Regia Audientia ad relationem Antonij Oliba Regij consiliarij ducebatur. Inqua causa dicta Eleonora fuit condemnata ad restituendum dicto nobili Federico Vilana fideicommissum in illius fauorem in testamento nobilis Annæ de Rupebertino appositum, deductis prius per dictam Eleonoram de iure deducendis illorum liquidatione reseruata. Quæ sententia postea instante dicto Federico Vilana, non obstantibus illis verbis *deductis prius de iure deducendis*: fuit pro parte executioni demandata referente dicto Antonio Oliba facto verbo in Regia Audientia in & cum prouisione facta die. 14. Februarij. 1594 quæ prouisio postea in causa supplicationis contrario imperio interpositæ fuit confirmata. prout in eodem processu videre est. notarius dicti processus. N. Puig Ferrer.

Item potest dubitari circa sententiarum executionem, an sententia qua plures insolidum obligati condemnantur simpliciter, absq; eo quòd in sententia dicatur, quòd condemnat eos insolidum, possit exequi contra condemnatos pro virili tantum, vel contra eosdem insolidum. Pro decisione huius quæstionis videndus est text. in. l. Paulus. ff. de re iudic. & ibi Zazius, qui conclusionem elicit, quòd obligati insolidum, & vna sententia condemnati, pro parte virili exiguntur. Rationem ibi assignat, & limitat dictam conclusionem quinque modis, & in tertia limitatione dicit, non procedere in rebus indiuiduis, cum ea quæ indiuidua sunt veniant in sententiam, & plures in hoc indiuiduum condemnantur, non sufficit partem soluisse ab altero, nisi totum soluatur.

Exemplum habemus in seruitutibus realibus, si plures condemnanantur ad præstandam seruitutem itineris, vel alterius, vnus nihil faceret partem suam offerendo: quia seruitutes regulariter indiuiduæ sunt. l. 2. §. ex his. &. §. harum omnium. ff. de verb. obligatio. Igitur quando plures debi-

debitores in solidum bona obligauerint, licet sententia non condemnet eos insolidum sed simpliciter, poterit dicta sententia ratione hypothecæ quæ indiuidua est, insolidum contra omnes condemnatos exequi. Et ita fuit decisum in Regia Audientia facto verbo per Saluatorem Fontanet Regium consiliarium die. 4. Iulij. 1597. in causa d.t. Selma commensalis Sedis Tarraconæ contra Michaellem Casals & tutores & curatores pupillorum Selmas, notarius processus erat. t. Batlle.

15. Vlterius quæro de alia quæstione valde vtili in praxi, Pone quòd executio sententiæ latæ per iudicem vnius territorij remittitur fieri cum litteris requisitorijs & subsidiarijs ad iudicem alterius territorij sub cuius ditione condemnatus bona tenet, & possidet, & coram eo objcitur ad impugnandam executionem, dubium nunc est, an iudex cui dicta executio mandatur possit cognoscere super obiectis contra executionẽ? Et videtur dicendum, quòd si exceptiones quæ post sententiam coram dicto iudice opponuntur solum tangunt executionem, & non impugnant sententiam, vt puta, quando is contra quem debet fieri executio objcit exceptionem incompetentiæ, vel fidciussori opponat epistolam diui Adriani, in hoc casu, poterit iudex executor tales exceptiones audire, & de ipsis cognoscere. Sed vbi exceptiones directæ sententiam impugnarent, vt est exceptio nullitatis, falsorum instrumentorum, & similes, poterit iudex executor illas audire, & admittere, non tamen super eis pronuntiare. Et si cognouerit esse veras, vt quia nullitas euidenter apparet. tunc remittere causam debet ad priorem iudicem iuxta capitu. de cetero. de re iudi. &. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. Et multo melius, quando tales exceptiones respiciunt merita causæ principalis. vt in. l. pen. ff. de confes. At vbi eas exceptiones falsas repererit, eis non attentis, potest sententiam primi iudicis exequi. per text. in. l. satis. C. ad. leg. Cornel. de fal. vide Mincenger. Centuri. 3. obseruatio. 69 & secundum hanc distinctionem vidi obseruari in Regia Audientia occasione quarundã litterarum requisitoriarum a Regijs Audientijs Regnorum Aragoniæ & Valẽtiæ, quibus in iuris & iustitiæ subsidiũ requirebatur, quòd sentẽtiæ in dictis regnis latæ exequerentur in hoc Principatu Cathaloniæ contra bona condemnatorum.

Præterea executores sententiarũ facile dubitare possent in qui-

bus rebus & contra quas perſo-
16. nas fieri poſsit executio. Ideo, ne tales indubitationē ducantur, pro illis propono regulam. Quod cōtra omnes & in omnibus rebus poteſt regulariter executio fieri, niſi à iure reperiatur prohibita. & ratio eſt, quia omnia cenſentur permiſſa, quæ à iure prohibita nō ſunt. l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maior.

Hæc regula patitur ſingulares limitationes & fallentias. vt patet exequentibus.

17 Fallit. 1. vt non procedat & vera ſit in bobus aratorijs, & inſtrumentis ruſticalibus. probatur hęc falentia in. l. executores. & in authen. agricultores. C. quæ res pigno. obligari poſ. ex quibus colligitur, pro executione ſententię non poſſe capi boues aratorios, & aliæ quæ neceſſaria ſunt ad agriculturam. Quod ſane videtur valde rationi conſentaneum; cum hinc mortalium vita pendeat. vt tenet doctiſsimus Menochius de arbitrar. libr. 2. Centur. 4. caſu 378. numer. 2. Extat etiam conſtitutio Regis Iacobi. 2. in curia Barcinonæ anni. 1291. cap. 38. prohibens ne dedictis rebus pignorationes fiant. Quam conſtitutionem confirmauit idem Rex in. 2. curia Barcinonæ anni. 1299. cap. 24. Qua in re, ſcribit Plot. in. l. ſi quando. num. 712. C. vnde vi, quòd ſi contingeret boues hos aratorios, vel alia hæc inſtrumēta pignoris cauſa abſtrahi, poteſt dominus manu propria recuperare prout tenet laſ. in conſil. 20. lib. 3. cuius ſententiam approbat illuſtris Menoch. in dicto caſu. 378. num. 7. &. 8. hac potiſsimum ratione, quoniā executori iniuſtè & iniquè exequēti reſiſti poteſt. vt etiā ipſemet laſ ſcribit in cod. conſil. 20. in verſi. Prętera officiali. col. 3.

Contra tñ. prædicta opponitur de gloſ. 1. in. l. executores. C. quæ res pig. obliga. poſſ. quæ tenet indefectū aliorum bonorum boues aratorios & ruſticalia inſtrumenta capi poſſe. Et fundat ſe per. l. ſtipendia. C. de executio. rei iudi. vbi patet, publica ſtipendia non vendi, nec inſolutum adiudicari niſi in ſubſidium. Atque ita eadē ratione videtur dicendum, dictos boues alijs non extantibus bonis, & aratoria inſtrumenta pro ſentētiæ executione exequi & pignorari poſſe. Tu tñ. dic dictam. l. ſtipēdia. C. de executio. rei iudi. nō obſtare; quia licet in caſu illius legis ſtipendia pignori. capi poſsint cū alia nō ſuper ſunt bona in quibus fieri poſsit executio, attamen ſtipendiatus à ſuo munere & officio nō ſubmouet, alioqui, ſi ſubmouerēt ex toto, nullo modo illa capi poſſent. vt ibi adnotarunt Docto. & Bal. & Angel. in. l. ſpē. C. quę res pigno. oblig. poſſ. at in his rebus ruſti-

rusticalibus quæ fundo magis ad dicta sunt, quàm stipendia stipendiato, nõ ita executio fieri potest, quàm vt agricultura impediatur. Et ideo cum lex solum considerauerit impedimenta agriculturæ quæ non pauca sunt, cum iumenta aratoria & cetera instrumenta abstrahuntur aperte infertur & concluditur, executionem in prædictis rebus rusticalibus fieri non posse, etiam quòd nulla alia extarent bona in quibus dicta executio fieri posset. Et ita sentiunt Petr. Cyn. & Alberi. in dicta. l. executores. Et scribit idem Negusan. in trac. de pignorib. part. 2. membro 3. num. 49. Et adeò hæc vera esse existimantur, quòd leges puniunt executores iumẽtorum aratoriorum & ceterorum instrumẽtorũ. vt in dicta. l. executores. vbi Imperator illos arbitrio iudicis puniri debere relinquit. Cui concordat. cõstitu. Regis Iacobi. cap. 4 sub titu. de executio de senten. vbi prædictis executoribus vltra arbitrariã pœnã, aliã scilicet amissionis officij imppetuũ imposuit.

18. Fallit. 2. supra dicta regula, in vestibus lecto, & alijs similibus ad vsum necessariũ deputatis: nã cũ ista non transeãt in hypothecam, ideo nõ fit executio in eis ita Bar. Bal. & Doctor. in. l 1. C. quæ res pigno. obliga. poss. Quod confirmat ex dict. Bar. & Doctor. in. l. pen. ff. de cessio. bono. vbi tenẽt, cedenti bonis vestes relinqui debere: cum etiã ad mortẽ dãnatis i õ auferãt. l. diuus. de bon. dãnat. videte quoque Ioan. Fabr. & Ias. in. §. fi. insti. de actionib. Quæ ipse vera esse existimo, existẽtibus alijs bonis: secꝰ vero quãdo alia apud debitorem non extarent bona: quia tunc etiã suppellectilia, & lectus atque vestes capi possent. Scias tñ quód vestes quibus debitor cooperitur ei relinqui debent. Inhumanum quidẽ videretur si debitores nudi & solis carnibus relinquerentur.

19. Fallit. 3. supra dicta cõclusio. vt non procedat contra tertiũ in iudicio nõ nominatũ: cõtra enim cũ executio fieri non potest. secundũ Bal. in consil. 149. vol. 3. & facit ꝙ not. Imo. & idẽ Bal. in l. si binæ. ff. de iniusto rup. tes. & Bal. in. l. si pte. in fi. ff. de dot. promis. vbi nõ nominatus in instrumẽto, ex illo instrumẽto executionẽ prætendere non potest, neque actiue, neq; passiue: quamuis ex eo interesse prætendat. facit etiam tex. cũ sua materia in. l. á diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi.

20. Sublimitatur tñ hæc fallentia, vt non procedat, quando executio sententiæ prætenderetur fieri cõtra fideiussorem iudicatum solui. quia contra eum quamuis non nominatum in iudicio, & sine nouo processu potest fieri sententiæ executio. tenet glos. in. l. fin. C. de vsur. re iudic. & probat text.

in l. 1. ff. iudi. sol. vbi Bar. num. 2. hanc eadem constituit conclusionem, & ibi rationem assignat. Quod si aliter diceres, sequęretur quod res abiret in infinitum, ideo quòd cõtra fideiussorem dares de nouo libellum, & ipse responderet per procuratorem, & daret fideiussorem iudicatum solui, & tunc iterum haberet necesse dare libellum contra illum fideiussorem, & sic de singulis vsque in infinitum, & nunquam fieret executio. Et quod fiat executio sine nouo processu probatur per tex. in l. fi. C. de vsur. rei iudi. vbi tex. dicit, statim. Ex quo verbo sic arguere licet, verbum statim significat summariam cognitionem absque ordine iudiciario. vt in l. momentaneæ. C. vnde vi. Ergo apparet, quòd non debeat fieri nouus processus ordinarié. Præterea verbum statim seu confestim importat, vt non requiratur noua sententia. vt in auth. de incest. nup. §. 1. ergo non debet fieri nouus processus. Item facit, quód confessio facta coram iudice meretur executionem absque noua sententia. l. 1. C. de confes. ibi. Nam & soluere cogitur. & tenet Bar. in l. 1. in fi. ff. de confess. atque etiam probatur in. l. si debitori. ff. de iudi. sed iste qui in iudicio promisit iudicatum, iam est confessus debere illud quod iudicabitur. Ergo. &c. Tandem probatur, quia constat iudici vt iudici debitum istius fideiussoris esse liquidum propter suam cõfessionem. Ergo sine nouo processu meretur executionem. l. 2. C. de executio. rei iudi.

Et non obstaret prædictis si diceremus, rem fuisse inter alios actam, atque sic posse fieri, quôd fideiussor habeat aliquas exceptiones quas non habet principalis. vt in. l. idemq;. §. generaliter. ff. manda. & plene nota. in. l. fideiussor. §. quædam. eod. tit. Fideiussor enim potest opponere aliquas exceptiones ex persona, quas non potest principalis. Et quod possit opponere fideiussor contra sententiæ executionem tenet Bald. post Iacob. Butr. in. l. fin. §. fin. 2. colum. versic. Quæro nunquid in ista de vsur. rei iudi. Iuuatur etiã hæc opinio, quia res est inter alios acta. Ergo sine nouo processu non debet fieri execcutio contra fideiussorem iudicatum solui. Nã hoc non procedit indistinctè, specialiter, quando actum est cum alio te volente & consentiente. vt in. l. sæpe. de re iudi. Et ideo licet sententia lata contra principalem nõ mandetur executioni contra fideiussorem, tamẽ quando stipulatio qua fideiussor obligat⁹ est iudicatũ soluere declarata est per sentẽtiam, illa executionem meretur sicut sententia. ita tenet & sequitur Paul. de Cast. in dicta. l. 1. nu. 4. ff. iudica.

iudica. ſol. hanc vltimam opinionem dicunt communem Cagnol. in. l. nemo alienæ. in fin. ff. de regul. iur. Emanuel Suarez. in lib. communi. opinio. in verbo. fideiuſſor. Iul. Clar. in practi. §. vlti. q. 95. ad fin. prin. Quod etiam obſeruat Regia Audiẽtia in vtraq; aula, prout declaratum fuit per Hieronymum Aſtor Doctorẽ Regiæ Audientiæ die. 15. Septẽbris. 1594. in cauſa quæ ibi vertebatur inter Margaretam Mas principalem, & Laurentium Vaquer & alios fideiuſſores ex vna, & Gabriellem Riu ex altera, á cuius declaratione fuit ſupplicatum informa in alia aula, & in dicta cauſa ſupplicationis referente Ioanne Caſtello Regio conſiliario fuit dicta declaratio confirmata die. 20. Decembris. 1594.

Vide alias limitationes apud Rober. Maran. in titu. de executio. ſenten. vbi a num. 28. vſque ad nu. 55. quatuor decim conſcripſit.

21. Reſtat nunc videre an in executione ſententiæ requiratur partis citatio, Doctores quæſtionem hanc ſic diſtinguendo reſoluunt, aut à ſententia fuit appellatum, & eſt deſerta appellatio, & in hoc caſu in executione debet pars citari: aliás, non valet executio. ita tenet Bart. in. l. 1. ff. nil noua. appella. pen. & Bald. & communiter Doctor. in. l. ſi contra. C. de appellatio. & Philip. Deci. in cõſil. 97. col. 2. & Bald. in. l. 2. C. de tempo. appell. & Alex. in. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. colu. ante pen. Aut executio fieri debet ſuper eadem re ſuper qua fuit lata ſententia, & in hoc caſu, non requiritur partis citatio ſecundum Bar. in dicto. §. in venditione. & ibi etiam Alex. in ante penul. colum. Aut denique inſtatur executio contra ſucceſſorem condemnati, ſeu illam fieri per iudicem ſucceſſorem in officio, & in hoc caſu ſemper requiritur citatio. ſecundum Alexan. in. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. num. 34. notat idem Innocen. in capit. quia. V. de iudi. & vide alios concordantes apud eundem Alexan.

Apud vero nos, ſemper quando inſtatur executionem ſententiæ fieri; ſolet pars citari hoc modo, quia cum per partem qui ſententiam obtinuit petitur ſententiæ executionem fieri & decerni, iudices ſolent prouidere, quòd intimetur parti, & illa intima vim citationis habet: et ſic intimato parti ac illa reſpondente, vel non reſpondente, procedit ad executionem ſententiæ faciendam. Quod quidem generaliter procedit in omnibus ordinariorum regiorum curijs & baronum.

In Regia vero Audientia quoque per ſimilẽ intimã pars ad cauſam

executionis citari ſolet. Nam ordo ibi petendi Regiæ ſententiæ executionem ſic ſe habet, quòd pars quæ obtinuit offert ſupplicationem qua in effectu ſupplicat alteri ex regijs virgarijs executionem regiæ ſententiæ in ſui fauorem latæ committi, qui illam de conſilio relatoris exequatur. Et huic ſupplicationi per Cancellarium vel Regentem Cãcellariam mandatur fieri decretationem ſequentem, manu ſcribæ mandati ſcriptam: 22.

Alter ex virgarijs Regia Audientia dictam exequatur ſententiam de conſilio relatoris ſoluto prius iure ſigilli.

Prouiſa per Reuerendũ Cancellariũ die. 5. Iunij. 1603.

N. Scriba mandati.

Et iudex ſiue relator eidẽ ſupplicationi prouidet, quòd alteri parti intimetur. Vnde cõſtat, ſemper hoc modo, partẽ in cauſa executionis citari: quæ ſi omittitur non valeret executio iuxta tradita per Bart. in l. 1. ff. nil noua. appella. penden. & Bal. & communiter Doctor. in l. ſi cõtra. C. de appellatio. & Philip. Deci. in conſil. 97. & Bald. in l. 2. §. fi. C. de tempo. appella. & Alexan. in. l. à diuo Pio. §. in venditione. col. ante pen. ff. de re iudi.

Et quia poſtea in prouiſionibus decreti executionis ſemper ſolet dici & prouideri, quòd fiat executio ſententiæ iuxta illius ſeriem & tenorem iuris ordine in exequẽdo ſeruato, oportunum quidem erit, dicere hic, quo ordine, & qualiter facienda ſit ſententiæ executio. Et huic quæſito reſpondeo, de iure in ciuilibus in executionibus ſententiarum ſeruandum eſſe ordinem traditum per. l. á diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Scilicet, vt primo capiantur mobilia, & deinde ſtabilia, & poſtea nomina debitorum. Et adeo hoc verum reputamus, quòd ſi dictus ordo peruerteretur, executio eſſet nulla. ſecundum Ioan. de Imo. & Alex. in dicto. §. in venditione. num. 13, & 38. ff. de re iudi. & Feli. in cap. quoad cõſultationem. eod. tit. quicquid dicat Abb. ibi dicẽs, valere executionem niſi appelletur. & Bar. in dicto. §. in venditione. putat, dictum proceſſum non videri nullum: ideo, quòd iſte ordo non ſit neceſsitatis, ſed ſolum pars grauatur ſi non ſeruatur. Et ideo inquit, partem ſic grauatam appellare poſſe, quaſi modus exequendi excedatur. per. l. ab executione. C. quor. appellatio. non recipi. ſed Imo. & Alex. in dicto. §. in venditione concludunt, verius eſſe executionem non ſeruato dicto ordine fore & eſſe nullã: quia dictus

dictus ordo potius poſitus eſt tan quam ordo neceſsitatis,& ſolemnitatis, quam vt minus grauetur debitor:& ideo putat Alex. quód talis omiſsio iudicis exequentis continet expreſſum errorem, & propterea non valere proceſſum: ſicut dicimus,quando citatio vel præceptum iudicis continet expreſſum errorem.vt not.Innocen. in cap.2.de dilatio.& Bar.in.l.2.ff. ſi quis in ius voca.non ier.

23. Præterea vltra ordinem prædictum,alius in executionibus ſententiarum ſeruari debet ordo ſcilicet, vt capiantur ea prius quæ debitori minus dãnoſa ſunt glo. eſt in dicto §.in venditione.in verbo animalia. Quam gloſ.quæ de mobilibus loquitur extendit Alexan.ad immobilia;vt in his etiam habeatur ratio ad minus damnoſa. quod ſequitur etiam Bald.in.l. ordo. C. de executio rei iudi. & glo.in.l.quandiu. C. de diſtractio pignor. Quod exiſtimo obtinere verum, quando executio fit coactè poſt ſententiam. Secus quando debitor ante ſententiam offerret ſponte dare bona ſua in ſolutum creditori : quia tunc poſſet creditor eligere meliorem. ita loquitur.auth.hoc niſi.C.de ſolutio. prout declarat Alex. in dicto. §. in venditione.

24 Nunc ſuper eſt,vt ad acta executionis deueniamus , & imprimis animaduertere debes,an ſententia quæ venit exequenda lata fuerit contra ciuem Barcinonæ: quia antequam regia ſententia, & illius cartellum executiuum poſſint expediri,& in publicam formam extrahi, debet qui ſententiã obtinuit partem condemnatam in ſcriptis requirere, quòd dictæ regiæ ſententiæ obediat, & contẽta in illa operis per effectum ad impleat, cũ expreſſa proteſtatione, quòd aliàs, in ſui renitentiam extrahentur & expenſis ſuis expedientur.Hoc tamen fit de conſuetudine in concuſsè obſeruata,quę in fauorem ciuium Barcinone legis vim habet.Et adeó eſt dicta cõ ſuetudo ſeruanda, quòd contrarium faciens, in expenſis extractionis dictarum litterarum executorialium condemnaretur.

Scias præterea,quod quocunque modo ſententia regia veniat contra ciuem Barcinonæ exequẽda, nõ expediũtur contra illum litteræ executoriales, ſed ſolum fit cartellum directum alteri ex virgarijs Regiæ Audientiæ,licet quantitas exequẽda excedat ſummam centum librarum,aut ſit maioris , vel minoris quantitatis. Quod ſecus eſt; ſi pars condemnata alibi habitauerit extra ſcilicet Ciuitatem Barcinonæ : quia tunc dicta regia ſententia exequi non poteſt ſolo executiuo cartello, immo tunc expediri debent à Regia Cãcellaria litteræ executoriales.

25. Et dictis Regijs cartello seu executorialibus litteris vt præmittit respectiué præsentatis curare debet pars quæ obtinuit seu illius legitim⁹ procurator, vt illa præsentẽtur officiali cui dicta executio cõmissa est; vt perinde dictã regiã sententiã iuxta illius seriẽ & tenorẽ exequatur, prout in & cũ dictis executorialibus litteris sibi traditur in mandatis.

Quibus quidẽ regijs sententia & executorialibus litteris dicto officiali vt præfertur oblatis & præsentatis, dictus officialis vna cum suis ministris (obtẽta prius p illũ à Regio Cancellario, seu à Regẽte regiã cancellariã licentia) ad huiusmodi executionẽ faciendam debet profiscisci, & accedere ad domũ habitationis partis exequẽdæ, & ibi requirere partẽ cõdẽnatã, quatenus incõtinẽti soluat parti instanti seu ab ea legitimã potestatẽ habenti quantitatẽ in dicta regia sententia contentã, vel contenta in ea cũ effectu ad impleat, solita adiecta protestatione, quòd aliàs procedet ad faciendã ipsius regiæ sentẽtiæ executionẽ, prout & quẽmadmodũ in ea cõtinetur.

Post modũ vero parte eõdemnata sic vt præhabetur requisita, illico bona illius mobilia scilicet & immobilia sunt per dictũ regiũ officialẽ & merum executorẽ ad suas immo regias manus apprehendenda, & sub reportorio & inuentario cõtinuãda, & reponẽda, & sic inuẽtariata, alicui cõmendã da, vt illa pro manifesto regiæ curiæ teneat. Et in continenti merus executor debet præfigere & assignare parti quæ exequitur decẽ dies pro redimẽdis à manu regiæ curiæ dictis bonis mobilibus, & triginta dies ad redimendũ bona immobilia, cũ cõminatione, quòd si intra dictos decẽ & triginta dies dicta bona respectiuè redẽpta nõ fuerint, illis effluxis bona prædicta in incantu publico vẽdentur, & plus offerẽti tradẽtur, & libera buntiuxta Regię Audiẽtię stylũ.

Et hisse per actis, ipse merus executor debet facere mãdatum vna cũ tabba curritori publico, illi iniungendo, quód per triginta dies continuos licitet & incantet in publica licitatione, bona prædicta immobilia, & postea dicto mero executori relationem faciat: inqua relatione contineatur tempus per quod dicta bona licitata fuerunt, & præcium quod pro illis inuenitur.

Deinde autẽ lapsis dictis decẽ & triginta dieb⁹, requisitaq; pri⁹ parte condẽnata, quatenus soluat quantitatẽ pro qua fit executio, & dicta parte nõ soluente, debent dicta bona mobilia vendi, & plus offerenti in incantu publico tradi. Et illis vẽditis & distractis, si præcia inde emergentia non sufficiũt ad satisfaciẽdũ parti instanti quãtita-

titatem ſibi adiudcatam, tunc merus executor procedere debet ad diſtrahẽdũ bona immobilia quouſque ſcilicet & dumtaxat fuerit dictæ parti inſtanti plenariè & integriter ſoluta quantitas per eam petita; & officialibus exequẽtibus in condecentibus eorũ ſalarijs ſatisfactũ. Et debet etiã in hoc caſu animaduertere, vt executionẽ faciat cũ minori dãno ipſius partis cuius bona exequuntur. vt ſupra dixi per glo. in. l. à diuo Pio. §. in vẽditione. in verbo. animalia. & ꝑ Alex. ibi. Et ſubhaſtatis ſeu licitatis dictis bonis immobilibus curritor ſeu procenetа præeunte mandato ſibi per merũ executorẽ facto debet facere relationem eidem mero executori, quòd dicta bona immobilia per triginta dies ſubhaſtauit: quam relationem notarius executionis in actis continuabit. Et dico per triginta dies, quia non repente à ſubhaſtatione debet recedi, ſed diu in ea morari, & quia etiã de conſuetudine huius regni, res immobiles pro executione ſentẽtiæ captæ per tot tẽporis ſubhaſtari ſolẽt, quę conſuetudo attendi debet. iuxta tradita ꝑ Salycet. in. l. ordo. C. de executio. rei iudi. nu. 2. Vnde ſi interim, & non expectato fine tẽporis alicui res tradatur, nihilominus quilibet vltra offerens auditur. l. ſi tẽpora. de fide inſtru. & iure haſthæ fiſ. C. lib. 10. Et ſic conſtito dicta bona immobilia fuiſſe in incantu publico per dies triginta (vt moris eſt) palam & publicè ſubhaſtata & licitata, tũc facta huiuſmodi relatione per dictum præconẽ ſeu curritorẽ, eſt faciendũ per ipſum merũ executorẽ eidem curritori ſeu procenetæ aliud mãdatũ, quo illi præcipiatur, quòd ponat cum cãdela accenſa primã lucernã in tali proprietate quæ in dictis mãdato & tabba deſignari debet, & etiã nominari debet dominus mediatus ſiue directus, pro quo dicta proprietas tenetur, & ad quẽ cenſum ſi vere id ſciri poteſt, ſin minus, eſt ſaluandũ illi ius emphyteuticũ, aut aliud ſibi cõpetenſ. Et Et dicta candela cõburente dictã proprietatẽ palã & publicè in dicto incantu licitet & ſubhaſtet, & extincta ac ſuffucata candela prædicta, relationẽ faciet dicto mero executori, quòd prædicta adimpleuit, & de prætio quód prodicta proprietate inueniebatur.

Qua quidẽ relatione per dictũ curritorẽ præfato executori, vt prædicitur facta, ſtatim per eũdẽ merũ executorẽ eſt faciẽdũ aliud mandatũ dicto curritori pręcipiẽdo illi, quòd die ſibi dicto mandato præfixa & aſsignata ponat ſecundã lucernã cũ ſimili candela accenſa in prædicta proprietate, & itterũ illã dicta cõburente candela palã & publicè, altaq; & intelligibili voce in dicto publico

in-

incantu,& in alijs locis vbi ſubhaſtare ſolitũ ſit licitet & incantet, & dicta cãdela ſuffocata ac omnino extincta conſimilẽ & ſuperius expreſſã relationẽ dicto mero executori faciet. Deniq; autem facta per dictũ curritorẽ dicto mero executori præuia relatione, debet per dictũ executorẽ eidẽ curritori fieri aliud mandatũ,illi iniungẽdo,quòd ponat in eadẽ proprietate die ſibi aſsignata tertiã & vltimam lucernã cũ ſua accenſa cãdela,& illa ardente dictã ꝓprietatẽ ſimiliter,& vt ſuperius enarratur ſubhaſtet & licitet. Et deinceps dicta cãdela pœnitus extincta liberet & tradat haſtã fiſcalẽ proprietatis prædictæ plus & vltimo offerẽti. Ac ſic dicta haſta fiſcali ꝑ dictũ curritorẽ emptori plus & vltimo vt prædicitur offerenti tradita & liberata,rurſus curritor memorat⁹ referat & relationẽ faciat dicto mero executori ſe prænarrata fuiſſe exequutũ,& cui ac quo præcio dictã fiſcalẽ haſtam tradidit,& liberauit.

Et facta per dictũ curritorem dicto mero executori prædictorũ relatione,illaq; habita, & in actis per notariũ executionis ſuo ordine continuata, ipſe merus executor debet facere mandatum parti contra quã executio facta eſt,iniungendo illi,quòd intra terminũ ſibi cũ dicto mãdato præfigendũ, & aſsignandũ,ſcilicet viginti quatuor horarũ quæ ſaltem aſsignari debent, aut plus ſecundũ diſtãtiã loci vbi dicta pars exequuta ſuũ fouet domicilĩ aduenĩat & cõparet corã dicto mero executore, ad effectũ firmandi, & cũ effectu firmet pœnes notariũ dictæ executionis inſtrumentum venditionis dictæ proprietatis,vt prẽmittitur venditæ, &. t. vt plus dãti & vltimo offerenti præcio prẽexpreſſo traditæ & liberatæ,ponẽdo apud dictũ notariũ omnia inſtrumenta vetera pro dicta proprietate diſtracta facientia : cũ comminatione, quòd aliàs, lapſo dicto temino ſi dicta vẽditio ꝑ cã firmata non exiſtat, firmabitur nihilominus in ſui renitentiam per dictum merum exequutorem.

Quo quidẽ mandato ſic vt præfertur expedito, & dictæ parti exequutæ tradito, & liberato, deinde effluxo dicto termino,ſi dicta vẽditio ꝑ dictã partẽ condemnatam penes dictũ notariũ firmata non fuerit,tunc venit per dictũ merũ exequutorẽ firmanda apud notariũ eiuſdẽ executionis memoratũ. Atque ſic firmata dicta venditione,dictus merus executor ſoluto prius præcio dictæ proprietatis per illius emptorem, debet tradere emptori prædicto poſſeſsionẽ realem actualem & corporalem dictæ proprietatis.

Tandẽ cõſtituto emptore præ dicto in poſſeſsionẽ dictę proprietatis

tatis.incõtinenti fieri debet mãdatũ parti exequutæ, quatenus dictũ emptorẽ in dicta possessione tradita aliquatenus non molestet pertur bet seu inquietet per se vel per interpositã personã,sub certa pœna illi cũ dicto mandato adijcienda,& cum cõminatione,quód aliàs ꝓcedẽt contra eum, nedũ ad exactionẽ & exequutionem dictæ pœnę,verũ etiã & aliás,vt iuris fuerit & rationis:iuris ordine& stylo regiæ curię in omnibus seruato.

2.

De litiũ expensis, & illarum taxatione. Rubri. 30.

PRO omnibus iudicibus propono vnã regulã generalẽ.videlisćet iudices nõ teneri ad faciẽdam expensarũ cõdemnationẽ nisi expẽsæ á parte petãt:licet posset, si vellet. Et propterea dicunt scribentes clausulã illã qua partes de expensis protestantur valde vtilẽ esse:cum ꝑ eã censeãt interpellatus iudex, vt victũ victori ad expensas cõdẽnet. Vnde deducitur, quòd si expensæ petant, tenẽt omnino iudex super illis declarare,& condẽnandũ condẽnare: aliàs faceret litẽ suam. ita Bart.in.l.properandũ.§. sin autem alterutra. C. de iudi.& ibi etiam Bal. Idẽ tenent cõmuniter Doctores in.l.4. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam.infec.

1.

Et cũ cõtingat multoties, quòd vna pars litigantiũ condẽnatur in expensis taxatione reseruata, propterea scias,quòd expensæ quæ potiśimum ac frequenter taxari solent sunt sequentes.

Primo salariũ iudicis seu assessoris,quod vsq; ad decẽ libras taxat ad rationẽ vnius regalij pro libra, & vsque ad quinquaginta ad rationẽ vnius solidi pro libra, vltra vero quinquaginta libras ad rationẽ sex denariorũ pro libra:dum tñ. dictũ salariũ non excedat summã septuaginta quinq; librarũ. vt in cõstitu.24.Regis Ferdi 2. in. 3. curia Barcinonæ anni.1503.sub titu. de salaris de senten. Quæ cõstitutio seruari debet in omnibus curijs tã Regijs quàm baronum.vt in cap.2.curiarum anni.1599.

2.

Et ne iudices maximè ordinarij decipiantur circa interprætationẽ dictarum cõstitutionum existimantes,se in causis maioribus quinquaginta librarum posse vsque ad decẽ libras exigere decẽ regalia,& postea à decẽ libris vsque ad quinquaginta ad rationem vnius solidi pro libra, & à quinquaginta libris supra ad rationẽ sex denariorum, sciant,dictam cõstitutionẽ non hãc à Regia Audientia recepisse interprætationẽ,inqua iuxta dictã cõstitutionem obseruatũ est,quód quando quantitas in iudicio petita non excedit summam decẽ librarũ exigitur tunc ꝑ salario ad rationẽ vni? regalij ꝑ libra. Verũ si dicta quantitas quæ petitur excedit dictam

3.

sum-

ſummam decem librarũ, vt puta, quia peterentur quindecim, vel viginti, aut triginta, vel alia quantitas vſque ad ſummam quinquaginta librarum, tunc pro ſalario non exigitur primo ad rationem vnius regalij pro libra vſque ad decem libras, & deinde á decem libris ſupra ad rationem vnius ſolidi, ſed ſolum exigitur ad rationem vnius ſolidi pro libra, numerando libras à prima vſque ad vltimam. Et ſic pariter obſeruatur, quando quantitas quæ petitur excedit ſummam quinquaginta librarum, quamuis huic rei videatur aduerſari, quòd ex minori quantitate poſsit exigi maius ſalarium, quàm ex maiori, vt puta, quando petuntur quindecim libræ, pro quarum ſalario ſolum poſſunt exigi quindecim ſolidi; & ſi petuntur decem libræ tantum exiguntur decem regalia, quæ ſummam capiunt viginti ſolidorum. Ad quam obſeruationem dicti iudices ordinarij aſtringuntur, eo maximè, quód conſtitutiones loquentes de ſalarijs iudicum, notariorum, ſcribarũ, portariorum, & aliorum officialium Regiæ Audientiæ debent generaliter obſeruari in omnibus curijs ordinariorum & baronum Principatus Cathaloniæ; niſi forte alicui vniuerſitati priuilegium aliquod in cõtrarium fuiſſet conceſſum. ita in cõſtitutio. 24. Regis Philip. in curia Barcinone, anni. 1564. ſub titu. de ſalaris. titu. general.

4. Secundo in dicto caſu condénationis expenſarum taxatur quoque ſalarium aduocari quod eſt dimidia pars ſalarij iudicis.

5. Tertio taxatur etiam procuratoris ſalarium quod eſt dimidia pars ſalarij aduocati.

6. Quarto ſcias, legibus noſtris ſtatutũ eſſe, proceſſus debere fieri in forma integri folij, & quòd in qualibet pagina contineantur triginta lineæ, & in qualibet linea octo dictiones ſeu verba, & quòd ita pro quolibet folio originalis proceſſus duas cõtinẽte paginas, & ſexaginta lineas cũ octo dictionibus vel verbis in qualibet ex dictis lineis ſoluatur notario ꝓceſſus vnũ regalium: & ad hanc rationẽ venit ſalariũ dicti originalis proceſſus taxandũ, & nunc hoc iure vtimur. quod ius ꝓbatur in conſtitutio. 61. Regis Philip. in curia Montiſſoni anni. 1585. in titu de ſalaris de ſcripturas, & ibi videas, quid ſoluendum ſit pro copia ratione cuiuſque folij.

7. Quinto ſolet etiam taxari ſalarium pro cuſtodia proceſſus. In qua re ante curias anni. 1585. quo tempore erat in vſu faciendi proceſſus in forma folij parui, fiebat dicta taxatio ad rationem vnius denarij & oboli pro quolibet folio, vt in conſtitutio. 67. Regis Philipp. in prima curia Montiſſoni. anni. 1547. ſub titulo. de ſalaris de ſcripturas. nunc vero quia proceſſus fiunt in forma integri folij vt dictum eſt, taxatur ſalarium dictæ cuſtodiæ ad rationem

ſex

sex denariorũ pro quolibet folio.

8. Sexto salarium scripturarum in processu consutarũ taxatur seu taxari debet ad instar salarij custodiæ supra dictæ. & ita audiui in Regia Audientia obseruari debere.

9. Septimo pro intimis fit taxatio trium denariorum pro qualibet.

Octauò est aduertendum, quòd quando iudex in sentẽtia super aliquo articulo reseruat sibi maiorẽ deliberationem, non fit nec fieri debet integri iudicis salarij taxatio: immo vna tertia ex dicto integro salario pro explicatione dictæ maioris deliberationis reseruatæ retineri & reseruari debet. ita in cõstitutio. 25. Regis Philip. in prima curia Montissoni. anni 1547.

Fallit in reseruationibus liquidanũ: quia pro illis postea explicãdis deponi debet vna tertia, vltra iã de positũ integrũ salariũ pro sententia. vt in eadem constitutio. 25.

10. Nono salariũ calculatorũ taxari debet iuxta formam constitutionis. 51. Regis Ferdi. 2. in secunda curia Barcinonæ, anni. 1493. sub titu. de salaris de calculadors. Forma autẽ hæc est, quód habita ratione debiti tantum, vel crediti tantum, soluantur calculatoribus duo denarij ℔ libra ita tñ. vt dictum salariũ nõ excedat nec excedere possit sũmã viginti quinque librarum.

11. Decimo, quando agitur de taxãdo salario dictæ eorum officialium qui ad plures faciendas executiones mittuntur, solum venit taxãda xna dieta, etiã quód in vna die plurimorũ negocia fecerint. tex. est in constitutio. 59. Regis Ferdi. 2. in secunda curia Barcinonæ, anni. 1493. sub titu. de salaris de dietaš.

12 Vndecimo per eundem Regem Ferdinandum in. 3. curia Barcinonæ, anni. 1503 in eod. titu. stabilitum fuit, iudices pro salario dietę recipere debere tantũ duodecim regalia pro vna dieta. Nũc vero hoc ius ampliatum fuit respectu visurarũ faciendarum per constitutionẽ 13. curiæ anni. 1599. qua cauetur, iudices pro dieta nihil aliud à partibus habere & recipere posse præter triginta & sex regalia: quæ lex illa pro omnibus vnius diei sumptibus illis dari iubet.

13 Duodecimo etiam scire oportet, in curijs anni. 1564. in constitu. 26. fuisse dispositũ, ne notarijs liceret, (dũ eos in aliquo exercitio extra vrbẽ inqua degunt vacare contigerit) recipere pro dieta vltra decẽ solidos, sed cum postea experientia rerum magistra cõpertum fuerit, res omnes quæ hominum victui inseruiũt carius æstimari, quàm antea uendi solebant, ideo, in nouissimis curijs anni scilicet. 1599. p cap. 13. illud ius fuit ad viginti quatuor solidos ampliatum, & ex tunc, dictis notarijs concessum, quòd ex qualibet dieta dictos viginti quatuor solidos habere & recipere possint.

De-

14 Decimo tertio pro alguzirioru dictis fit quoque taxatio ad rationem decem & septem solidorum pro qualibet dieta.

15. Decimo quarto, dictę portariorũ antiquitus taxabãtur ad rationem sex solidorum pro dieta, hodie vero taxantur ad rationem nouem solidorum.

16. Decimo quinto taxantur quoq; litteræ citatoriæ & inhibitoriæ: sed in his nõ est vniformis taxatio. Nam cũ dictæ litterę aliquando cõ sistant in paucis verbis, aliquando in multis; cũ in eis supplicationes quibus parte citari supplicatur de verbo ad verbũ inserantur, vt in constitutio. 51. Regis Philipp. in curia Montissoni anni. 1585. sub titu. de euocations de causas. in finalibus. verb. ideo in huiusmodi taxationibus tam ratione dictarum litterarum, quàm ratione regestri fit variatio.

17. Decimo sexto, in litteris cõpulsorijs nunquã fit variatio in illarũ taxatione ad rationẽ duorũ regaliorũ pro forma, & vnius regalij ꝓ regestro, & quinq; solidorũ pro sigillo. Limitatur primo, hoc quod dicimus de sigillo in paupere qui nihil pro dicto sigillo soluit. Secundo limitatur in nobili qui si præsens est in curia etiam pro dicto sigillo nihil soluere debet. Et ita practicatur.

18 Decimo septimo, solet etiam taxari morabatinus qui debetur ratione latæ sentẽtiæ, & computatur ad rationem vnius libræ pro septẽ libris ex depositis pro iudicis salario. Sed ita intelligas procedere, vt maior morabatinus non possit nec debeat excedere summam decem librarum.

Limita primo in paupere succũbente, qui à solutione dicti morabatini eximendus est. Limita secundo in ciue Ciuitatis Barcinonæ qui ꝓ lata dictæ sententiæ dicto morabatino non grauatur, nisi postea sententiam extrahat: quia tunc ad illius solutionem tenetur: & hoc iure vtimur.

Tandem aliæ quoque res sunt quæ in expensarum condemnationem veniũt, quas tu iudex quando casus occurret taxabis, prout fuerint per scribam mandati verificatæ, & iuxta generalem taxam factã in vim constitutionis. quæ incipit statuimy ordenam. Regis Philippi in. 2. curia Montissoni, anni. 1553. sub titu. de litium expensis.

LAVS DEO.

UNIVERSIDAD GRANADA

INDEX RERVM ET MATERIARVM QVAE IN HAC CRIMINALI ET Ciuili Practica continentur.

A.

Absolutio iuramenti ad affectū agendi petēda. Fol. 166. num. 1.

Absolutio iuramēti post incursum periurium vix potest peti. fol. 166 num. 2.

Absolutio iuramenti potest peti, quando fuit extortum dolo, vel metu, vel super re illicita, vel quando est læsio in magno excessu. fol. 166. num 5.

Absolutio iuramenti ad effectum agendi cō cedi non debet nisi præuia informatione enormissimæ læsionis prius habita folio. 166 num 6.

Absolutio iuramenti ad effectum agendi an concedi possit absque partis citatione? Resoluitur hic quæstio cum distinctione. fol 166. num. 7.

Actor volens aduersarium suum ad iudiciū vocare debet ante omnia illum citare. fol. 176. num. 2. Et quid mortuo aliquo ex litigantibus num. 3. Et quid quoad altercata incidentia & emergentia in progressu causæ. num. 4. Et quid quoad tertios possessores. ibidem.

Actores post tempus primæ citationis infra sex dies immediate sequentes petitionem seu libellum offerre tenentur, sin minus citatorium efficitur circunductum. vide cum duabus limitationibus. folio. 180 num 1.

Acta siue actoris, siue rei, qua forma ponenda sint in processu. fol. 195. num. 4.

Acta & instrumenta vsque ad processus denuntiationē produci possunt, & minimè processu denuntiato. Quod fallit duobus modis vt ibi. Et in casu limitationis debet fieri in scriptis & specificè. fol 195. num. 5.

Adulterare verbum sumitur pro falcificare. fol 101 num. 4.

Adulterium omni iure prohibitū & diuersis pœnis iuxta iura diuersa punitū f. 142. n. 3.

Adulterium puniri non potest, nisi instante & accusante marito. fol. 143. num. 9.

Aduocati manu propria tenentur subscribere scedulas, & iudices prouisiones quæ inde emanant. fol 192. num. 1.

Aduocatus impertinenter processum producens venit pœna decem ducatorum mulctandus fol. 194. num. 3.

Aduocati quibus processus communicantur debent se subscribere in quodam chirographo in quo confiteantur processum recepisse fol. 203. num 5.

Altercatis durantibus non impeditur nec retardatur cursus causæ principalis. Fallit vt ibi. fol. 192 num. 2.

Altercatorum processus super attentatis, alimentis, falsitatibus, & spolio commisso lite iam mota infra duos menses instrui debet fol 192. num. 3.

Altercatis durantibus tempora probatoria currunt contra partem succumbentem. fol. 192 num. 4.

Altercata quomodo in causis appellationū declarantur. fol 214. num. 21.

Algutzirij & alij officiales capere possunt in fragranti crimine fol 64. num. 9.

Animus iudicis in sola veritate defixus ab omni perturbatione purus, ac liber esse oportet. fol. 30. num. 9.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

A ppellare licet à ſententijs criminalibusdiffinitiuis & prouiſionibus tormentorum latis per iudices ordinarios ad eoſdem mutato aſſeſſore.fol.72.num.2.

Appellare & ſupplicare à ſententijs criminalibus diffinitiuis,& prouiſionibus tormentorum qui non poſſunt.fol. 72.num.3.

Appellatio vel ſupplicatio â ſententia criminali diffinitiua interponenda & introducenda eſt intra dies tres connumerandos à puncto publicationis ſententiæ & illius intimæ reo factæ & præſentatæ.fol. 72.num.4.

Appellatione ſeu ſupplicatione interpoſita à ſententia ſeu prouiſione torturæ ſupercedendum eſt in eius executione,donec per iudicem ad quem primitiua ſententia confirmetur.Et idem eſt pendente termino ad appellandum,vel ſupplicandum. fol.73.num.6.

Appellare non licet à Principis ſententia,ſed ſupplicare.fol.104.num.4.

Appellatio & ſupplicatio in quibus conueniant.fol.209.num.3.

Appellatio eſt de minori ad maiorem iudicem prouocatio fol.210 num.1.

Appellatio generalis dicitur vaga. folio 210 num.2.

Appellare licet à ſententia infra dies decem â die latæ ſententiæ.fol.211.num.3.

Appellare licet à prouiſionibus vim diffinitiuæ habentibus quarum grauamen reparari non poſſet per appellationem forte interponendam à ſententia diffinitiua adhuc in dicta cauſa proferenda.fol. 211. num.4.

Appellari poteſt à ſententijs & prouiſionibus Capitanei generalis ad eundem, dum tamen eligat aſſeſſorem vnum, & ſi opus fuerit duos ex Doctoribus Regiæ Audientiæ.fol.211.num.5.

Appellari poteſt ad Regiam Audientiam à prouiſionibus extra iudicialibus. folio. 211.num.6.

Appellare non licet à ſententia lata per iudicem appellationum logiæ maris ſuper deſertione ſententiæ latæ per conſules eiuſdem logiæ.fol.212.num.8.

Appellare non licet á ſententia per inferiorem lata ſuper poſſeſſorio de iure ciuili. Secus vero de iure canonico.fol.211. nu.7.

Appellari poteſt à ſententia lata per conſiliarios Barcinonæ in cauſa appellationis interpoſitæ á ſententia lata per adminiſtratores del pallol. fol. 212. num. 9.

Appellari poteſt à prouiſione executionis pœnarum pecuniarum conuentionalium ratione treugarum fractarum.fol.212. num.10.

Appellari poteſt ad Regiam Audientiam a ſentẽtijs latis per iudices aſsignatos per dominos directos in cauſis ſecundarum appellationum.fol.212.num.11.

Appellare licet poſt dies decem ad appellandum datos,quando grauamen habet tractum ſucceſsiuum.fol.212.num.3.

Appellare non licet à ſententijs latis in cauſis minoribus quinquaginta ſolidorum. fol.212.num.14.

Appellare non licet fiſco regio,& ratio quare Limita vt ibi.fol.213.num.15.

Appellare non licet à ſententia lata in cauſa primæ appellationis interpoſitæ coram ordinario, quando confirmatoria eſt primæ ſententiæ. folio. 213. numero. 16.

Appellare non licet à prouiſionibus aſsignationis ad ſententiam, ad audiendum aduocatos, deportetur proceſſus, & de reſpondendum ad tertiam. fol. 213.num. 17.

Appellationum cauſæ minores decem librarum non euocantur ad Regiam Audientiam fol.213 num.18.

Appellationum cauſæ à ſententijs ordinariorum committuntur tertiæ aulæ & á ſententia ibi lata licitum eſt ſupplicare ad alias aulas Regiæ Audientiæ. fol. 213. num.19.

Appellationum cauſæ minores quadringentarum librarum decidi poſſunt per ſolum relatorem, & abſque concluſione Regiæ Audientiæ. Secus in maioribus. fol.214 num. 22.

Appellationum ſecundarum cauſæ ex eiſdem actis expediri & decidi debent. folio. 214.num.23.

Appel-

Appellatio si interponitur ab intermedio seu interlocutoria in causis quæ coram ordinario ducuntur debet interponi coram eodem ordinario mutato assessore, qui si confirmat, ab illius declaratione non licet amplius appellare, si vero reuocat sic, mutato alio assessore. fol.214. num. 24.

Appellare & supplicare an liceat à sententia criminali diffinitiua, & à prouisione tormentorum vide materiam hic cum duabus regulis & decem limitationibus vsq; ad num.36 fol 214.num.25.

Apochæ firmandæ forma, quando commẽtarienſis tradit aliquam mulierem marito suo ad illam immurandam pro sententiæ executione.fol.146. num.13.

Articulus in quo differat apositione.fol. 186. num.1.

Articuli per partes in scriptis dandi sunt. fol.186.num.4.

Articuli per actorem dandi sunt intra octo dies à die litis contestatæ vel reo non respondente, quibus reus intra dies sex immediate sequentes respondere tenetur. fol. 186. num 5.

Articuli in causis producuntur, vt per illos corũ intentio explicetur fol. 186.num.1.

Articuli per reum offerendi sunt intra triginta dies post oblationem articulorum actoris, quibus actor intra sex dies respondere tenetur.fol.186.num. 6.

Articulis in quibus fit aliquorum instrumẽtorum mentio non sunt recipiendi, nisi instrumenta mentionata exhibeantur. fol. 186.num.7.

Articuli in quibus est generalis instrumentorum productio ad mitti non debent. fol.186. num.8.

Articuli qui admittantur.fol.186. num 9.

Articuli qui ad obijciendum vel corroborandum dantur in scriptis offerri debent, & infra quod tempus probari habeant. vide ibi.fol.87.in versi. De articulis quoque.

Articuli quibus testes repulsantur vel corroborantur debent in scriptis dari & offerri; & per iudicem in scriptis prouideri. fol.199.num.3.

B.

BARO ex quo habet merum imperium in sua baronia debet habere ius animaduertendi in delinquentes. fol 198.nu. 5.

C.

CAmini non computantur in territorio. fol.98.num.3.

Captura reorum inditijs & præsumptionibus quantumcunque leuibus prouideri potest fol.44.num. 1.

Captura an contra aliquem prouideri debeat, relinquitur iudicis arbitrio. Et qualiter sit dictum arbitrium regulandum. vide ibi.fol.44.num. 2.

Captura ex sola partis quærela non est contra aliquem etiam quòd sit vilis persona decernenda.fallit in vno casu.vt ibi. fol. 45. num.4.

Capturę prouidendæ forma fol.45. num. 5. & vide aliam formam paulo ante

Captura an prouideri possit contra mulieres. Doctores, & Clericos? Respondẽ Iulio Claro in quæstione.28. versi. Quæro igitur.fol.45.num.6.

Capitis amputationis pœna, quando propriè dicatur, & est ordinaria in baronibus, & militibus.fol.80. num.9.

Capitis amputationis sententię forma. fol. 80.num. 10.

Cathalani plurimi silentium atque secretũ earum rerum quæ in concilio regio geruntur æstimarunt.fol. 28 num.18.

Causa non est inferenda in citatione quæ sit reis, vt compareãt reddituri rationem de his de quibus impetuntur. fol. 49. num. 5.

Causæ vicariæ intra vicariam & baiuliæ intra baiuliam agitari debent. Et hoc tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus. fol.168.num.1.

Causæ à vicaria & baiulia prætextu alicuius regaliæ extrahi possunt. folio. 168. num.2.

Causæ prætextu paupertatis, viduitatis,

& pupillaritatis, ad Regiam Audientiam euocantur, dum dictæ cauſæ ſint valoris tercentarum librarum. fol. 169. num. 3.

Cauſæ vniuerſitatum euocari poſſunt ad Regiam Audientiam ſub prætextu, quòd in eis ſunt viduæ pupilli & miſerabiles perſonæ fol. 170. num. 4.

Cauſæ religioſorum & monaſteriorũ euocantur ad Regiam Audientiam prætextu religionis & notoriæ paupertatis. fol. 170. num 5.

Cauſæ capibreuiationum, & rerum emphyteuticariarum in prima inſtantia prætextu paupertatis, viduitatis vel pupillaritatis euocari poſſunt ad Regiam Audientiam. Sed limita vt in num. 27. folio. 170. num 6.

Cauſæ ſecuritatis iudicij prætextu paupertatis, viduitatis, & pupillaritatis euocari poſſunt fol. 170. num. 7.

Cauſæ ſeptæ coram ordinarijs, quamuis maiores ſint tercentarum librarum proceſſu iam denuntiato non euocantur in prima inſtantia ad Regiam Audientiam. fol 170 num. 8.

Cauſæ extractionum officiorum ciuitatum vel villarum in prima inſtantia etiã quòd maiores ſint tercentarum librarum prætextu alicuius qualitatis non euocantur ad Regiam Audientiam, & num. 24. fol. 170 num 9.

Cauſæ in quibus tertius ſe opponat etiam, quòd in tertio concurrant qualitates euocatoriæ non euocantur ad Regiam Audientiam fol. 171 num. 10.

Cauſæ feudales in prima inſtancia prætextu aliquarum qualitatum non euocantur ad Regiam Audientiam, & num. 28. fol. 171. nu. 11.

Cauſæ regij patrimonij vertentes in curia baiuliæ generalis in prima inſtantia non euocantur ad Regiam Audientiam ſed fallit, quando agitur de viribus & obſeruantia regiorum priuilegiorum. fol. 171. num. 12.

Cauſa patris diuitis prætextu qualitatis filij pauperis ad regiam non poteſt euocari Audientiam. fol. 171. num. 13.

Cauſa vxoris mariti diuitis prætextu paupertatis illius non poteſt ad Regiam Audientiam euocari fol 171. num. 14.

Cauſę penſionum cenſualium & violariorum extra vicariam non euocantur ad Regiam Audientiam, & vide. num. 25 ſecus in cauſis intra viccariam in qua reſidet Regia Audientia. fol. 171. num. 15.

Cauſæ liquidationum ſententiæ arbitralis in quibus arbitri retinuerunt tempus ad rearbitrandum & partes emologauerunt ſententiam, euocari non ſolent ad Regiam Audientiam. folio. 172. nume. 16.

Cauſæ centum librarum vel maiores ex alijs quibuſcunque regalis demptis regalijs paupertatis, viduitatis & pupillaritatis euocari poſſunt ad Regiam Audientiam fol 172. num. 17.

Cauſæ cõtra duces & alios magnates etiam quòd minores ſint centum librarum euocari poſſunt ad Regiam Audientiam ſub prætextu, quód ordinarij non ſunt potentes. fol. 172. num. 19.

Cauſæ ſui natura conſiſtoriales etiam minores centum librarum euocantur ad Regiam Audientiam. folio. 172. nume. 20.

Cauſæ in vim clauſularum proprij fori, & ſubmiſsionis alterius, quamuis minores ſint centum librarum dum tamen valoris ſint quinquaginta librarum poſſunt ad Regiam Audientiam euocari. fol. 173. num. 22.

Cauſæ impoſitionum in prima inſtantia nõ euocantur fol. 173. num. 26.

Cauſæ extractionum officiorum ciuitatum & aliorum locorum regiorum etiam, quód maiores ſint centum librarum non euocantur ad Regiam Audientiam. fol. 173. num. 24.

Cauſę ſuper executione penſionum cenſualium, & violariorum, quamuis maiores ſint centum librarum in prima inſtantia non euocantur ad Regiam Audientiam fol 173 num 25.

Cauſæ impoſitionum in prima inſtantia nõ euocantur. fol. 173. num. 26.

Cau-

Cauſa apud ordinarium per ſententiam finitam in rem iudicatam tranſactam non euocatur.fol.174.num.29.

Cauſæ computorum examinandorum per magiſtrum rationalem vel eius locumtenentem prætextu cuiuſcunque qualitatis non euocatur ad Regiam Audiētiam. fol.174.num.30.

Cauſæ appellationum minores decem librarum ad Regiam Audientiam non euocantur.fol 174. num. 31.

Cauſæ non maiores quadringentarum librarum committuntur tantum vni ex Doctoribus Regiæ Audientiæ ad audiēdum colligendum & decidendum ſecus eſt in maioribus quæ committuntur ad referendum.Et iſtæ expediuntur cum concluſione.fol.175.num.1.Et idem eſt in cauſis appellationum.num.2.

Cauſa ſupplicationis interpoſitæ à prouiſione ſuper intermedio non facto verbo facta debet committi alteri doctori eiuſdē aulæ.fol.175. num.3.

Cauſa ſupplicationis interpoſitæ à prouiſione facta, facto verbo in Regia Audientia debet committi alteri doctori alterius aulæ.fol.175.num.4.

Cauſa vni aulæ Regiæ Audientiæ ſemel cōmiſſa non poteſt poſtea alteri aulæ in illa inſtantia committi.Et vide ibi duas limitationes.fol. 175.num.5.

Cauſa ſupplicationis contrario imperio habetur pro deſerta, quando ſalarium non deponitur infra decem dies connumerandos à die interpoſitæ ſupplicationis. fol. 184.num.5.

Cauſa principalis quando ſummaria eſt,omnes illius articuli debent ſummariè expediri.fol.190.num.7.

Cauſa vt ſit maior vel minor quadringentarum librarum attenditur ſolum petitio: quia reconuentio non auget ,nec mutat qualitatem petitionis.fol.200. num.3.

Cauſæ plenariæ ſiue maiores quadringentarum librarum , ſiue minores expediri debent ſecundum ordinem denuntiationum. vide ibi cum vna ampliatione,& quatuor limitationibus.fol.202. nu. 12.

Cauſæ tam plenariæ quām ſummariæ poſt per actum illius diſputationē infra quod tempus expediri debent.Et an ſi poſt tempus præfinitum feratur ſententia, illa ſit nulla.fol.204.num.1.

Cautionis præſtandæ forma per maritum ad immurandum vxorem ſuam pro adulterio.fol.145.num.12.

Chriſtiani magis, quàm barbaræ nationes opem, & Dei auxilium ante omnia petere debent. Quod multorum ſanctæ matris Eccleſiæ exemplis demonſtratur. fol.2.num.8.

Citationis omiſsio reddit iudicium omnino nullum.fol.48.num.2.

Citantur rei vt per citationem vocentur ad dandum rationem de his de quibus impetuntur.fol.48.num. 3.

Citatio in criminalibus debet fieri de ſpeciali iudicis commiſsione aliàs, eſſet nulla. fol.48.num. 4.

Citationes reorum in criminalibus fieri ſolent cum pæna, & adijcitur pœna perpetui exilij.fol.49.num.6.

Citatio in criminalibus vbi,& quomodo fieri debeat.fol.49.num.7.

Citatio ordinis iudiciarij fundamentum eſt. fol.176.num.1.

Citatio prima debet compræhendere perſonam illius qui ad iudicium vocatur. vide hic regulam cum vna ampliatione,& duabus limitationibus.fol.177.num.5.

Citatio prima quæ prouidetur & expeditur contra milites debet continere terminum viginti & ſex dierum.vide cum vna ampliatione & tribus limitationibus.fol.178 num.6.

Citatio prima quæ prouidetur contra plebeium debet continere terminum decem dierum.fol.178. num. 7.

Citatus quamuis in termino citationis, ſeu die ſequenti poſt peremptorium non compareat,nec idem contumacia accuſetur,non ideo efficitur citatio circunducta.fol.179.num.2.

Citari debet pars aduerſa ad videndum iurare teſtes. Limita quinque modis. fol. 190.num.7.

Citatio partis an requiratur in executione

ne ſententiæ fol.228 num.21
Ciuis Barcinonæ cum ſententia condemnatus antequam contra eum cartellum executiuum extrahatur debet requiri per partem, quód ſoluat fol 229.num 24
Clerici an á iudice ſeculari capi poſsint. fol. 46.num.7.
Clauſula qua de expenſis proteſtatur, operatur vt per eam cenſeatur iudex interpellatus, vt victum victori ad expenſas condemnet.fol 231. num. 1.
Cognitio criminis adulterantis monetam pertinet ad Dominum Regem. fol. 101. num 3.
Commiſſarij apoſtolici procedendo contra laicos non in ſuo caſu vim illis inferunt, et ideo ad Regem ſpectat illos à dicta vi & oppreſsione liberare fol 132. num.7.
Communicatio proceſſus dari debet ſemel ante illius denuntiationem per ſpacium viginti dierum. fol.203.num.1.
Cõmunicari poteſt proceſſus ſemel poſt illius denuntiationem à fortiori per ſpacium vnius menſis. fol 203 num 2.
Condemnari nemo debet niſi prius auditus. fol 9 num.16.
Confugiens ad eccleſiam non eſt ibi interim quòd cauſa deciditur inter iudicem eccleſiaſticum & ſecularem vinculis conſtringendus.fol.47 num.13
Confeſsioni rei confitentis in tortura delicti incontinenti non eſt ſtandum, ſed opus eſt, quòd reus illam ratificet apud acta fol. 77 num.7.
Confiſcatio bonorum in crimine læſæ Mageſtatis locum obtinet fol 107. num.8.
Confiſcatio bonorum in crimine læſæ Mageſtatis fit à lege, licet non ſortiatur effectum, niſi ſequuta hominis ſententia. fol. 107.num 9.
Conſilium quid ſit fol.25 num 1.
Conſiliũ quamcumque vim exercituum armatorum vincere poteſt, fol 25 num. 2.
Conſilium plures continet virtutes. fol 25. num.3.
Conſilium tres debet obtinere virtutes, & quas fol.26.num.4.
Conſilium firmum & ſtabile eſſe debet. fol. 26.num.6.
Conſilium iuſtum eſſe debet. fol. 26. num. 7.
Conſiliarij tres debent habere proprietates & quas fol 26 num 8.
Conſiliarij plures eſſe debent, vt ratio eius quod conuenit viuatior & magis certa reddatur.fol.26 num 9.
Conſiliarij animum integrum, & incorruptum habere debent, & quare fol.26 num. 10.
Conſiliarij conſtantem & firmam ſtabilitatem habere debent fol.27 num 11.
Conſiliarij eorum quæ in conſilio tractantur & illis commiſſa fuerint debent obſeruare ſecretum fol.27 nu 2
Conſiliarij regij deregentes ea quæ in concilio geruntur & ſecreto ſeruanda ſunt non modo puniuntur pænis gehennalibus, ſed etiam temporalibus.fol.28 num 19.
Conſilium alicuius datum iudici adferendã ſententiam, ſi ſolum conſilium pro ſententia feratur, non dicitur ſententia, ſed votum vnius priuati hominis. Quomodo igitur iudex ſe habere debeat vide hic fol 206 num.7.
Cõtumax ad hoc vt quis dicatur, neceſſum eſt, quod ſit legitimè citatus fol. 179 nu 1.
Crimen læſæ Mageſtatis pluribus poteſt committi modis fol 106 num.1.
Crimen læſæ Mageſtatis in primo capite cõmittit, qui facit tractatum contra perſonã Domini Regis, vel illius ſtatum, vel cõtra Rẽpublicam fol 106 num. 2.
Crimen læſæ Mageſtatis committit, qui venit in bellum armatus contra ſuum Principem fol 106 num 3.
Crimen læſæ Mageſtatis in primo capite cõmittit qui caſtra Regis tãquam hoſtis inuadit fol 106 num 5.
Crimen læſę Mageſtatis cõmittit in primo capite, qui cũ hoſtibus Domini Regis pacẽ & amicitiã contraxerit fol 106 num.4.
Crimen læſæ Mageſtatis cõmittit in primo capite cuſtos arcis ſeu caſtri qui illud tradit hoſtibus fol.106. num.6.
Crimen læſæ Mageſtatis committitur contra Principem non recognoſcentem ſuperiorẽ, vel contra Rempublicam quæ ſibi ipſi præſes eſt.fol.106.num.7.

Cultus Dei castissimus & purissimus in pura sinceraq; veneratione consistit. fol. 1. num. 4.
Curator dandus est minoribus. 25. annis in criminalibus, ne aliàs processus contra eũ formatus esset ipso iure nullus. fol. 53. nu. 3.
Curator pro actu torturæ minori assignandus non est, immo assignatus repelli debet, ne in dicto actu assistat. fol. 76. nu. 4.
Curru quòd quis nudus vehatur. fol. 81. nume. 3.
Cudens & dolose expendens falsam monetam Principem offendit. fol. 100. num. 1.

D.

DEfensio per iudicem reo auferri non potest fol 58 num. 15.
Defensio reis confessis & conuictis non est deneganda. fol. 64 num. 3.
Defensio neque excommunicato, neque etiam diabulo si esset in iudicio deneganda est. fol. 64. num. 4
Defensio à reo renuntiari non potest, & si renuntiatur, renuntiatio nulla est, etiam quòd iuramento volida esset. fol. 65. nume. 5.
Delictum quando dicatur constare quo ad effectum procedendi. fol. 37. num. 5.
Delicti dies in inquisitione apponi debet, quando ab inquisito illum apponi instaretur. fol. 38. num. 9.
Delinquentes capi possunt de mandato. fol. 46. num. 8.
Deliberatio maior in sententia reseruata debet explicari cum conclusione in Regia Audientia. fol. 205. num. 10.
Denuntiare processum quid sit. fol. 200. nume. 1.
Denuntiantur causæ vsque ad quadringentum libras inter minores & vltra quadragintũ libras inter maiores. fol. 20. num. 2.
Denuntiari debet processus eo publicato, & elapsis temporibus probatorijs. fol. 200 num. 4.
Denuntiatio processus manu propria iudicis fieri debet. fol. 200. num. 5
Denuntiatio processus in Cathalonia est de substantia iudicij fol. 200. num. 6.
Denuntiari debet processus à iudicibus ordinarijs, & quare. fol. 201 num. 7.
Denuntiari non debent causæ quæ sui natura summariæ sunt, nisi ad effectum, quòd denuntiatio sit terminus exclusiuus. fol. 201. num 8.
Denuntiato processu, scedulæ supplicationes & instrumentorum productiones nõ admittuntur. Limita sex modis vsque ad numer. 12. fol. 201 num. 11.
Dei cultus castissimus & purissimus in pura sinceraque veneratione consistit. fol. 1. num. 4.
Depositio recipienda à reis, non debet soli tabellioni per iudicem committi. fol. 53. num. 2.
Depositio recepta à minore 25. annis est ei in præsentia sui curatoris legenda. fol. 54. num. 4.
Deus deprecandus ad stabiliendam vrbem, & vt nos audiat. fol. 1. num. 2.
Dictum socij inculpantis aliquem interrogati in casu inquo interrogari non poterat non facit indicium ad torturã. Quod verum est, etiam quòd interrogetur vt testis. fol. 58. num. 17.
Dictũ socij criminis non probat neque facit indiciũ ad torturã etiã, quòd plures essent socij criminis contra eandem personam deponentes. fol. 59 num. 20.
Dictũ vnius testis de visu sufficiẽs est ad torturam, quando testis est omni exceptione maior. fol. 70. num. 7.
Dies decem ad appellandum currunt à die scientiæ ideſt, quãdo pars sciuit cõtra se latã fuisse sententiã. fol. 212. num. 12.
Differentia inter regaliam vsatici iudiciũ in curia datum, & alias regalias fol. 104. n. 6.
Differentia inter recursum & appellationẽ. fol. 124. num. 2.
Differentia inter articulum & positionem. fol. 186 num. 1.
Dij ex Ciceronis sententia domini sunt ac moderatores omniũ rerum, fol. 1 num. 3.
Dilatio quæ datur actoribus in causis plenarijs ad articulandum & probandum, & à quo tempore incipiat, fol. 188. nu. 1.

Dilatio vltra marina quæ sit, & quid quando petitur ad partes indiarum nouæ Hispaniæ,& del Peru,fol.188.num.2.
Dilatio in causis summarijs ad probandum per testes, & ad instruendum processum quanta sit.fol.188.num.4. Et causæ quæ dicantur summariæ vide vsque ad nu.20.
Dilatio tam actoris,quàm rei,ad obijciendū contra testes,seu eorum dicta confirmandum quanta esse debet,fol.190.num.8.
Dilationes probatoriæ ad prosequendam litem sunt continuæ, & currunt partibus ipsa lege & constitutione,fol.191.num.13.
Dilatio probatoria non currit quando maior pars dierum est feriata. fol.191.nu.15.
Dilatio non currit durante Regiæ Audientiæ prorogatione,fol.191.num.16.
Dilatio vltra marina concedi debet ad obijciendum contra testes,fol.199.num.2.
Dilatio qualis & quanta esse debet tam ex parte rei, quàm actoris,in causis appellationum fol.213.num.20.
Dispositiuæ sententiarum manu propria iudicum Regiæ Audientiæ & assessorum gubernationum scribi debent. folio.205. num.3.
Distinctio personarum in iudicijs facienda non est. quod limita duobus modis. fol. 10.num.22.
Diuinum auxilium in omnibus rebus peragendis esse implorandum, fol.1.num.1.
Differentia inter supplicationem & appellationem,fol.209.num.2.& num.4.
Donatio inter virum & vxorem non valet. Fallit, quando protrahitur ad tempus finiti matrimonij.Fallit.2. quando fit reciprocè,fol.149.pagi.2.versi. Et antequam, & fol.150.pagi.1.per totam paginā.
Dubia ex processu resultantia præsentatis memorialibus peti possunt. fol.204.nu.1.
Dubia qua forma in processu inseri debeant, fol.204.num.2.

E.

ELigendi sunt ad iudicium officia & Rei publicæ munera illi qui sciētia & moribus digni sunt,omni vtilitate & consanguinea voluntate semota atque amicitia se iuncta;fol.22.nu.1.
Eligi ad iudicum officia non debent qui corrupti moribus,minimeq; integri sunt.fol. 23.num.2.
Electio personarum ad officia & munera gubernandæ Reipublicæ & iustitiæ administrandæantequam fiat,& confirmetur persona eius cui honor siue muneris administratio defertur consideranda est. Et quæ sint consideranda.vide ibi.fol.23.num.5.
Eligendus admunera & officia administrandæ iustitiæ debet esse optimæ vitæ, & honestæ conuersationis.fol.24.num.6.
Eligens aliquem ad prouinciam gubernandam,iustitiamq; administrandam,curare debet,ne sit ille talis, aliqua iuris & facti infamia notatus.fol.24.num.7
Eligi ad dignitates, non debent negociantes artes vilissimas,& quæ dicantur artes vilissimæ.vide ibi remissiuè.fol.24.num.8.
Eligi non debent ad officia & munera iustitiæ administrandæ & Reipublicæ gubernandæ nisi qui sint digni & idonei. fol. 24.num.9
Electio personæ dignæ,omisso digniori,quā uis valida sit,nec interiori animæ iudicio possit iure rescindi,non tamen ex hoc sequitur,præficientem dignum, omisso digniori,tutum esse, & immunem à peccato,fol.24. num.10
Eligi debent iudices,quòd sint sapientes,fol. 24.num. 11
Eligi debent iudices,quòd sint potentes. fol. 24.num. 13.
Eligi debent iudices,quód sint Deum timentes,fol.24.num. 14
Eligi debent iudices qui sciant leges tam iuris ciuilis,quàm canonici, & proprias sui regni,fol.25.num.15
Eligi non debent iuuenes in iudices in quibus non est experientia, fol.25.num.16
Eligi debet iniudicem qui sit vigil & sobrius fol.25.num.17
Euocatio litis pendentis coram inferiore ad Principem quid sit,fol.169.num.1
Exceptiones dilatoriæ tripliciter considerātur,fol.181.num.1
Exceptio dilatoria quę respicit iudicis personam quæ dicatur,fol.181.num.2
Exceptio dilatoria quæ respicit personam litigan-

litigantis quæ dicatur.fol 181. num.3
Exceptio dilatoria reſpiciens cauſam quæ ſit,fol.181.num.4.
Exceptiones dilatoriæ proponendæ ſunt cũ ſupplicatione.fol.181. num.5
Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam opponi debet.vide hic regulam cum tribus limitationibus,& alijs remiſsiuè, fol. 181.num.6.
Exceptiones dilatoriæ impedientes litis ingreſſum proponendæ ſunt de iure noſtro intra octo dies poſt intimatam petitionẽ. vide cum duabus ampliationibus & vnica limitatione.fol.182.num.7
Exceptiones dilatoriæ impedientes probari debent intra triginta dies qui partibus cõmunes ſunt.vide cum tribus ampliationibus, & in ſecunda ampliatione multa de more purgatione explicantur. fol. 182. num.8
Executoriales litteræ non extrahuntur ſi pars condemnata offert obedire ſententiæ & nominat certam diem ad parendũ rebus iudicatis.fol.224 num 10.
Executio manuleutæ qua forma fieri debeat fol.84 num.10
Executio quando petitur fieri pro treugis fractis,fol.127 pag 1.
Executio ſententiæ contra omnes & in omnibus rebus fieri poteſt.fol.226. num. 16
Executio ſententiæ fieri non poteſt in bobus aratorijs, & in inſtrumentis ruſticalibus. fol. 226.num.17.
Executio ſententiæ non fit in veſtibus lecto & alijs ſimilibus,niſi in ſubſidium Et ſublimitatur in veſtibus quibus debitor cooperitur fol.226.num.18
Executio ſententiæ contra tertium in iudicio non nominatum fieri non poteſt. fol. 227.num 19.
Executio ſententiæ fieri poteſt contra fideiuſſorem iudicatum ſolui non nominatum in iudicio ſine nouo proceſſu. fol. 227.num. 20
In Executionibus ſententiarum ſeruandus eſt ordo traditus per.l à diuo Pio.in.§.in venditione.ff.de re iudi. adeò quòd ſi dictus ordo peruerteretur executio efficitur nulla.fol 228.num.22.
Executio fieri debet cum minori damno debitoris fol.229 num.23.
Exilij voluntariè ſuſcepti fines frangens qua pœna puniatur fol-84.num 9.

F.

FAlſantes monetam puniuntur pœnis hic contentis.fol.100 num.2.
Fautores eiectorum à pace & treuga tenentur conſtitutionibus pacium & treugarũ. fol.112 num. 6.
Fautores eiectorum à pace & treuga ſi moniti à fautoria non deſiſtunt poſſunt publicari etiam pro eiectis à dicta pace & treuga.fol.112 num. 8.
Fautores eiectorum à pace & treuga arbitrio iudicis puniuntur.fol.112 num.10.
Fautores eiectorum, à pace & treuga arbitrio iudicis puniuntur.fol.112. num.10
Fautorię faciendi proceſſum forma.fol. 113. pag. 1.
Fiſci cauſa in dubio contra eum iudicanda eſt,fol.10.num.24
Fides frangenda non eſt.fol.18.num. 1.
Fides Ciuitates ac hominum communiones conſeruat & eius violatione ciuitates de populantur, & alia plurima mala ſequntur.fol 18 num 2
Fides rupta à Principe,iniuſtitia eſt. fol. 18. num.3.
Fidei obſeruatio eſt de iure naturali, fol.19. num.5.
Fide potius quàm per ſudores corporales Reſpublice gubernantur fol 19 num.7
Fides in Imperatore conſtituendo conſideranda eſt fol. 19. num. 8.
Fidem frangens non vacat culpa mortali, & quomodo intelligatur, declaratur hic. fol 19 num 9.
Fides pro directione iuſtitiæ data ſeruanda eſt.fol.20.num.10.
Fidem datam plures non infimi nominis ſeruarunt.fol.20.num.11.
Fidem frangentibus plurima ſequuntur infortunia fol 21.num.12.
Fideiuſsio ad requiſitionem dierum facta expirat ſpacio duorum annorum. fol. 83.

num. 7.
Fortuna consilium centum virale prudens & sapiens vincere & superare solet. fol. 26.num.5.
Forma procedendi contra ecclesiasticos iudices iurisdictionem regiam vsurpantes. fol.132.pag.1 versi scias propterea.
Forma instrumenti confisciendi quando aliqua mulier, vt adultera, & pro executione sentẽtiæ immuratur & ibi inseritur forma executionis.fol 146.num.14.
Forma instrumenti quando aliqua mulier quæ commisit adulterium dat & absoluit dotem suam marito.fol.150.pag.2.
Fugiens ad ecclesiam non debet ibi vinculis constringi.fol.47.num.13.
Eugientes ad ecclesias non sunt ab eis violenter extrahendi quantũcunque grauia perpetrauerint delicta: & rationes vide ibi. fol.152. num.4.
Furcæ pæna est mortis naturalis. fol.80.nu.5.
Furcæ supplicio qui delinquentes tradantur. fol.80.uum.6.
Fureæ pæna in Principatu Cathaloniæ tantum exercetur in plebeis & non in militibus,neque in ciuibus honoratis,neque in Doctoribus.fol.80.num. 7.
Furcæ sententiæ forma.fol.80.num.8.
Fustigationis pæna licet capitalis non sit,tamen pea eam grauis infertur infamia.fol. 79.num.1.
Fustigationis pæna quibus imponi soleat. fol.79.num.2.
Fustigationis pæna debet moderate exerceri.fol.79.num.3.
Fustigationis sententiæ forma. fol. 79. n.4.
Frangens fines exilij volũtarié susceptí qua pæna puniatur.fol.84.num.9.

G.

GAneæ & popinæ quæ dicantur. fol. 17.num.10.
Ganeæ & popinę in quibus Deus passim offenditur à Republica expellenda sunt; & puniendi illas frequentantes.fol.17.nu.9.
Ganeæ & propinæ à Repnblica expellendæ sunt.fol.17.num.11.
Gubernator Cathaloniæ tantum potest banrire à Principatu Cathaloniç & Comitibus Rusilionis & Ceritaniæ. fol. 25. num.12.

H.

Hæres illius qui pactum iurauit absque iuramenti relaxatione potest agere contra pactum: cum iuramentum in hæredẽ nõ transeat.fol.166.num.3.
Hæredes mariti,eo decesso sine accusatione facta contra vxorem non possunt in repetitionedotis excipere de adulterio: exceptis tribus casibus.fol.149.num.23.
Homines mali qui dicantur.fol. 6. num. 7.
Homines duabus tantum occasionibus loqui debent.fol.27.num.13.

I.

Immunitas ecclesiastica an iuris diuini sit vel humani.fol.151.nu.1.
Immunitas ecclesiastica iure humano,& positiuo instituta est.fol.151.num.3.
Immunitate ecclesiastica non gaudent plures casus vltra contentos in cap.inter alia. de immuni.eccle.fol.153.num.7.
Immunitas ecclesiastica qualiter & qua forma declaretur,& deforma processus ibi. fol.154. vsque ad fol. 158. inclusiue & de pluribus quæstionibus,ac de iurisdictione cancellarij in causis contentionum.
Inquisitio infra quod tempus sit reis publicanda fol.63.num.1.
Inquisitio reo publicatur vt se defendat.fol. 63.num 2.
Inquisitionis publicandç forma.fol.65. nu.7.
Inhibitio facta iudici à quo, in casu in appellabili,an impediat ne iudex a quo possit ad vlteriora procedere donec ius dicatur super validitate, vel inualiditate inhitionis fol.220 num 56.
Inquisitio reo admisso pro paupere cõmunicari debet nullo per notarium exacto salario.fol.66.num.9.
Inquisitio pauperum aduocatis communicanda est, eadem die qua fit prouisio sub pæna ibi contenta fol.66,nu.10.
Inquisitionis remedium quamuis de iure extra ordinarium sit,tamen de consuetudine effectum fuit ordinarium.fol.35.num.1.
Inquisitio delicti est informatio officio & au-

& authoritate iudicis facta.fol.36.nu. 3.
Inquisitio duplex est alia generalis & alia spe cialis.fol.37.num.4.
Inquisitio delicti debet esse certa,specifica & clara continens in se omnes delicti qualita tes, & circunstantias.fol.37.num.6.
Inquisitio facienda est cum tẽporis expres sione. fol.37.num.7.
In Inquisitione non est necessaria diei ex- pressio.sed limita vt ibi.fol.37. num.8.
In Inquisitione non est necessum apponi lo- cum, & tempus, quando delicta habent tractum successiuum, & in quibus locus & tempus est incertus fol 38.num.10.
Inguæ Reges Peru tributa prouincię quam superabant in tres partes diuidebant, qua- rum primam templis,& Deorum venera tioni consecrabant.fol.2.num.7.
Iniustitia vel denegare iustitiam quid sit fol. 11.num.1.
Iniustitiam administrantes varijs modis di- uina castigatione puniuntur. Vt hic ali- quorum exemplis demonstratur. fol 11. num.3.
Iniuria alium afficiens, maiori vituperatio- ne dignus est,quám quillam sibi tam pa- tienter sustinet.fol 30.num.7.
Indicia & suspitiones quæ præcedere de- beant ad capturam sunt in scriptis redigẽ da exceptis tribus casibus. vt ibi. fol. 45. num 3.
Indicia ad hoc vt sufficiant ad torquendum debent esse plené & perfecte in sua specie probata.fol 70 nu 6.
Intimæ quæ fiunt minoribus 25.annis,præ- sentari etiam debent eorum curatoribus. fol 54.num.5.
Intellectus ad vsaticum authoritate & roga tu.2.quód verbum potestas ibi intelligi- tur de Comite Barcinonæ qui est Domi nus Rex.fol.92.num 1.
Intellectus ad constitutionem 79.curiæ anni. 1585.fol.193 num.4.
Interesse quando in sententia condemnatur debet specificari,an sit mercantile,vel sim plex, & tempus à quo incipitur deberi. fol.206.num.9.
Interrogatoria in scriptis dari & offerri de- bent, & notarius qualiacunquæ sint, reci- pere tenetur.fol.187.num 1.
Interrogatoria debent poni in plica & mini- me sunt comunicanda, donec testes pro publicatis habeantur.fol.187.num.2.
Instrumentorum productiones non in gene re, sed in specie,& in indiuiduo fieri de- bent fol 194.num. 1.
Iudex curare debet,ne suis interrogationibus auferat reo defensiones.fol 58. num. 15.
Iudex cauere debet,ne reum de socijs inter- roget fol 58.num 16.
Iudex potest defendendi modũ ex causa res- tringere,& terminum arbitrio suo reis ad se defendendum assignare fol.65. num. 6.
Iudex publicata inquisitione,& sic publica- tis attestationibus,an possit iterum in of- fensam contra eundem reum,& super eo dem facto testes recipere fol. 67. num. 7.
Iudex ecclesiasticus debet esse cautus ne fa- cile iuramenti absolutionem ad solum ef- fectum agendi concedat per rationes ibi contentas fol.166 num.4.
Iudex ad quem,an in causa appellationis in- terpositę à sententia criminali possit pœ- nam augere Vide hic plene tractatum vs- que ad nu 55.inclusiue.fol.216 num.37.
Iudex causæ appellationis debet esse iudex nullitatis in ipsa appellatione allegata. fol. 222.num.6.
Iudex alterius territorij cui remittitur sentẽ tię executio, an possit cognoscere super obiectis contra executionem. fol. 226. nu. 15.
Iudicis arbitrio relinquitur torquere reum ex vnico vel pluribus indicijs. fol. 70. nu. 8.
Iudicis arbitrio relinquitur quanta sit testi- bus fides habenda fol.197 num.12.
Iudex debet exigere a testibus iuramentum in initio depositionis. Vide ibi formam. fol.40.nu.2.
Iudex ex officio inquirendo non debet reci- pere interrogatoria ab ipso reo inquisito ad interrohandos testes, qui in offensam recipiuntur fol.41 num 9.
Iudex quando dicatur interrogare secũdum iuris ordinem.fol.42 nu.14.
Iudex non debet iudicare ad capturam eum qui non sit sibi subditus. fol. 47. num. 12.

Iudex cũrare debet ne rei cum alijs conuersentur ante exactam ab eis depositionem. fol 53. num.1.
Iudex tantum interrogare debet reum de eo delicto de quo infamatus existit, vel indicia aut semi plena probatio præcedunt. fol.54 nu.7.
Iudex tenetur reo statum processus notificare,& quòd ipse iuridice procedit, ad hoc vt reus veritatem dicere teneatur. fol.55. num.13.
Iudex quando cognoscit causas & negocia secundum leges, dicitur tunc illa cognoscere tanquam iudex & non tanquam priuatus.fol.31 num 3.
Iudex semper debet summa affabilitate & liberalitate esse præditus erga illos qui a recto veritatis tramite non deuiant, & nihil contra legum decreta & statuta committere debet.fol.30.num.10.
Iudex dum iudicat gerit personam publicã· fol.31.num.4.
Iudex non secundum conscientiam & scientiam propriam statuere debet, sed secundum allegata & probata fol.31.num.5.
Iudex quid debeat & possit facere, quando videt probationem fieri aduersus ea, quæ ipse certo nouit,vt quia inter fuit. fol. 31. num 6.
Iudex curare debet ne torqueri faciat reum modis exquisitis immo seruare debet consuetudinem prouinciæ in qua ius dicit. fol. 74 num.3.
Iudex curare debet antequam reo torturam inferat,quòd in loco vbi exercitium fiet habeat omnes res haberi solitas prout sunt lumẽ,vinum ignis, & instrumẽta torturæ.fol.74.num. 4.
Iudex reo in tortura confesso,& qui extra locum torturæ confessionem ratificauit dare debet dilationem ad dandum suas defensiones contra suam ratificatam confessionem,& de forma dandi dictam dilationem vide.fol.78.num.1.
Iudicium timore peruertitur.fol 9. num 18.
Iudicium cupiditate corrumpitur. fol. 9. num.19.
Iudicis ecclesiastici regiam iurisdictionem vsurpantes pro extraneis regni habentur. fol. 132.num.5.
Iudices eligi debent quòd sint sapientes. fol. 24.num.11.
Iudices eligi debent quòd sint potentes. fol. 24.num.13.
Iudices eligi debent quòd sint Deum timentes.fol.24.num.14.
Iudices eligi debent qui sciant leges tam iuris ciuilis, quàm canonici,& proprias sui regni fol.25 num.15.
Iudices eligi non debẽt iuuenes in quibus nõ est experientia.fol.25.num.16.
Iudices secundum leges iudicare debent.fol. 31.num.1.
Iudices in hoc Principatu Cathaloniæ in introitu officij iurant se seruaturos leges dicti Principatus.fol.31 num.7.
Iudicis animus in sola veritate defixus ab omni perturbatione purus ac liber esse debet.fol.30.num.9.
Iudici ante omnia constare debet de delicto, fol.37.num.4.
Iugulationis per collum pæna, & quód cadauer in partes scindatur sententiæ forma. fol.81.num.11.
Iuramentum pro actu torturæ à reo exigendum non est, quamuis torquendus minor esset.fol.75.num.3.
Iura canonica & ciuilia quando discordant statur iuri canonico fol.153.num.6.
Iuramentum debet per iudicem exigi à testibus in initio depositionis. Vide ibi formã fol.40.num.2.
Iuramentum de veritate dicenda non est deferendum reo in facto suo propio, sed tantum in alieno vt testis.fol.54.num.6.
Iurisdictiones omnes scilicet temporalis & spiritualis tempore veteris testamenti apud ecclesiam residerunt.fol.128.num.1.
Iurisdictiones post Christi aduentum scilicet spiritualis & temporalis residεnt apud ecclesiam, idest spiritualis actu, temporalis vero in habitu & potentia, & non in actu.fol.131.num.2.
Iurisdictionis temporalis vsum & exercitiũ transtulit ecclesia in Imperatores & reges ad eorũ beneplacitum,& ad ecclesiæ vtilitatem eiusq defensionem.fol.131.num.3.
Iurisdictio temporalis non debet impediri per

per ſpiritualem nec é contra Et caſu quo ad inuicem impediantur, in Republica interitus & diſcordiæ naſcũtur. fol 131. nu. 4.
Iuriſdictio temporalis tueri poteſt per Regem etiam contra clericos aliquid in præiudicium illius attentantes pænali iudicio contra illos procedendo. fol. 132. num. 8. Et ibi videas late formam procedendi contra eos.
Ius Diuinum tribus modis conſiderari poteſt fol. 151. num. 2.
Iuſtitiæ exercitium antiquiſsimum eſt, quia incepit à punitione Luciferi & ſuorum ſequacium, & priorum parentum. fol. 4. num. 1.
Iuſtitiæ exercitium Deus tribuit & conceſſit regibus & poteſtatibus terræ. fol. 4 num. 2.
Iuſtitia imperia & regna gubernantur, & ſi e medio tollatur, omnino hominum ſocietas tollitur fol. 5 num. 8.
Iuſtitia a iudicantibus terram maximopere diligenda eſt Quod & multorum exemplis demonſtratur. fol 5. num. 9.
Iuſtitia quid ſit varijs modis deſcribitur. fol. 5. num. 10.
Iuſtitia nedum eſt virtus, ſed & mater & regina omnium aliarum virtutum. fol. 6. num. 11.
Iuſtitia recte adminiſtrabitur ſi ad vnguem iuris præcepta ſeruentur. & ibi vide quæ ſint iuris præcepta. fol. 6. num. 12.
Iuſtitia odio violatur fol. 10. num. 20.
Iuſtia amore corrumpitur. fol. 10. num. 21.
Iuſtitiam facere res apud Deum amabilis eſt fol. 11. num. 25.
Iuſtitia regnum ſtabilitur, iniuſtia vero amittitur. fol. 11. num. 2.

L.

LAudes maiores in eum iudicem conferẽdæ ſunt, qui pro diſpoſitione legis nefariorum audaciam comprimit, quàm qui in eoſdem leuiter tantum animaduertit. fol. 30. num. 6.
Laudamenti curiæ proceſſus in vim vſatici Barcinonæ incipientis ſimili modo. fol. 88. num. 7.
Laudamentum curiæ in vim vſatici authoritate & rogatu. fol. 96. nu. 4.
Læſæ mageſtatis crimen in primo capite multis poteſt committi modis. fol. 106. num. 1.
Læſę mageſtatis crimen in primo capite cõmittit qui facit tractatum contra perſonam Domini Regis, vel illius ſtatum, vel Reipublicæ. fol 106 num. 2.
Læſæ mageſtatis crimen in primo capite cõmittit, qui venit in bellum armatus cõtrà ſuum Principem fol. 106 num. 3.
Læſæ mageſtatis crimen in primo capite cõmittit qui cum hoſtibus Domini Regis pacem & amicitiam contraxerit. fol. 106 num. 4.
Læſæ mageſtatis crimen committit in primo capite cuſtos arcis ſeu caſtri qui illud tradit hoſtibus. fol. 106. num 6.
Læſę mageſtatis crimen committit qui caſtra Regis tanquam hoſtis inuadit. fol. 106. num. 5.
Læſę mageſtatis crimen committitur contrà Principem non recognoſcentem ſuperiorem, vel contra Rempublicam quę ſibi ipſi præſes eſt. fol. 106. num. 7.
Leges iuxta Dei voluntatem condendæ ſunt. fol. 1. num. 6.
Leges præcepta quædam ſunt communia ad bene beateq; viuendum neceſſaria. fol. 29. num. 3.
Leges admonitiones & præcepta quædam generalia litteratorum hominum eſſe exiſtimantur quibus crimina vel per accidẽs, vel per ignorantiam in Republica perpetrata puniuntur fol 29. nu. 4.
Lex non eſt obligatoria niſi quatenus deriuatur à lege diuina. fol. 54. num 9.
Lex zelotypia quando locum habeat fol. 141 num 2.
Legis definitio deprompta à Marcilio Facinio ex Dialogo Minoæ Platonis. fol. 29. num. 2.
Libelli offerendi forma per maritum contra vxorem adulteram. fol. 143 num. 8.
Libellus quibus clauſulis debeat contineri. fol. 180. num. 4.
Liquidationis cauſa in ſententia reſeruatæ

infra quod tempus instrui habeat, relinquitur iudicis arbitrio, dum tamen arbitriũ terminum octo mensium non excedat. Et à quo tempore dicti mense currant. vide ibi. fol. 208. num. 1.

Liquidationis causa infra quod tempus expediri debeat. fol. 208. num. 2.

Liquidatio fieri debet in sententia eorum quæ ante sententiam liquidata fuerunt. fol. 208. num. 3.

Litteræ citatoriæ expeditæ nomine vnius locum tenentis generalis, si antequam finiatur illa locum tenentia non exequuntur, postea illa finita efficiũtur nullius momenti. vide cum vnica limitatione. fol. 179. num. 9.

Litterę citatorię & inhibitorię qualiter taxẽtur. fol. 232. num. 16.

Litteræ compulsoriæ qualiter taxentur. fol. 232. num. 17.

Litis contestatio quid sit. fol. 185. num. 1.

Litis contestatio in Cathalonia non est de substantia iudicij. fol. 185. num. 2.

Loqui duabus tantum occasionibus homines debent. fol. 27. num. 13.

Loquendi lacedæmoniorum modus maximopere à Plutharco laudatus. fol. 28. nu. 16.

M.

MAior deliberatio in sententia reseruata debet explicari cum conclusione in regia audientia. fol. 206. num. 10.

Mali homines qui dicantur. fol. 16. num. 7.

Mali homines dicuntur zizaniam seminantes. fol. 16. num. 8.

Manum clauandi sententiæ forma. fol. 81. nu. 16.

Manuleuta ad requisitionem dierum facta expirat spacio duorum annorum. fol. 83. num. 7.

Manuleute executio qua forma fieri debeat. fol. 84. num. 10.

Maritus potest propria authoritate capere vxorem suam adulteram, & eam tenere immuratam præstitis ei alimentis in victu & vestitu. Sed tutius est, quòd adeatur iudex, et quòd eius authoritate id fiat. fol. 142. num 4.

Maritus volens accusare vxorem de adulterio debet offerre libellum, in quo contineantur omnia ea quæ sub isto numero animaduertuntur. fol. 142. nu. 5.

Maritus debet præstare idoneam cautionẽ, quód faciet & seruabit omnia contenta in regia declaratione hic descripta, antequã illi eius vxor tanquam adultera tradatur. fol. 143. nu. 6. Et de obseruatione regij cõcilij vide in sequenti numero.

Maritus propria carens domo potest petere vxorem suam vt adulteram immurari in aliqua ex domunculis domus deles Gyptiachas. fol. 144. num. 11.

Maritus non lucratur dotem propter suæ vxoris adulterium, si ipse reconciliat vxorem. fol. 149. num. 24.

Maritus qui rem habet cum vxore adultera non facta prius pœnitentia peccat mortaliter. fol. 149. num. 25.

Mentiri licet morti proximus non præsumatur, tamen nec morti proximus præsumitur esse Sanctus Ioannes Baptista, & sic non semper præsumitur dicere verum. fol. 59. num. 19.

Minoribus 25. annis in iudicio adesse debent tutores vel curatores. fol. 167. num. 1.

Minori infanti non est dandus curator ad litem, sed tutor. fol. 167. num. 4.

Motiua quibus iudices mouentur adferendum sententiam debent in eadem sententia exprimi. fol. 205. num. 5.

Monetam falsam expendens & cudens Principem offendit. fol. 100. num. 1.

Monetam falsantes quibus pœnis puniantur. fol. 100. num. 2.

Morabatinus qualiter taxetur. fol. 231. num. 18. vbi videas quòd morabatinus non soluitur à paupere, neque à ciue Barcinone, nisi sententiam extrahat.

Mulieres pregnantes an cogi possint testificari in criminalibus. fol. 41. num. 12.

Minori 25. annis in iudicio criminali dandus est curator, ne alias processus contra eum formatus esset ipso iure nullus. fol. 53. num. 3.

Mulier effecta sponsa, fornicando ante nuptialem

tialem benedictionem dicitur adulterium communicare.fol.148.num.21.

N.

NObilitas absque virtute & meritis parũ prodesse videtur.fol.33 num.2.
Notarius in criminalibus debet esse ætatis. 25 annorum completorum fol.40. nu. 4.
Notarius satisfactus in suo condecenti salario, copiam inquisitionis post illius publicationem tradere debet illam petenti. Fallit quando reus petit illam sibi tantum communicari solutis duobus regalijs vt ibi fol.65.num.8.
Notarius causæ elapso termino dandi interrogatoria tenetur litteras compulsorias cum inclusione articulorum expedire.fol. 190.num.11.
Notarij processus ante quam processum denuntient, debent computare folia processus, & scribere acta in illo inserta & consuta.fol.203 num 4.
Nullitas quid sit.fol.221.num.1.
Nullitas & appellatio in quo differant. fol. 221 num.2.
Nullitas auxilium commune vocatur. fol. 221 num.3.
Nullitas,nulla iniustitia maior. fol 221.nu.4.
Nullitatis exceptio contra diffinitiuam sententiam infra decem dies proponi debet vide hic regulam cum quatuor ampliationibus & vnica limitatione.fol.221.nu.5
Nullitas & merita causæ vna & eadem sententia declarari possunt.fol.222.num.7.

O.

OBseruatio Regij Concilij Cathaloniæ circa implorandum in dies Dei auxiliũ antequam negotia pertractanda agrediantur.fol.3.num.9.
Officialis capere possunt infraganti crimine. fol.46. num.9.
Offendentes in caminis publicis ittinerantes siue in personis,siue in bonis dicũtur protectionem & securitatem regiam violare.Et ideo incidunt in regaliam vsatici Camini & strate.Idem in vijs publicis sitis in terris baronum.fol.98.num.2.
Offendentes in vijs priuatis ittinerantes incidunt in pænam vsatici Barcinonæ incipientis camini:dummodo per dictas vias vulgo iter faciat.fol.99. num.6.
Opponens se liti & causæ appellationis denuntiato processũ dicẽdo de nullitate sententiæ primitiui iudicis non est admittendus fol.203 num 13.
Ordo seruandus in faciendis executionibus sententiarum.vsque ad vltimum actum. fol.229.num.25.

P.

PArs aduersa citari debet ad videndum iurare testes fol.196.num.4.
Pauperis causa in dubio faueri debet. fol.10. num.23.
Pax acribus & diligentibus viciorum animaduersionibus conseruatur.fol.29.nu.5.
Personarum distinctio in iudicijs facienda non est. Quod limita duobus modis. fol. 10 num.22.
Personæ quæ requirantur in tortura fol.74. num.2.
Petitio in causis quæ in regia audientia ducuntur debet esse specifica & clara.fol.180 num.2.
Petitio seu libellus qui intra sex dies dari & offerri debet post tempus citationis,elapsis dictis sex diebus poterit actor illum emendare, & addere petitioni. fol. 180. num.3.
Popinæ & Ganeæ à Republica expellendæ sunt.fol.17.num.9. & 11.
Positio quædam breuis narratio est factum continens ad eliciendam veritatem concepta,fol.186.nu.2.
Pœnæ vltra relegationem quæ dicantur.fol. 60.num 3.
Pœna fustigationis licet capitalis non sit, tamẽ p eã grauis infertur infamia.fol.97.n.1.
Pœna fustigationis quibus imponi soleat. fol.79.num. 2.
Pœna fustigationis debet moderatè exerceri,fol.79.num 3.
Pœna furcæ est mortis naturalis.fol.80. n.5.
Pœna furcæ in Principatu Cathaloniæ tantũ exercetur in plebeis & nõ in militibus, neque ciuibus honoratis,neque in Doctoribus.fol.80 num.7.
Pœna contra falsantes monetam impositæ. fol 100.num.2.

Pœnæ ſtatutæ ſunt contra extrahentes violenter ab eccleſijs fugiẽtes ad illas. fol.152 num. 5.

Præuentio inquiſitionis eſt illius principium & fundamentum ſine quo inquiſitio eſſet nulla.fol.39 num.2.

Præuentionis forma.fol.39.num.3.

Præconitzatio qua quis citatur quòd intra decem dies compareat redditurus rationem de his de quibus impetitur ad fines banni.fol.50,num.9.

Præconitzationis forma, quando quis propter contumaciam in non comparendo bãnitur. fol.52. num.11.

Princeps rumpendo fidem iniuſtitiam facit. fol.18.num.3.

Princeps terræ vnum calamum & vnam linguam habere debet, & non plures: quia Principem cæleſtem imitari debet. fol. 18.num.4.

Princeps multo maiori ratione aſtringitur ad fidei obſeruationẽ quàm alius ad quã vltrà promiſsionem de iuſtitia tenetur. fol.19.num.6.

Princeps qui malos iudices, & minus idoneos ac contra Dei voluntatem eligunt culpa non carent fol.23.num 3.

Principes ad gratias & beneficia conferenda magis moueri debent propter virtutẽ & bene merita,quàm propter petentium importunitatem.fol.33.num.1.

Princeps miniſtros ſuos valde honorare debet, & ingratiarum diſtributione alijs præferre vt omnia quæ iuſtitię debentur in ſuo ſtatu, & authoritate conſeruentur. fol.34 num.4.& 6.

Princeps iuſtus ſeruitium vllum abſq; præmio,& delictum ſine ſupplicio & punitione omittere debet.fol.34.num.5.

Princeps non poteſt procedere contra aliquẽ non citatum ad illum condemnandum in aliqua pœna etiam quòd eſſemus in notorijs fol.84.num.1.

Priuata perſona capere poteſt delinquẽtem, quando delictum vergit in perniciem Rei publicæ et reperitur in fragranti crimine.fol.47.num.10.

Probationes & indicia ſuperuenientia contra eum qui vicit in tortura nihil operantur.fol.76.num.6.

Proceſſus criminalis in Cathalonia dicitur fiſci proceſſus.fol 38.num.1.

Proceſſus regaliæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis ſimili modo forma. fol. 87. num.3.

Proceſſus regaliæ formari non poteſt quin prius conſtet iudici de delicto, & quòd delictum ſit de caſibus regaliæ, & debet hoc antea declarari per iudicẽ facto verbo in regio concilio.fol 87.num 4.

Proceſſus laudamenti curiæ in vim vſatici incipientis ſimili modo. fol. 88.num. 7.

Proceſſus regaliæ in vim vſatici Barcinonæ incipientis camini & ſtratæ forma. fol.99.num.7.

Proceſſus regaliæ in vim vſatici incipientis moneta.forma.fol 103.num. 12.

Proceſſus in crimine lęſæ mageſtatis forma.fol.107.pag.1.

Proceſſus forma in vim cõſtitutionis cominſtigant. fol.123. pag.1.

Proceſſus altercatorum ſuper attentatis, alimentis,falſitatibus & ſpolio commiſſo lite iam mota infra duos menſes inſtrui debet.fol.192.num.3.

Proceſſus cauſæ appellationis interpoſitæ à ſententia interlocutoria non denuntiatur. fol.201.num 9.

Proceſſus cauſæ appellationis vel ſupplicationis interpoſitæ a ſententia diffinitiua in cauſa minore viginti librarum non denũtiatur.Fallit tamen vt ibi 201 num.10.

Proceſſus qualiter fieri & formari debeant per notarios.fol.231.num.6.

Proceſſus cauſæ appellationis interpoſitæ à ſententia interlocutoria non denuntiatur. fol.201.num.9.

Procurator qui alium ad iudiciũ vocat debet facere conſtare de ſuo mandato, aliàs iudicium efficeretur nullum. Vide cum vnica ampliatione.fol.178 num 8.

Productiones inſtrumentorum non in genere,ſed in ſpecie fieri debent. fol. 194. nu 1.

Producens proceſſum debet deſignare partem illius proceſſus quam producere intendit.fol.194 num 2.

Proprietas viarum ſeu caminorũ eſt illius, cuius eſt territorium fol.98.num.4.

Prouincia malis hominibus purganda. fol. 16.

16.num.6.
Prouisionis faciendæ forma, quando prouidetur, quòd quis banniatur á Principatu Cathaloniæ & Comitatibus Ruscilionis & Ceritaniæ.fol.52.num.11.
Prouisionis faciendæ in calce articulorũ qui in reorum defensionem offeruntur forma. fol.66 num.1.
Prouisiones quæ super altercatis ante diffinitiuam fiunt exequtionem non habent, nisi quo ad effectum procedendi ad vlteriora. fol.224.num.11.
Prouisio quòd lite pendente dentur alimẽta, licet ab ea supplicetur exequitur causa supplicationis pendente, præstita cautione. fol.224.num.12.
Publicatio testiũ est de ordine iudicij, & per eam datur maius robur attestationibus. fol.198.num.1.
Publicatio testiũ in Cathalonia fit ipso iure eo ipso, quod labitur terminus probatorius.fol.198.num.2.
Pupillus sine tutore authore & adultus sine curatore, neque agere neque cõueniri possunt.fol.167.num.2.

Q

Quies Rei publicę in legum obseruatione consistit.fol.29.num.1.

R

Raptationis per terram sententiæ forma. fol. 81.num.13.
Ratificatio confessionis factæ in tortura, an in continenti ducto rẽo extra locum torturæ facienda sit.fol.77 num 8.
Receptare quid proprie sit.fol.112.num.3.
Receptare delinquentem dicitur ille qui prębet ei alimenta.fol.112.num.4.
Receptatores puniri, quando scienter crimẽ fautoriæ & receptationis committũt. fol. 112.num.5.
Reconuẽtio fieri potest per reum intra octo dies post oblatum libellum per actorem, & tunc causa conuentionis, & reconuentionis pari passu ambulant. fol.185.num.3.
Reconuẽtio faciẽda est per reum in scriptis. fol.185 num.4.
Recursus species est appellationis fol. 124 num.1.
Recursus quid sit fol.124.num.3.
Recursus est vna de principalibus regalijs Domini Regis fol.124.num.5.
Recursus est Principi reseruatus, & quare. fol.124.num.4.
Recursus remedium extraordinarium est. fol.125 num.6.
Rucursus in duplici sunt differentia.fol. 125. num.7.
Recursus per areptionẽ itineris, duobus potest contingere modis.fol.125.num.8.
Recurrens ab ordinario debet pendente causa recursus detineri captus eodem modo quo erat captus tempore interpositionis dicti recursus.fol.125 num.9.
Recurrens per areptionem itineris, si tempore quo arripit iter detinebatur captus apud suum iudicẽ, debet eodem modo & eadem forma detineri apud iudicem adquem.fol.125.num.10.
Recurrens qui in causa recursus succumbit debet vna cum illius causa ad iudicem primittiuum vt ad vlteriora procedat & iustitiam faciat remitti. fol. 125. num.11.
Recurrens, qui venit ad suum judicem remittendus, ideo quòd in causa recursus non obtinuit, non potest per Dominum Regem per viam compositionis aut aliàs obtinere gratiam delictorum. fol.125.num.12.
Recursus causa quo ad merita efficitur consistorialis quando declaratur recursui interposito locum esse fol.125 num.14.
Recurrens per arreptionem itineris nõ quia sit captus, sed quia timet molestari facit in continenti suam causam quo ad decisionem meritorum cõsistorialem.fol.125. num.15.
In Recursus causa qua forma procedendũ sit fol.25 num.16.
Regibus fidem & reuerentiã seruari oportet.fol.4.num.3.
Regis inuentio est donum Dei. folio. 4. num.4.
Rex in terris est sicut Deus in cœlis. fol. 4. num.5.

Reges sunt de iure gentium, sed considerata causa mediata sunt de iure Diuino. fol.4 num.6.

Regum proprium officium est, nedum cogitare de vtilitate communi & singulorum, sed etiam facere iudicium atque iustitiam, quæ pax est populorum. fol 5. nu. 7.

Rex & qui Reipublicæ præsunt debent honeste viuere, & quomodo intelligatur, vide abunde ibi declaratum, vbi etiam declaratur plura infortunia sequuta contra Principes inhoneste viuentes. fol. 6 numero. 13.

Reges & iustitiam administrantes tenentur seruare secundum iuris præceptum, quod consistit in alterũ non lædendo. fol 8 num. 14.

Reges & alij iustitiam administrantes nõ debent reminiscere inimiciriarum & discentionum, si quæ prius sibi cum aliquibus interceserunt. fol 8 num. 15.

Rex eiusq; iudices tertium iuris præceptum, quod consistit in tribuẽdo vnicuique quod suum est, seruare debent. Quod efficietur iudicando sine timore, sine cupiditate, sine odio, & sine amore, fol. 9. num. 17.

Rex in ciuitate idem efficit, quód anima in corpore. fol. 15. num. 4.

Rex constituendo pacem & iustitiam inter subditos suos, eos tranquillè & pacificè viuere facit. fol. 15. num. 6.

Regum est, in regnis suis bona iubere, & mala prohibere. fol. 15. num. 1.

Reges a rectè agendo vocati sun. fol. 16. num. 2.

Reges contra Deum peccando, maiorem quàm alij committunt ingratitudinem, & ideo in eis durissimum fiet iudicium. fol. 16 num. 3.

Reges non solum vigilantes ad Deum non offendendum, esse debent: sed etiam ad cohibendum & puniendum peccata subditorum & populorum suorum, quæ contra Dei præcepta operata sunt. fol. 16. num. 4.

Rex Dominus est terræ quantum attinet ad protectionem & iurisdictionem exercendam. fol. 16. num. 5.

Regum est delicta punire, & prouinciam suam malis hominibus purgatam habere. fol. 16. num. 6.

Rex peccando, & subditorum peccata quæ contra Dei præcepta operantur non puniendo, & ipse & eius subditi atque populi iusta de causa Dei minas & punitionem timere debent. fol 17. num. 12.

Reges plures puniti fuerunt propter peccata quæ contra Deum commisserunt, vt de multis regibus veteris testamenti nobis in sacra pagina proponitur exemplũ. fol. 17. num. 13.

Rex maximam curam ponere debet in prudenti atque honesta iudicum & ministrorum electione, & rationem, vide. fol. 23. num. 4.

Rex solus est qui potest facere processum in vim vsatici. Iudicum in curia datum. fol. 104 num 2.

Rex non potest procedere contra eiectos à pace & treuga per processum fautoriæ, nisi præcedente monitione quòd infra certũ temporis spaciũ a dicta fautoria desistant. fol. 112. num. 7.

Rex & eius regium concilium non potest in restitutione causæ recursus faciẽda, apponere conditionem quòd illa causa quo ad merita decidi habeat cum voto & cõcilio duorum Doctorum regij concilij. fol. 125. num. 13.

Regi in suo regno vt iudici ordinario iurisdictio competit in extraneos iurisdictionem suam impedientes. fol. 132. num. 6.

Regnũ magis debetur virtuti & merita habenti, quàm generi & potentia. fol. 33. nu. 3.

Rex inter suos subditos præcipit pacem & treugam. fol. 86. num. 1.

Rex cognoscit de crimine falsæ monetæ cõmisso in baronia; quamuis alteri merũ & mixtum imperium cõcecisset, & ius cognoscendi de quibus cunque causis. Intellige euocando ad se causam per processum regalię. fol. 101. num. 6.

Rex procedere potest per viam processus regaliæ in vim vsatici; moneta, contra cudentes propria authoritate monetã bonã & iusti ponderis. fol. 101 num. 6.

Rex procedere potest per processum regaliæ in vim vsatici; moneta. Cõra eos, qui cum huic fabricæ & muneri sint a Rege prępositi & instituti ex adulterina materia monetã cudunt,

cudunt, & eam dicta authoritate sibi attributa signarunt. fol. 101. num. 7.

Rex procedere potest per processũ regaliæ contra eos qui adulterant & falsificãt monetæ imaginem fol. 102 num. 9.

Rex per processum regaliæ potest procedere contra nummos tondentes. & mutilantes fol. 102. num. 9.

Rex procedit per processum regaliæ contra eos qui monetã tingunt. fol. 102. num. 10.

Rex procedit per processum regaliæ contra expendentes scienter fallam monetam fol. 102. num. 11.

Regaliæ processus in vim vsatici Barcinonę incipientis moneta forma fol. 103. nu 12.

Regalia in vim vsatici. Iudicium in curia datum, introducta est in fauorem Domini Regis, & totius Reipublicæ & in odium delinquentium. fol 104. nu. 1.

Regaliam propter causæ connexitatem faciendi forma fol. 105. pag 2.

Regaliæ ciuiles quibus causæ ad Principis consistorium euocantur, plures sunt. vt ibi fol. 169. num. 2.

Relaxatio ad requisitionem dierum, donec aliter sit prouisum, operatur quòd nõ possit reus in carceres conijci, nisi superueniẽtibus nouis indicijs. fol. 83. num. 6.

Relatio litterarum monitoriarum fautoribus electorum à pace & treuga præsentatarum, à portarijs per quos littere mittuntur facienda est, sub pæna priuationis officij, & fustigationis fol 112. num 9.

Relegationis in insulam, forma sententiæ. fol 81. num. 13.

Respublica quid sit, hic varijs modis declaratur. fol. 14. num. 1.

Respublica tunc florere dicitur, quando ciues in ea amicé & tranquillè viuunt. fol. 14. num. 2.

Respublica multum de sua dignitate amittit, quando inter ciues inimicitiæ oriuntur, & cum potius suis priuatis commodis, quàm publicis consulunt. fol. 15. nu. 3.

Respublicæ potius fide, quàm per sudores corporales gubernantur. fol. 19. nu. 7.

Respublica in tres distribuitur partes Prima est Rex, secunda ciues, & Tertia plebs fol. 15 nu. 5.

Reipublicæ quies & tranquilitas in legum obseruatione consistit. fol. 29 nu. 1.

Reus captus non est in carcere obscuro cõstituendus fol. 47 num 11.

Reus qui se occultat & capi non potest, instante fisci procuratore potest ad fines banni citari fol. 47. num. 14.

Rei citantur, vt per citationem vocentur ad dandum rationem de his de quibus impetuntur. fol. 48 num. 3.

Rei ante exactam ab eis depositionem cum alijs conuersari non debent. fol. 53 num. 1.

Reo non est deferendum iuramentum de veritate dicenda in facto suo proprio, sed tantum in alieno vt testis. fol. 54. num 6.

Reus interrogari debet tantum de eo delicto de quo infamatus existit vel indicia aut semiplena probatio præcedunt. fol. 54. num. 7.

Reus non tenetur iudici respondere non precedente aliqua difamatione. fol. 54. nu. 8.

Reus qui per iudicem compellitur respondere interrogationi factæ non secundum iuris ordinem potest appellare, vel alio quo potuerit modo se defendere. fol. 54. num. 10.

Reus quomodo intelliget an per iudicem legitime & iuridice interrogetur. fol. 55. num. 11.

Reus quando de iustitia iudicis ad ipsum interrogandum dubitat, nõ tenetur ei in cõscientia respondere, neque veritatem dicere. fol 55. num. 12.

Reus ad hoc vt veritatem dicere teneatur debet ei iudex statum processus, & quòd ipse iuridice procedit notificare. fol. 55. num. 13.

Reo defensio iudicis interrogationibus auferri non debet. fol. 58 num. 15.

Reus de socijs per iudicem interrogari non debet. fol. 58 num. 16.

Reus dum ab eo exigitur depositio recusans respondere iudici affirmando vel negando, qualiter compellatur. fol 62. num. 26.

Reus interrogatus per iudicem si petit di-

lationem ad reſpondendum anſit ei dilatio concedenda fol 63 num .27.
Reus torquendus venire debet in ipſa executione ieiunus.fol.74 num.1.
Reus vincens in tortura videtur purgaſſe inditia contra ſe exiſtentia,& ideo venit relaxandus.fol.76 num.5.
Reus confeſſus delictū in tortura,& ductus extra locū torturæ ad ratificandū ſi negat & reuocat illā confeſsionē,quæritur,quid faciendum ſit vide ibi late.fol 77 nu 9.
Reus iuridice a iudice interrogatus an tenea tur ei reſpōdere & veritatē confiteri ſub pœna peccati mortalis.vide hic per totū nu & in fine habes reſolutionē fol.55.n.14
Rei aliquādo relaxātur à carceribus de mā dato.Et quādo hoc cōtingat & deform.a prouiſionis huius relaxationis.fol. 82. n 1.
Rei quādoque relaxātur a carceribus ſimpli citer,& abſque aliqua cautione,& de forma prouiſionis fol 82 num.2.
Rei à carceribus relaxātur ob honorē færiarū paſchatis,& natiuitatis Domini & de forma prouiſionis.fol.83 num.3.
Rei relaxātur á carceribus cū cautioue iuratoria,& quādo & quomodo hoc cotingat & de forma relaxationis fol 83 nu.4.
Rei relaxātur à carceribus ſub fideiuſſoria cautione variis modis de quibus ibi,& de formis prouiſionū.fol.83 num.5.
Rei relaxātur aliquādo per pactum & trāſactionem factam cum fiſco,& qua forma facienda ſit prouiſio.fol 84.num.8.
Reus infra quod tempus teneatur articulare & ſuos articulos probare & à quo tempo re incipiat currere illi dilatio in cauſis plenarijs fol 188.num.3
Romani nō ſolū armis vniuerſum orbē Rei publicę ſuæ ſubijcere ſed & legibus eā cō ſeruare procurarunt.fol.30.num.8.

S.

SAcrificium quod in lege veteri offerebatur pro deregendis mulierum adulterijs. fol.141.num.1.
Salarium quod exigi poteſt pro proceſſus cō municatione.fol.263. num.3.
Salarium iudicis quomodo taxetur.fol. 231. num.2.& 3.
Salarium aduocati quomodo taxetur. fol. 231.num.4.
Salarium procuratoris taxatur vt fol. 231. num 5.
Salarium pro cuſtodia proceſſus. fol. 231. num.7.
Salarium ſcripturarū in proceſſu cōſutarum quomodo taxari debeat fol.232 num .8.
Salarium pro intimis fol 232 num 9.
Salarium calculatorum qualiter taxari debeat fol.232 num 10.
Salarium officialium pro dieta qui ad plures faciendas executiones mittuntur qualiter taxetur.fol.232.num 11.
Salarū dictarū iudicis quibus vacat ad faciē das viſuras taxatur pro dieta ad rationē triū ducatorū prodieta fol 232. num. 12.
Salariū dietarum notariorum hodie taxatur ad rationem viginti quatuor ſolidorū pro dieta.fol.232.num.13.
Salarium dietarum algutziriorum taxatur pro dieta ad rationem decem & ſeptem ſolidorum fol.232.num. 14.
Salarium dieæ portariorū taxatur ad ratio nē nouem ſolidorū.fol.232 num.15.
Sapiētia hominū in vera cognitione piaq; Dei veneratione verſatur. fol. 3. num. 9.
Sapientia vnde dicta,& ab ea ſeptem clariſſimi viri ſapientes appellātur.fol.24.n.12.
Scriba cauſæ cui teſtium examinatio committitur non poteſt teſtes publicare. fol. 198.num 3.
Secretum concilij à conciliarijs ſeruandum. fol.27 num.12.
Secretum earum rerum quæ circa res bellicas deliberantur valde eſt ſeruandum. fol,28.num.17.
Secretum plurimum a Cathalanis eſtimatū. fol.28 num.18.
Sententiæ tormentorum forma. fol.71.nu. 10.
Sententia tormentorum gubernatoris ſiue procedat vice regia ſiue via ordinaria cū ſuo ſolū aſſeſſore eſt expediēda per modū ſententiæ,& non per modū prouiuiſionis abſque inſertione illius clauſulæ ſeu illorū verborū ſacro S.Euāgelijs corā ſe poſitis.fol 71.in verſi. Præterea debes.
Sententiæ diffinitiuæ forma in proceſſu via ordinaria fol.78 num 2.
Sententia Principis tenenda & obſeruanda eſt

est adeò quòd contra dolosè contraueniẽ tes potest procedi per processum regaliæ in vim vsatici iudiciũ in curia datum. Et qualiter hoc intelligatur, et passim obser uetur vide ibi.fol. 104. num.5.

Sent tiæ forma qua mulier vt adultera con dẽnatur,quòd tradatur eius viro immur da iuxta vsaticũ mariti vxores, & Regij declarationẽ in corpore iuris munici palis inclusam fol. 144 pagi.1.

Sententia ferri potest post perẽptam instan tiam quando facto iudicis iustè impediti perimitur fol.184.nume.4.

Sententia in causis summarijs debet ferri in scriptis.fol.190 num.6.

Sententiæ assignatio semel petenda est,& in scriptis,& prouideri debet cum dierum continuatione fol 205 num.2.

Sententiæ in causis maioribus quadringen tarum librarum expediri debent cum cõ clusione.Quod secus est in causis mino ribus quæ expediri possunt per solos rela tores.fol 205 num.4.

Sententiæ diffinitiuæ in scriptis ferri debẽt, & quare.fol. 206. num. 6.

Sententia ferri debet primo, secundum iura patriæ Secundo,secundum ius canonicũ, & eo deficiente secundum iura ciuilia. fol. 206. num. 8.

Sententia lata cortra principalem an exequi possit contra fideiussores de tudicio sisti, & iudicato soluendo sine nouo processu. fol.206.num.11.

Sententia lata cẽtra spoliatorem, quòd rem restituat,si in ea comittitur fructuum con demnatio,an fructus veniant in cõsequen tiam.fol.207.num.12.

Sentẽtia omnis quæ in iudicatũ trãsiuit exe cutionẽ meretur prouidendã ab eodẽ iu dice qui eã tullit fol.223.num. 1.

Sententia nulla executionẽ non meretur.fol. 223.num.2.

Sententia delegati non potest mandari exe cutioni per ipsum delegatum, sed per de legantem fol.223 num.4.

Sententia arbitri non potest per ipsum arbi trũ exequi sed p ordinariũ fol 223 num. 4

Sententiæ quæ in Regia Audiẽtia proferun tur licet ab eis supplicetur prõptã habent executionẽ præstita tũ.prius cautione. Et idẽ ius hodie statutũ est in audiẽtia guber natoris procedẽtis vice regia. fol.224.n.5.

Sententiæ iudicũ ordinariorũ non transactæ in rẽ iudicatã quia ab eis est appellatũ,pẽ dente appellatione nõ exequuntur sed pro cedit hoc in causis maioribus centũ libra rũ:quia minores executionẽ merẽtur præ stita cautione in casu retractationis. fol. 224 num.6.

Sententiæ iudicum ordinariorum vt execu tioni demandentur opus est, quòd profe rantur de voto & consilio alicuius Do ctoris graduati siue in iure canonico, siue in iure ciuili.fol 224 num.7.

Sententiæ baronum quamuis ab eis appelle tur vsque ad sentum libras exequuntur præstita cautione.Ampliatur si sententia fertur super impositionibus: quia exequi potest vsq; ad ducentũ libras fol.224. n.8.

Sententia regia exequi non poeest per algut zirios nisi quantitas condemnata ascãdat ad summam ducentarum librarum.folio. 224 num.9.

Sententia in qua fit condẽnatio deductis de iure deducendis liquidatione reseruata, an ante factam liquidationem possit exe cutioni demandari.fol.225 num 13.

Sententia quia plures in solidum condẽnan tur simpliciter,absque eo, quòd in senten tia dicatur,quòd cõdẽnat eos insolidum, an possit contra condẽnatos pro virili tã tum, vel contra eosdem insolidum exe qui.fol.225 num. 14.

Sententiæ tormentorum forma.fol.71.n 10.

Silentium, AEgyptij tanquam Deum adora runt:& Deum Harpocratem appellarunt. fol.27.num.14.

Silentium plurimi á Cartaginensibus, & ab alijs plurimis grauissimis viris æstimatũ. fol.27.num.15.

Socius criminis in criminalibus regulariter non recepto creditur,etiam quòd perseue raret vsque ad mortem. fol.58.num.18.

Socius criminis non probat contra conso cium neque facit indicium ad torturam. fol.59.num. 20.

Socius criminis in criminibus exceptis po test de consocijs interrogari, & quid pro bet, & quæ dicantur crimina excepta. folio.59.num.21.

Socius criminis quando interrogatur de cõsocijs in crimimibus exceptis, est in genere interrogandus, & non in specie, & quomodo hæc practicentur. fol. 61. num. 22.

Socius criminis potest interrogari de consocijs specialiter, quãdo in indiuiduo præcedunt indicia seu infamia fol. 62. num. 23.

Socius criminis debet deponere contra consocium cum iuramento. fol. 62 num. 24.

Socius criminis recusans propalare cõsocios in casibus in quibus potest de illis interrogari, potest ad illud compelli per torturã. fol. 62. num. 25.

Socius criminis dicitur qui pro occultãdo latronem illum capere omittit. fol. 111. nu. 1.

Supplicationis offerendæ per fisci procuratorem forma, qua petitur reum latitãtem citari ad fines banni. fol. 49 num. 8.

Supplicationis offerendæ per fisci procuratorem forma, qua accusatur contumacia ad uersus legitimè citatum voce præconia & non comparentem. fol. 51. num. 10.

Supplicare licet informa á sententia seu prouisione tormentorum lata per locumtenentem generalem de consilio regij consilij nouæ tertiæ aulæ ad vnam aulam ex alijs regiæ audientiæ ciuilis. fol. 72. num. 1.

Supplicationis faciendæ à sententia seu prouisione tormentorum forma. fol. 73 num. 5.

Supplicare licet à prouisione regaliæ facta, & quomodo practicandum sit fol. 87. nu. 6.

Supplicationis offerendæ forma per fisci procuratorem ad incohandum processum regaliæ in vim vsatici. Iudicium in curia datum, & in calce forma prouisionis fol. 104 num 7.

Supplicatio interponi debet intra dies tres à prouisione facta super exceptione dilatoria impediente litis ingressum. Et dies computantur de momento intimæ ad momentum supplicationis fol. 284. num. 1.

Supplicare licet à prouisione facta super exceptione dilatoria impediente in eadem aula, & nõ in alia: quamuis prouisio facta esset facto verbo. fol 184. num. 2.

Supplicantibus à prouisione super intermedio facta, dantur decem dies computandos a die emissæ supplicationis ad allegandum & probandum. fol. 184. num. 3.

Supplicare licet contrario imperio vel informa á prouisione facta super altercatis intra dies tres post prouisionem intimatam. Et infra quod tempus causa supplicationis prosequenda sit; & debeat deponi salariũ ac declarari. fol. 193 num. 1.

Supplicare licet in eadem aula quando prouisio facta est nõ facto verbo. Sed si facto verbo, licet tunc supplicare in alia aula. fol. 195. num. 2.

Supplicare non licet à prouisione facta in causa supplicationis interpositæ à prouisione facta super intermedio siue dicta declaratio sit confirmatoria siue reuocatoria. fol. 193. num. 3.

Supplicare tantum licet contrario imperio à prouisione facta post processus denuntiationẽ. Et vide circa materiam multa alia in hoc numero vsque in finem fol. 194. in versi. Item etiam animaduertet.

Supplicare á sentẽtia quid sit. fol. 208. in prin.

Supplicationum causæ, in quibus absente Rege vel eius locumtenente à Principatu Cathaloniæ supercedebatur, nunc prosequũtur in Regia audientia, gubernatore procedente vice regia fol. 209 num. 5.

Supplicatio & appellatio in quibus conueniãt fol 209 num. 3.

Supplicare à sententia non licet fisco regio, neque in ciuilibus, neque in criminalibus. fol. 290 num. 6.

Sustinentes in suis possessionibus criminosos, quomodo de iure puniantur. fol. 111. nu. 2.

T.

TEmpora probatoria currere durantibus altercatis contra partem succumbentem in eisdem fal. 109. num. 9.

Tempora probatoria causæ principalis durãtibus altercatis quæ incidunt super spolio, alimentis, attentatis, & falsitatibus, quæ ad partem tractari debent non dormiunt. Fallit nisi forte altercatio esset super spolio cõmisso lite iam mota & cepta. fol. 190. n. 10.

Tempora probatoria, quando partes se ponunt in concordia, durante concordia nõ currunt fol. 191. num. 14.

Tempora probatoria currunt altercatis durantibus contra partem succunbentem in eisdem. Amplia vt ibi. fol. 192. num. 4.

Tempus reo non currit ad reconueniendum pendentibus exceptionibus dilatorijs. fol. 183.num. 4.

Tertius opponens se liti debet assumere causam in eo puncto in quo est, ita vt si principalis potest probare, poterit & tertius opponens. Secus e contra. fol. 190. num. 12.

Testes qui reorum defensionum producuntur recipiendi sunt in præsentia iudicis. Limita, nisi testes essent aliquo iusto impedimento impediti. fol 66. num. 2.

Testes deponentes super negatiua indeterminata, & improbabilis, sunt suspecti de falso. Fallit vt ibi. fol. 66. num. 3.

Testes prius examinandi sunt super interrotorijs. fol. 187. num 3.

Testes citati & iurati intra dilationem possunt postea extra dilationem recipi. Et hoc est verum quando dilatio datur simpliciter. fol. 191. num. 17.

Testiū vsus antiquissimus est. fol. 195. nu. 1.

Testimonium duorum vel trium approbatur. Vnius vero improbatur. fol. 195. nu. 2.

Testes antequam examinentur debent citari. fol. 196 num. 3.

Testes antequam examinetur iurare debet, quòd dicet veritatem, aliàs eius depositio non valeret. fol. 196. num. 5.

Testis extra terminum examinari possunt, si infra terminum citati & iurati fuerunt, & terminus datus fuerit simpliciter ad probandum. fol. 196. num. 6.

Testes examinari possunt in die feriato, dummodo iurauerint in die non feriato. fol. 197. num. 7.

Testes examinari debent infra terminū, quando terminus datur ad probandum, & probatum habendum. fol. 197. num. 8.

Testes vltra decē super vno quoque articulo examinari nō permittitur. fol. 197. num 9.

Testium numerus per iudicem temperari potest. fol. 197. num. 10.

Testes qui esse possint, & qui non, vide ibi cū vna ampliatione & quinque limitationibus. fol. 197. num. 11.

Testibus quāta sit fides habenda, iudicis arbitrio relinquitur. fol. 197. num. 12.

Testiū publicatio est de ordine iudicij & per eam datur maius robur attestationibus. fol. 198. num. 1.

Testiū publicatio in Cathalonia fit ipso iure, eo ipso, quòd lābitur terminus probatorius fol. 198 num. 2.

Testes infra vnum mēsem obijci possunt. Idē ad eorum dicta corroborandū. ful. 199. n. 1.

Testium repulsa fieri debet in genere non in specie. fol. 199. num. 4.

Testes ab vna parte producti, ab alia repulsari possunt fol. 199. num. 5.

Testis per partē productus ab eadem parte repulsari non potest. fol 199. num. 6.

Testes in causa appellationis repulsari nō possunt, nisi ex sola causa falsitatis. Quod intellige verū, quando testes in causa primæ instantię fuissent examinati. fol. 200. nu. 7.

Testes in offensam recipiendi sunt in iudicis præsentia. Fallit in vno casu, vt ibi. fol. 40. num. 1.

Testium attestationes recipiēdæ sunt per scribas mandati vel eorum substitutos habiles & sufficientes, & in curijs ordinariorū per notarios examinatos & approbatos. fol. 40. num 3.

Testes qui in reorum defensionem recipiuntur debent esse cogniti per iudicem, vel alium hominem bonæ famæ & opinionis. fol. 40. num. 5.

Testes qui in reorum defensionem recipiuntur debent eorum depositiones manu propria subscribere, & si scribere nesciunt manu alterius. fol. 41 num 6.

Testes in offensam siue masculi, siue fœminę sint, debent esse ætatis quatuordecim annorum. fol. 41. num. 7.

Testium dicta siue ad offensam, siue ad defensam tendant, debent sub pœna falsi & priuationis officij per scribam continuari. fol. 41. num. 8.

Testes qui ad ferendum testimonium inuiti non coguntur. fol. 41. num. 11.

Testes interrogandi sunt secundum iuris ordinem, & sic interrogati veritatem dicere debent. fol. 41. num. 13.

Testis interrogatus non secundum iuris ordinem: non tenentur iudici obedire. fol. 42. in versi. e contrario.

Testes interrogari debent de omnibus totius negocij circunstantijs. fol. 43. num 16.

Torqueri quis non debet, nisi prius cōstet de delicto. fol. 69. num. 1.

Tormentis quis subijci nõ debet nisi pro delictis pro quibus mereatur pæna corporalis, ideſt vltra relegationẽ. fol. 69 num 2.

Tortura infligi nõ debet nisi in subsidium, id eſt quando aliæ probationes haberi non possunt. fol 69. num. 4.

Tormentorum pæna quamuis arbitraria sit, nihilominus tamen cauere debet iudex ne ad illam prætextu arbitrij procedat sine aliquo indicio. Quod non solum obtinet locum in minoribus delictis verum etiam in maioribus, & in atrocissimis. fol. 69. num. 5.

Torqueri regulariter potest omnis ille qui non reperitur prohibitus. Et quæ personæ ab hac regula excipiantur fol 70 num. 9.

Tormentorum sententiæ forma. fol. 71 num. 10.

Tortura incohanda est à magis suspectis, & vbi omnes æqualiter suspecti sunt, tunc si sunt masculus & fœmina, à fœmina tanquam à timidiori, & si omnes sunt masculi a minori debiliori. fol. 74. num. 5.

Torquendi modi in regio concilio Cathaloniæ communiter tres sunt. fol. 75 num. 1.

Torturam incohandi & exequendi forma. fol. 75. num. 2.

Tranquilitas Reipublicæ in legum obseruatione consistit. fol. 79 num. 1.

V.

Violatores regiæ protectionis debent se ponere in manu & posse Domini Regis & contra eos proceditur per processum regaliæ in vim vsatici Barcinonæ incipientis. Simili modo. fol. 86. num 2.

Venientes ad potestatem, stantes, & ab ea recedẽtes debent pro omni tempore esse salui & securi, atque sub eius protectione cõstituti. fol 92. nu. 2. Vide cum quinque ampliationibus & tribus limitationibus. Et vide ibi practicam.

Viæ & stratæ publicæ sunt sub pace & treuga ac regia protectione constitutæ. fol. 97. num. 1.

Verbum iudicium in iure multis modis sumitur. fol. 104. nu. 3.

Vindicare se nemini licet non seruata forma constitutionis. Com instingant fol. 122. num. 1.

Vxor non potest accusare maritum de adulterio, quo ad pœnam illi infligendam, sed bene quoad thori separationẽ. fol. 147. n. 15.

Vxor facta thori separatione præter adulterium commissum per illius virum recuperat dotem, & donationem propter nuptias fol. 147. num. 16.

Vxor propter adulterium per eam commissum amittit dotem, & eam maritus lucratur fol 147 num 17.

Vxor non solum amittit dotem propter adulterium, verum etiam bona paraphernalia. fol. 148. num. 8.

Vxor non solum propter adulterium amittit dotem, sed etiam propter osculum alteri viro datum fol 148. num. 19.

Vxor quæ illegitime matrimonium contraxit, si interim fornicauerit, dicitur committere adulterium: quamuis postea matrimonium declaretur nullum. fol. 148. num. 20.

Vxor ad hoc vt teneatur de adulterio & puniri possit, debet accusari per maritum. fol. 148. num. 22.

Barcinonæ, Ex Typographia Iacobi à Cendrat. M.DCIII.

BIBLIOTECA PARLAMENTARIA DE CATALUNYA

